Dupl

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0001-1

DFG

AA 10872
85.–
IV. 19
Dv 2225
L 171/550
Au 27
L 183
N
1326

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0002-6

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
– Med.-Naturwiss. Abt. –
DÜSSELDORF
V 5326

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0003-2

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0004-8

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0005-4
DFG

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0006-9




Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0008-1
DFG




Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0009-9

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0010-0

*D. O. M. A.*

PHILIPPI GRÜLINGII,

Archiatri Stolbergenſis

# FLORILEGII HIP-POCRATEO-GALE-NO-CHYMICI NOVI

*& quaſi*

## Prodromi, Medicinæ Practicæ

proximè inſeqventis

EDITIO TERTIA

Variis & infinitis locis, longèqve pluris priore alterâ auctâ

*In qvâ præſcribitur plurimorum Medicamentorum tùm Chymicorum, è Metallis, Mineralibus & Vegetabilibus, præſertim Novorum, Rariorum & Secretiorum, tùm Hippocratico-Galenicorum conficiendorum certa*

Ratio:

Unâ cum ipſorum

VIRTUTE, USU, DOSI, NOTIS, OBSERVATIONIBUS, EXEMPLIS

qvàmplurimis

*&*

*Indice locupletiſſimo*

Cum Privilegio Electoris Saxoniæ.

*LIPSIÆ,*

Sumptibus GEORGII HENRICI FROMMANNI, Bibliop.

*Anno M. DC. LXV.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0011-6

BIBL. PUBL.
BASILEENSIS.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0012-2

PERILLUSTRIBUS AC GENEROSISSIMIS COMITIBUS AC DOMINIS,

# Dn. JOHANNI MARTINO

PARENTI

*Nec non*

# Dn. CHRISTOPHORO LUDOVICO

ET

# Dn. CHRISTOPH. GUILHELMO

FILIIS

COMITIBUS IN STOLBERG, KÖNIGSTEIN, RUTSCHEFURT, WERNIGERODA, ET HONSTEIN; DOMINIS IN EPSTEIN, MUNTZENBERG, BREUBERG, AIGMONT, LAHRA, ET KLETTENBERG, &c.

*Dominis meis Clementiſſimis, S. &c.*

PIACULUM MAGNUM ESSE ARBITROR, Perilluſtres, ac Generoſiſſimi Comites, Domini clementiſſimi, quòd Veſtras Celſitudd. pauculis hiſce adire, & chartaceo hôc munuſculo ſalutare audeam. Sed ſi res diligenter conſideretur, facilè hæc mea audacia excuſari poterit. Omnibus enim notum eſt, quod ii, qvi ſcriptum aliquod Bono publico communicare nituntur, illud Patrono ac Mecænati cuidam ſummo inſcribere & conſecrare ſoleant; idque plerumque ob ſequentes cauſas: Primum, ut hôc ipſo Nomen & Memoriam ipſius Patroni immortalitati commendent. Deindè, ut patrocinium contra invidos, malignos, omniaq; dente Theonino rodentes, ſibi concilient. Ut porrò illuſtre aliquod operi ipſi præfixum nomen ſit inſtar hederæ, ſub cujus ſigno, tanquam generoſum vinum repoſcatur, collaudetur &

vendatur. Erut tandem ſit publicum & perpetuum obſervantiæ & gratitudinis, pro acceptis Beneficiis à V. V. V. Celſitudine hactenus acceptis τεκμήριον, & Patroni Humanitas ac Clementia eò magis eluceſcat.

Hæ ipſæ cauſæ & me impulerunt, ut V. V. V. Celſitudinibus hoc meum Florilegium Chymicum inſcribere animũ inducerem. Nam ſi illuſtrem veſtram erga me clientem & ſubditum indignum attamen fidum, hactenus exhibitam munificentiam laudibus ſat prædicare & extollere vellem, dedicatoria hæc in volumen concreſceret. Quare ut aliquâ ex parte (quandoqvidem ex toto impoſſibile eſt) me ſubmiſsè gratum erga Veſtras Celſitud. præbeam, iis hoc meum Opuſculum Medicum inſcribo ac dedico, humilimè rogitans, ut illud ſub ſuo præſidio prodire gratiosè permittant, & contra obtrectatores, quâ pollent, ceu membra S. S. Rom. Imperii primaria, authoritate & poteſtate, tueri non dedignentur. Quam exoptatiſſimam gratiam ſi à Veſtris Celſitudd. impetravero certò ſibi perſvadeant velim, *ipſis me ad quævis ſubjectiſſimi animi* obſequia, nullo non tempore promptiſſimum fore. Quod ſuper eſt, Patrem *illum* cœleſtem devotis invoco & ſollicito precibus, ut Veſtras Celſitudd. unà cum reliquâ famliâ illuſtri Stolbergicâ ad Eccleſiæ, & Reipublicæ Chriſtianæ tutelam firmiſſimam in Neſtoreos usque annos, ſoſpites, florentes & incolumes, in tranquillâ pace & fortunâ conſervare, Conſiliis earundem univerſis, factis & conatibus piis ac juſtis, Author, Adjutor, & Director adſiſtere, ipſasq; tandem ſempiternâ ac cœleſti felicitate benigniſſimè beare velit. Ita qvidẽ voveo; voventi faveat ALTISSIMUS! Valete, Vigete, Florete æternùm,

COMITES ILLUSTRISSIMI,
DOMINI GRATIOSISSIMI,
DYNASTÆ LAUDATISSIMI.

Stolbergæ Cheruſcorum, die XXVI. Februarii, Anno ſalutiferi Partus 1665. ætatis meæ 73. Praxeos 43.

*V. V. Celſitudd.*
humilimus & fideliſſimus ſervus
PHILIPPUS GRÜLINGIUS.

## Ad
## Benevolum Lectorem.

*Anni ſunt jam nunc duodecim, cùm Florilegium meum conſcriberem, & quæ ad quorundam medicamentorum ſecretiores & elegantiores præparationes pertinere videbantur, in Compendium redigerem, lineamentisq́ quaſi adumbrarem. Qui labor hic noſter, ut comperi viris candidis, bonis, & Medicinæ Studioſis, nec non aliis, quibus ſingulares & neceſſarias res cognoſcere volupe est, adeò placuit, ut non modò intra breve temporis Spatium Exemplaria hujus tractatûs noſtrâ opinione citiùs diſtraherentur, nec ullum ampliùs in Bibliopoliis (abſit verborum jactantia) venale ſupereſſet. Hinc factum, ut hactenus ob defectum exemplarium multi ad renovandum & augendum hunc tractatum quàm diligentisſimè adhortati fuerint Quorum petitioni licet quidem primò ob multa tam publica, quàm privata negotia, quibus tunc detinebar, nonnihil difficilem me præbuerim; attamen tandem indeſinenti literarum rogatione & ſollicitatione commotus, facere non potui, quin amicisſimorum benevolorumq́ hominum voluntati morem gerens, annuensq́ felicibus auſpiciis reviſum prædictum meum Florilegium ad prælum adornarem, & tibi ita, ut vides, exhiberem.*

*Qui liber, ſi forſan tuæ expectationi undequaq́ non reſpondebit, eum nec meo voto planè reſpondere ſcito. Natus enim eſt non ſolùm inter iſtos jam præteritos publicos tumultus, verùm etiam inter negotia privata non pauca, quæ quidem amicis nota, hîc autem recenſere non opus eſt. Si qua verò, quæ uſui tuo, vel aliorum, inſervient, in his meis ſcriptis invenies, ea omnia DEO Optimo Maximo, omni Sapientiæ Autori, acceptum feras. Si quid ſecùs, vel homini adſcribas velim; nam & me hominem eſſe, & in hâc naturæ obſcuritate, & mentis imbecillitate, negotiorumq́ varietate, errare potuiſſe, facilè agnoſco. Cæterùm ſcias, Lector Benevole, his medicamentis, quæ hîc tibi præſcripta, & præſertim è Mineralibus & Metallis (inter quæ meritò primas tenent Flores ♁, ☿rii &c. Spiritus Vitrioli, Salis, 🜍ris, Nitri &c.) utendum eſſe non obiter, ſed cum ratione, & ſemper habitô reſpectû Indicationum, & aliarum circumſtantiarum,*

*rum, nimirum temporis, ætatis, ſexûs, complexionis, Conſvetudinis, partis malè affectæ, morbi, temporum morbi, virium ægri, & ſimilium. Nam medicamentum Chymicum cum judicio & cautione uſurpatum, juxta tritum, manus DEI eſt; ſiniſtrè, vel temerè, venenum, & quaſi gladius in manu furioſi. Superflua & præſertim Germanica, quæ hic aliquando occurrunt, & ob Tyrones adjecta, ea, Lector amande, ut cætera æqui boniq́ conſules; uti etiam errata, quæ præter ſpem in hunc librum irrepſerunt, pro tuo candore corrigere, non gravaberis. Hiſce vale, & me amare perge. Stolbergæ die 1. Maji Anno 1644.*

# *NOTA.*

AUtores, quorum libris in hoc opuſculo Medico uſus ſum, fuerunt Principaliores: Johannes Michaël Dilherrus, Theophraſtus, Quercetanus, Crollius, *Beguinus, Sennertus, Hartmannus, Raicus*, Mynſicht, Tentzelius, Johannes Schröderus, Guernerus Rolfinckius, Godofredus Mœbius, Valentinus Andreas Möllenbroccius, Cunradus Frommannus, Claudius Deodatus, Joan: Daniel Mylius, Caſparus Amthor, Michaël Majerus, Blochvvitius, Duncanus, Bornettus, Scotus, Dorncreilius, Angelus de Tarento, Hermannus Conerdingus, Raimundus Mindererus, Joannes Stephanus Strobelgerus, Levinus Fiſcherus, P. Pena, M. Lobelius, C. Bauhinus, Henricus Stapedius, Gregorius Horſtius, Michaël Doringius, Arnoldus Weiccardus, Balduinus Clodius, Reineccerus, Conradus Künrad, Gabriel Ferrara, Joannes Petrus Faber, Tabernæmontanus, Johannes Poppius, Joannes Agricola, Gerhardus Dornæus, Joannes de Vigo, Heinricus Julius Böckelius, Gabelchöverus, Paulus Ægineta, Levinus Lemnius, Andreas Libavius, Viri omnes de Repub. Medicâ benè merentes benè meriti; quâ de causâ non neceſſarium eſſe duximus cuilibet medicamento adjicere Autorem. Qvi enim obiter tantùm percurrit ejusmodi autores, facilè colligere poteſt, quæ mihi, vel prædictis ſcriptoribus adſcribenda ſint.

CAR-

# CARMINA ENCOMIASTICA.
à
Patronis & amicis qvibusdam conſcripta.

Ad

## Dn. PHILIPPUM GRÜLINGIUM,
Conſulem & Medicum Stolbergenſem.

HYdram, Leonem, Cerberumqve cum Caco
Domuiſſe Vates fabulantur Alciden,
Fixumqve cœlo, prænitere Vicinum
Septem Trionum Sideri ferunt Sidus.
Nugæ. Medendi gnara dextra GRÜLINGI
Choro Medentum non negante, phæbea
In Arte Roſcl, mille Corporum peſtes
Niſu Herculano ſæpè vicit atqve ægris
Venis fugavit, ac faventibus Fatis,
Cymba Charontis pharmacô ſalutari
Pedes retraxit jam Migrantium Vitâ.
Alter Machaon, alter Hercules verè.
Neq; artis ipſe, publico bono natus,
Arcana terris invidet, ſed annorum
Tot tamq; doctus, cognitasq; tam paucis
Curas, laboresque illinit Senex Chartæ,
Chartæ eruditæ, jugiterque victuræ.
Senex verendâ verticem nive ſparſus
Calamos inertes odit, & cedro dignis
Scriptis, Medentes inter eminens Phæbus
Æquæva cælo præmia obtinet Famæ.
Creſcentem, Amice, grator in dies laudem
Dum, quæſo & opto, pertinace gens dextra
Conſulta Ruris, Bartolum meum volvet,

Tuæqve cultor Artis aure Galeni
Præcepta creber hauriet, tuum Nomen
Tuasqve laudes Orbe differant Docti.
Nepos Nepotum, ceu merere, GRŰLINGI
Memori tabella (vota reppeto) partam
Labore & Arte Gloriam memor ſcribat.

*Venerando Seni, Medico Experientiſſimo, Amico pl. dilecto, teſtandi Amoris ergò haſce lineas apposuit l. mq.*

Johannes Titius, D. Sac. Cæſar. Palat. Comes, Illuſtr. Comitis in Stolberg Cancellarius Reip. Northuſanæ à Conſiliis. d. 4. Martii, 1665.

---

HAs *Medicinarum* Flores *GRULINGIUS orſus*
*Carpere, FROMANNUS multiplicare ſtudet:*
*Multiplicare ſtudet* Famam *Medicina viciſſim*
*Amborum, laudes gratidicasq; dabit.*

Johannes Michaëlis, Phil. & Med. D. P. P. Facult. Med. Lipſ. Decanus, Academiæ Senior & Archiater Saxo. Altenburgicus.

---

*FLoriferis ut Apes in ſaltibus omnia libant,*
*Floribus & variis dulcia mella parant:*
*Sic Tu, GRULINGI, Medicorum ſcripta peragras*
*Maxima, & in Summam colligis arte brevem,*
*Naturæ vires ſcrutaris & optima monſtras*
*Pharmaca, queîs refici langvida vita queat.*
*Hinc POLYANTHEIAN MEDICAM nunc mittis in Orbem,*
*Cui Divâ applaudit Doctus Apollo manu,*
*Atq; ait: æternum vivat GRULINGIUS Orbi!*
*Dignum laude virum ſcripta perire vetent!*

*Qui POLYANTHEIA certiſſima Pharmaca ſtipat,*
*DÆDALIA perpetuo nunc vocitetur APIS!*

Ita applaudebat ex animo
*Albertus Günzelius Eccleſiarum per*
*Comitatum Stolbergicum Superintendens.*

DE
# FLORILEGIO
## CL. DN. PHILIPPI GRÜLINGII, &c.
## *ad Studioſam Rei medicinalis juventutem.*

HEm! *Quid tot* Celſi, Paracelſi *totq;* Galeni,
*Aut* Arabum medicas *quæris anhelus* opes?
Hartmanni, Crolli, Sale *quot* Pharmaca *cogis?*
Sulphur, & Unceri, Mercuriiq; tomos?
*Et tam multorum relegis* ſecreta Sophorum,
*Pluraq; quæ* nodus Gordius *implicuit?*
*E tanto numero quæ ſunt* ſelecta probata
*Tutaq; GRULINGI nunc MEDICINA tenet:*
*Quæ cur non* pleno *dicatur* Copia cornû
*Effundens lymphas limpidioris aquæ?*

Hoc honoris & amoris ergò votum accinit
*Chriſtophorus* Kellingt/ *M. D.*
*& Phyſicus ordinarius Islebienſis.*

IN
# FLORILEGIUM.
## HIPPOCRATEO-GALENO-CHYMICUM
*VIRI FAMA ET MERITIS EXIMII,*
## DN. PHILIPPI GRULINGII, &c.
tertiæ & auctioris editionis.

QVid non GRULINGUS præſtat? langventibus ægris
Non ſolùm *medicam* fert *benè doctus opem;*

Invi-

Invidiæ purus ſed doctor *Pharmaca* monſtrat,
Quæ *bona Celſus* habet, quæ *Paracelſus* habet;
*Ipſeq;* quæ reperit *præſtantia*, quæq; reperta
Sunt aliis, *velo Sphyngis* operta tamen.
Hæc aperit, traditq; *modum*, quo quodque parari
*Innocuum* ſcitâ *dexteritate* queat;
*Cautelisq;* monet, ſe ſit *temerarius uſus*.
Usû quippe *malo fit medicina malum*.
Indeq; *Pegaſeo* notum ſuper æthera *curru*
Nunc magis atque magis *Fama coruſca* vehit.
Et qui GRULINGI *medicamina* negligit excors
In ſoleis cerebrum poſſidet ille ſuum.
*Vivat* GRULINGUS, *decus immortale Medentum!*
De *vitâ meritum vivere*, JOVA, jube!

*Veteris Amicitiæ ergò f.*

M. Nicolaus Gothus, P. C. L.

Ἐνκωμιαςικόν.

HAut minor Medicas Artes mirarier omni
Ab ævo in ævum Mentium clariſſimas
Quosq; ſuo ſparſit Pallas ſale, Coa freqventes
Adire plantis impigris Collegia.
Qvid quæſo, qvid non Medici manus enthea præſtat?
Metalla ſolvit Ignibus, non ignibus.
Hinc opera artifici Salia extrahit, elicit inde
Ægris ſalubrem Spiritum mortalibus,
Tanqvam ungves digitosq; ſuos cujuslibet herbæ
Novitq; vires, & peritè ediſſerit.
Viribus exuto ſolidis fractoq; dolore
Solem propinat, igne mirô liqvidum,
Et cymba, nî Fata vetent, revocare Charontis
Pedes medendo nititur, jacentium.
Hinc Vatum veterum commento Alceſtida fertur
Revocâſſe in auras Herculanæ vis manus,

Medéa Æſoniis vires reparâſſe lacertis,
Vires Juventæ; vivit Æſculapii
Virbius auxilio; Medicæ Doſis eripit Artis,
Deo volente, fauce non rarò necis.
Hæc reficit morbo viduatum robore Corpus,
Gradusq; lethi præpetes ſufflaminat.
Hæc nomen famamq; parit, qua claruit olim
Apollo doctus filiusq; Apollinis,
Pæona quis neſcit? Nec ſolum antiqvius ævum
Machaonasq; Chironasq; protulit,
Noſtra etiam Medicos ætas dedit Arte ſecundos
Nulli brabéo Fama quam mactat memor.
*Sennertos* Witteberga ſuos, Philyréa *Michales*,
Salana laudat *Mavios*, *Conringios*
Elmus laureola ſemper viridante coronat,
Multoq; plures Terra jactat Teutona.
En tibi, quam volvis, Medicûm Par nobile ſiſtit,
*Sophûm probata mille punctis Pagina.*
E Medico primùm prato *Grülingia* Flores
Legit legendos, pertinax *Induſtria*,
Cujus Muſa, Viri laudem Fide, Carmine, Plectro
Æquare neſcit, langvidæ potens Lyræ,
Id ſtudio vigilante novis Opus Incrementis
*Fromannus* auxit, Ille in Arte Roſcius
Pæonia, multo qvi non ſine murmure Momi
Tantùm medentes inter extulit Caput,
Quantùm inter corylas pinus celſiſſima, quantùm
Inter minora Noctiluca ſidera.
Quaq; via quaq; Arte fugax revocetur Hygeia,
Votâ vel ipſâ Saniori charior,
Quæ Decocta; Extracta levent ſolvanq; dolores,
Peſtesq; morbi diſſipent multiplicis,
Parvo hæc venalis pretio tibi Pagina, Lector,
Id luculenter eruditeq; expedit.
Cujus edit Tabes artus, quem Calculus urit,
Qvem Crudelitates, aut Catarrhi prægravant,
Quem lateris dolor affligit, quem querquera Febris
Quatit cognitq;, quem Podagra lancinat,

(Et numero quis morborum genera omnia claudat?)
Certam Medelam repperit & Anodynon.
Annon hic Soſiis mereat Liber æra? Merebit
Latosq; tractus transvolabit æquoris,
Scriptorisq; ſui. fama ſubvecta quadrigis,
Venturum in ævum prorogabit Nomina
Dignis mactabit Titulis, monumentaq; Laudum
Certus per omnes orbis oras exiget,
Quæ non dejiciat ferventibus Æolus auſtris,
Aut fulminante dextera Dieſpiter
Inprimis Opifer vulgò dicaris Apollo
*Fromanne*, Princeps gentis Æſculapiæ,
Vivas! Et Medicis curis quæſita perennet.
Æquæva cælo Fama, terris didita.
Vivas, nec vitiis noſtris te tollat iniqua,
Vovemus, aura, *Patrii Jubar Soli!*

*Honoris & Officii ergò deprop.*
*M. Fridericus Hildebrandus, Sch. North. Rector.*

*Ad Chariſſ. Dominum Parentem.*

Quamvis non omnes medicina repellere morbos
Poſſit, cum gravius ſæpè ſit arte malum.
Non tamen in nullo pretio eſt, parvique putanda;
Cum domum ſummi ſit ſpeciale DEI,
Vim dedit hic gemmis, plantis, radicibus, herbis,
Robore ſanandi nulla metalla carent,
Hinc qvi naturæ ſecreta latentia quærit,
Dignus, ut aſſiduâ laude vehatur, erit.
Ergo reportabis, PATER optime, laudis honorem,
Quod medicæ ſtudio ſuſcipis artis opus,
Hactenus & vigili quæ ſunt collecta labore,
Chalcographos curas commemorare typis.
Pèrge modo varias ſanandi quærere normas,
Perge, nec inceptum deſere laſſus iter.
Nam tua ſic trades victuris nomina chartis,
Et decus à ſera poſteritate feres.

*Philippus Gerh. Grülingius, Medicinæ Practicus.*

# INDEX CAPITUM,
## Qvæ in ſingulis Libelli hujus Partibus continentur.

## PARTIS I.
### De
### CHIMIA.

*Cap.* 1. *De Nomine, Speciebꝰ, definitione, Objecto & Fine Chimiæ.* p. 1.
2. *de tribus operationum claſſibus neceſſariis ad conficienda Medicamenta Chymica, ut I. de Tritura. Lævigatione, Raſione & Limatione, II. de Colatione & Clarificatione. III. de Digeſtione & circulatione.* 5
3. *De Lutis pro fornacibus conſtruendis. I. pro recentis loricandis. II. pro vitris fractis conſolidandis. III. pro vitris lutandis. & IV. pro roſtro alembici cum recipiente lutando.* 12
4. *De tribus Medicamentorum Chymicorum differentiis.* 13

## PARTIS. II.
### De
### Medicamentis Univerſalibus.

Cap 1. *De Lapide Philoſophorum.* 14
2. *De Auro potabili vero ac genuino, Proceſſu auri potabilis extractatu (de Auro) Germanico Clariſſimi Viri, Domini Johannis Agricolæ, Medicamento confortativo ex Auro potabili, aliisq; pretioſis præ cæteris omnibus nobiliſſimo, & Auro potabili Anglico. Item de Auri potabilis deſcriptionibus qvibusdam ſingularibus. Auro poculento Qvercetani, Auro transparente vitrificato ſeu Rubino ☉, Tinctura Rubini ☉ ad deploratos morbos præſtantiſſimâ, Extractione Tincturæ Solaris vitalem balſamum conſervante, Flore, Oleo Solis, Auroq; vitæ.* 17
3. *De Panaceâ Theophraſti, & alio medicamento univerſali in formâ Extracti.* 29
4. *De liqvore Solis Aromatico Minſichti.* 31
5. *Deſcriptio Medicinæ Summæ* 34

## PARTIS III.
### De
### Maturativis & Digeſtivis.

Caput 1. *De Tartari Genitura, origine & uſu Mechanico, Medico & Spagyrico.* 38
2. *De Tartaro vitriolato fixo, vel Acido Tartari.* 41
3. *De Oleo Tartari.* 45
4. *De alio acido Tartari.* 46
5 *De Cremore ♀i.* ibid.
6. *De Cryſtallis ♀ri.* 47
7. *De ſpeciebus Diatartari.* 50

8. De ☿ro Nitrato. 51
9. De Sale ☿ri. ibid.
10. De Medicamẽtis digeſtivis compoſitis. p. 52
11. De terra Tartari foliata, ſeu de Sale ☿ri foliato elementari. 61
12. De Obſervationibus qvibusdam circa exhibitionem digeſtivorum ſcitu neceſſariis. 63

PARTIS IV.
De
Vomitivis Rarioribus ab Hermeticis è mineris inventis, deque illorum Præparatione, mirabili efficaciâ, vario uſu & legitimâ Doſi. 63

Caput 1. De Gilla Theophraſti, ſeu Sale vitrioli vomitivo. 64
2. De Vitriolo albo vomitivo. 65
3. De Sale Vitrioli, ſeu Vomitorio Vitriolato Domini Angeli Salæ. 66
4. De Floribus Mercurii Argenteis. 68
5. De Mercurio dulci. 73
6. De Mercurio vitæ Crolliano, aliaq; Præparatione Mercurii vitæ, ib.
7. de Manna Mercurii. 78
8. de Aqvila Imperiali. ibid.
9. de Floribus Antimonii vulgaribus. 79
10. de Roſa vitæ. 81
11. de Floribus Antimonii alio modo Correctis. 81
12. de Oleo Antimonii. 84
13. de Electuario Antimoniali. 85
14. de Croco Metallorum. 87
15. de Aqvâ benedicta Qvercetani. 89
16 de Aqva Emeticâ noſtra. 90
17. de Syrupo Emetico. 91
18 de Vomitorio vegetabili Plateri & alciorum. ibid.
19. de Vomitoriis Vegetabilib9 aliis. 94
20. de ſignis apparentibus à Vomituritè expedito. 97
21. de Compeſcendo vomitu nimio in Hypercatharſi, ſeu immodica purgatione. ibid.

PARTIS V.
De
Catharticis Univerſalioribus Secretioribus & expertis.

Cap. 1. De Panchymagogo Crolliano. 101
2. de Panchymagogo Vegetabili, vel Catholico Theophraſti. 103
3. de Extract. Catholico Majori. 104
4. de Extract. Catholico minori. ib.
5. de Cathartico Catholico de Extractis. 105
6. de aliâ Panchymagogi compoſitione pro validioribus. 106
7. de aliis formulis Panchymagogorum. 106
8. de Pilulis Polychreſtis, vel Catholicis. 109
9. de Vino Laxativo Catholico. 113
10. de Pulvere Laxativo Catholico. 117
11. De alio pulvere purgante Catholico. 118

12. De

12. *De morſulis purgantibus omnes humores morſulis Spec.* Diacarthami *Baſileenſis, ſeu ſecundæ deſcriptionis & morſulis aromaticis roſatis laxativis D. Cunradi Fromanni.* 121
13. *de Syrupo Laxativo Catholico.* 122
14. *de Paſſulis laxativis.* 123
15. *de Spiritu purgante.* 124

PARTIS VI.
De Catharticis Particularibus.

Caput 1. *De Extracto Cholagogo.* 129
2. *de extracto Phlegmagogo.* 130
3. *de extracto Melanagogo.* ibid.
4. *de pulvere Cholagogo.* 131
5. *de pulvere Phlegmagogo.* ibid.
6. *de pulvere Melanagogo* 132
7. *de pulvere Hydragogo.* 133
8. *de Reſina & Magiſterio Scammonii.* 134
9. *de Scammonio Roſato.* 135
10. *de Tartaro Scammoniato.* 136
11. *de extracto Aloës.* 138
12. *de Pilulis Angelicis.* 139
13. *de extracto Turpeti.* 140
14 *de extracto Rhabarbaræ.* 141
15. *de extract. Mechoacannæ albæ.* 144
16. *de extracto radicis Gelapu, ſeu Mechoacannæ nigræ.* 146
17. *de extracto ſeu Magiſterio Gummi laxativi, alias Gummi de Peru vel de Goa ſeu Gutta Gemu, aut Gummi ad Podagram.* 148
18. *de extracto Hellebori nigri.* 152
19. *de extracto Bryoniæ.* 153
20. *de extracto Colocynthidis.* 154
21. *de Extracto Eſulæ minoris.* 155
22. *de ſucco radicis Ireos noſtratis.* 156
23. *de ſucco Elaterii.* 157
24. *de Soldanella.* 158
25. *de Extracto Agarici.* ibid.
26. *de Extracto Hermodactylorum.* 159
27. *de Extracto Foliorum Senæ.* 160
28. *de Pilulis ad Bilem.* 164
29. *de purgantium in genere adminiſtrandorum neceſſariis, obſervandisq; regulis.* 176
30. *de ſuppoſitoriis linimentis.* 164
31. *de Oleis, ungventis & Fotibus quibusdam laxativis.* 178
32. *de Clyſteribus.* 180

PARTIS VII.
De Diureticis.

Caput 1. *De Sale Succini & quibusdam Oleis.* 194
2. *de Oleo Fœniculi, & aliis diureticis.* 169
3. *de Spiritu deſtillato diuretico.* 199

PARTIS VIII.
De
Diaphoreticis præcipuis è Metallis, Mineralibus & Vegetabilibus confectis. 200

Cap. 1. *De Mercurio Diaphoretico Solari, vel Auro Diaphoretico.* 201
2. *de floribus Antimonii fixis & diaphoreticis.* 202
3. *de Turpeto Minerali Diaphoretico.* 204
4. *de ♀re Aurato Diaphoret.* 207

5. de Aqvis & ſpiritibus Theriacalibus. 208
6. de Diaphoretico Paracelſi in peracutis, vel mixtura ſimplici Andernati, aut Mixtura de tribus ſeu mixtura Vitriolata. 210
7. de Elixiri Diaphoretico Peſtilentiali, 212
8. de Spiritu Tartari. 214
9. de ſpiritibus Diaphoreticis. 216
10. de Acidula, Lavacro, Aceto vel elyſi Antimonii. 220
11. de extracto Ligni Gvajaci. 223
12. de Cornu Cervi præparato. ibid.
13. de Pulveribus Bezoardicis. 227
14. de variis Sudoriferorum formulis. 229
15. de qvibusdam obſervationibus inciendo ſudore ſcitu neceſſariis. 236

PARTIS IX.
De
Confortativis variis rarioribus & præcipuis. 238

Caput I. De Aqvâ Confortativâ pretioſâ. 239
2. de Aqvâ in deliqviis. 246
3. de aqvâ Cinamomi, Cinamom. qvid. 247
4. de mixtura confortativa Imperiali, vel diamoſcho pro magnatib. 257
5. de Confectione Alkekerm. 258
6. de Magiſterio, Sale ſeu Eſſentia Perlarum. 621
7. de Oleo ſeu Qvinta eſſentia Perlarum. 264
8. de Magiſterio Corallorum. 265
9. de lapidum qvinq; pretioſorum Magiſteriis, ſeu Salibus. 269
10. de Oleo Garyophyllorum. 271.
11. de Auro potabile oleiformi. 271
12 de Flore auri pretioſo. 272
13. de Tincturis cordialibus 273
14. de variis Rotularum Confortativarum formulis. 275
15. de herba Thee. 281

PARTIS X.
De
Anodynis. 283

Cap. I. Qvid ſit Opium. ibid.
2. de Laudano Opiato Qvercet. 285
3 de Laudano Opiato Qvercetani alio qvod vocari poteſt Laudanum Opiatum Qvercetani majus. 286
4. de Laudano Opiato Crolliano eo modo præparato ut ſeqvitur. 287
5. de Nepenthe aureo Angeli Sale. 289
6. de Laudano Opiato D. Johannis Hartmanni. 290
7. de Laudano Opiato D. D. Dan. Sennert. ibid.
8. de Laudano Opiato D.D. Döreri 291
9. de Laudano Opiato D.D. Hadriani à Mynſicht. 292
10. de Laudano Opiato D. Johannis Freitagii qvondam Oſnabrugenſis Epiſcopi. Archiatri poſtea Profeſſori Primarii in Academia Gröningana. 293
11. de Laudanis Opiatis diverſis Paracelſo adſcriptis. 294

12. de modo exhibendi Laudani in particularibus affectibus. 306
13 de Laudanorum aliorum formulis. 314
14. De Sulphure Vitrioli. 317
15. de Ungvento Anodyno. 320

PARTIS XI.
De
Odoriferis. 322
Cap. 1. De Ambra. 324
2. de Balſamis. 327.
3. de Spiritu Roſarum. 332
4. de Aqvâ odoriferâ. 333

PARTIS. XII.
De
Medicamentis Specificis Appropriatis. 334
Cap. 1. de Argento ſeu Luna potabili, 335
2. de oleo Succini. 336
3. de Elixiri proprietat. Paracelſi. 339
4. de Pulveribus Sternutatoriis. 341
5. de aliis pulveribus ptarmicis. 306

PARTIS XIII.
De
Specificis Epilepticis. 344
Cap. 1. De pulvere Antepileptico ex Cinnabrio Antimonii. ibid.
2. de Spiritu cerebri humani. 347
3. de mixtura Antepileptica. ibid.
4. de Galreda vel Gelatina Cranii humani Paracelſi. 348
5. de pulvere Epileptico Marchionis. 349
6. de Extractis Tincturis & aqvis Epilepticis. 352
7. de Laudano Epileptico Hartmanni ejusdemq; aqva ut & Magiſterio Succini. 356

PARTIS XIV.
De
Specificis Apoplecticis. 358
Cap. 1. De aqv. Apoplectica Crollii. ib.
2. de Aqva Apoplectica D. Conradi Fromanni in Imperali Northuſa Phyſici & aliis Officinalibus. 359
3. de aliis Apoplecticis Medicamentis. 361
4. de Balſamo Apoplect. Crollii 363

PARTIS XV.
De
Specificis Gutturalibus.
Cap. 1. de Lapide Brunell. ſeu Cryſtallo vel Anodyno minerali. 364

PARTIS XVI.
De
Ophthalmicis & Odontalgicis Specificis,
Caput I.
De aqva Ophthalmica Quercetani. 366
II.
De Ophthalmico Crollii. ibid.
III.
De aqva Ophthalmica Hartmanni & aliorum. 368
IV.
De Specificis Odontalgicis. 370
V.
De aqva Odontalgicâ Crollii. 371

VI.
De Ungvento Odontalgico. 372
VII.
De Oleo Heraclino. 373
VIII.
De Tinctura Enulotica D. Fromanni. 374
PARTIS XVII.
De
Pectoralibus. 374
Caput I.
De Oleo Sulphuris aurei Coloris 375
II. De Floribus Sulphuris albi. 377
III. De lacte ſeu Cremore, Magiſterio aut Butyro Sulphuris, ſecundùm præparationem Crollianam. 379
IV. De Balſamo Sulphuris vel Rubino Sulphuris. 381
V. De Balſamo Sulphuris aniſato. 383
VI. De Balſamo Sulphur. compoſito. 386
VII. De Elixiri Sulphuris 387
VIII. De Extracto ſeu quinta Eſſentia Sulphuris. 388
IX. De Aqvis pectoralibus. 389
X. De Floribus Benzoinis, ut & vitriolo albicante. 395
XI. De Tragea ad omnes pectoris affectibus. 395
PARTIS XIIX.
De
Specificis Stomachicis, 398
Caput I.
De Spiritu Vitrioli. ibid.
II. De alio ſtomachico, nempe ſpiritu Salis. 404
III. De ſpiritu Veneris & Martis. 410
IV. De Sale abſinthii. 412
V. De pulvere Aaronis Qvercetani 413
VI. De aqva Stomachica. 414
VII. De Extracto Stomachico. 415.
VIII. De Tinctura abſinthii. 146
PARTIS XIX.
De
Specificis Epaticis,
Caput I.
De Crocis Martis aperitivis. 417
II. De Tinctura Martis. 419
III. De Tinctura Corallorum per ſpiritum mellis. 424
IV. De Epaticis aliis. 430
PART. XX.
De
Specificis Spleneticis Hypochondriacis & Scorbuticis.
Cap. I.
De Medicamentis Internis. 433
II. De Spleneticis Externis. 447
PART. XXI.
De
Dyſentericis.
Cap. I.
De Croco Martis adſtrictorio 449
II. De Tincturis Martis adſtringentibus. 451
III. De pulvere dyſenterico. 452
IV. De Oleo Croci Martis. ibid.
V. De Vitriolo ſeu Cryſtallis Martis. 454

PAR-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0028-2
DFG

De Specificis Uterinis.
Cap. I.
De Uterino Crolliano. 454
II. De aqva vitæ mulierum. 455
PART. XXII.
Specificis Febrilibus.
Cap I. De potione febrili. 452
II. De Tinctura Roſarum. 463
III. De aliis Febrifugis. 464
IV. De pulvere Ligni Febrifugi ſeu Corticis ſinenſis de Palode Calenturas Hiſpanico Idiomate dicti. 466
V. De Febrifugis Externis. 468
PART. XXIV.
De Peſtilentialibus.
Cap. I. de Elixiri Peſtilentiali. 470
II. De Lapide Bezoardico. 471
III. de Amuletis. 473
IV. de Antidotis antipeſtiferis variis. 477
PART. XXV.
De Venenatis.
Cap. I. De ſerpentum pulvere vel Bezoardico animali. 4ſ6
II. De Emplaſtro adverſus ictum Serpentis. 490
PART. XXVI.
De Specificis Arthriticis.
Cap. I.
De Arthritide ejusq; ſpeciebus, Pilulis polychreſtis & bolo purgãte. 493
II. De ungvento Anodyno Crolliano. p. 498
III. De Eſſentia Ligni Saſſafras. 502
IV. De Elixiri arthritico Ampliſſ. D. D. Michaelis. 503
V. De aqva antipodagrica Rulandi. 504
PART. XXVII.
De
Specificis Nephriticis,
Caput I.
De Sale contra calculum. 506
II. De Magiſterio oculorum cancrorum. 510
III. De potione antinephritica, & aliis. 511
IV. De Medicamentis aliis Nephriticis. 516.
PART. XXVIII.
De
Specificis Venereis.
Cap. I.
De Confortativo vegetabili Paracelſi. 521
PART. XXIX.
De Vulnerariis.
Cap. I.
De ungvento Paracelſi qvod & Ungventum Stellatum vel Ungventum Herculeum, vel Ungventum Martis appellatur. 528
II.
De Lapide medicamentoſo. alias lapide Salutis dicto. 531
III.
De Sale Butyro, ſaccharo, ſeu melle Saturni. 533
IV.
De ſperniolæ Compoſitione. 537
PART. XXI.

V.
De Balſamo Sulphuris Rulandino ad vulnera. 540
VI.
De alio Oleo Sulphuris. 544
VII.
De Oleo Ovorum. 546
IIX.
De Oleo Hyperici herbæ. ibid.
IX.
De Oleo Myrrhæ. 548
X.
De Oleo Ceræ. ibid.
XI.
De Balſamo vulnerario efficaciſſimo. 549
XII.
De Emplaſtro ſtictico excellentiſſimo. 551
XIII.
De Emplaſtro vulnerario alio 553
XIV.
De Oppodeldoch Paracelſi. 555
XV.
De Sale & arcano Brunellæ, & aliis vulnerariis. 556
XVI.
De punctura nervorum, Curatione ulcerum, Contuſionum, & attritionum, nec non ambuſtionum & Congelationum partium corporis. 557
XVII.
De Tumoribus univerſalibus, Phlegmone ſcilicet Eryſipelate, Oedemate & Scirrho curandis. 564

## PART. XXX.
De
Spiritus Vini præparatione, notis Metallorum, Mineralium, Ponderum, Menſurarumq;.

Cap. 1. De Spiritus Vini præparatione. 572
2. De notis Metallorum Mineraliumq;. 573
3. De notis Ponderum. 577
4. De notis menſurarum. ibid.

PARS

# PARS I.
# DE CHIMIÆ NOMINE, NATURA, OBJECTO, FINE, &c.

## CAPUT I.

ANtequam in hoc libello aliquid de medicamẽtis Chymicis dicamus, libet pauca hæc, quæ ſequuntur nimirum, de Chimię Nomine, Naturâ, Objecto, Principiis, Fine, & his ſimilibus, in gratiam Chimiæ Tyronum hîc præmittere.

### DE NOMINE CHIMIAE.

*Nomen Chimiæ derivari vult Johannes Michael Dilberrus, vir orientalium linguarum in Univerſitate Jenenſi peritiſſimus ex Arabicâ radice CHAMA, incaluit, exarſit, calore examinavit.* Alii volunt ipſam originem trahere Chimiam à voce χέω. *fundo, quaſi diceres Infuſionem:* vel ἀπὸ τȣ̃ ἁλός, καὶ χέεσθαι, quod eſt ſal fundere, vel ἀπὸ τȣ̃ χυμȣ̃, *id eſt, Succo.* Ab iis, qui Paracelſum ſequuntur, appellatur *Chimia Ars Spagyrica; quã vocem nonnulli* ἀπὸ τȣ̃ σπᾶν *&* ἀγείρειν, *à ſegregando, & conjũgendo, quòd Heterogenea ſeparet, & Homogenea iterùm conjungat, deductam putant.* Alchimia vox eadem eſt cum Chimiâ, præpoſito ſolùm articulo emphatico Al, æquipollente Græcorum articulo ὁ, ἡ, τὸ.

Domino M. Nicolao Gotho, Paſtori Ufftrungenſi, Viro in re Botanica peritiſſimo, Alchimiæ vocabulum videtur Græcam ſapere originem, ab ἄλκιμος, id eſt, robuſtus, ut Alchimia ſit quaſi ἀλκιμία, ac ſi dicatur roboratio & Naturæ & Medicinæ Practicæ. Quanta autem ſit affinitas in κ & χ & quàm aptè hoc in illud, vel illud in hoc tranſeat, ex Grammaticorum obſervationibus conſtat. Ut taceam, quod imperiti in barbaro olim ſeculo χ pro κ facilè legerint & pronunciaverint. Adſtipula-

pulatur huic conjecturæ Italica elocutio, quæ literas ch junctas, non ſequenti vocali, ſine adſpiratione inſtar κ effert. Hinc ἀλχιμιςὴς formari poteſt, vulgò Alchimiſta. AL igitur hîc non ſit articulus: & rectiùs fortaſſe Alchimia, quàm Chimia ſcribitur; ſalvâ tamen doctiorum, & præſertim Dn. Dilherri ſententiâ, ſecundum quem AL articuli rationem obtinuerit.

## De
## SPECIEBUS CHIMIAE.

Duplex ex Chimia, vel Univerſalis, vel Particularis, I. UNIVERSALIS *eſt, quæ circa objectum univerſale verſatur, ad faciendam Medicinam,* quæ omnes impuritates in corpore, illæsâ illius ſubſtantiâ, quicquid in illo naturaliter eſt conſtitutum, conſumere, totumq; naturæ robur afflare poteſt, ut morborum inſultibus averruncandis ſufficiat, & humores, ne Medicinis roborantibus reſiſtant, refrenet. Hanc quidam Panaceæ nomine indigitant; Alii Lapidem Philoſophorum appellant. II. PARTICULARIS, quæ iterum duplex.

*Una,* quæ verſatur circa metalla, earumq; transmutationes, & appellatur χρύσο: vel ἀργυροποιΐα, quæ quamvis non omnibus nota, atque omnibus contingat, & ii, qui hanc profitentur, ferè proclives ſint ad paupertatem; attamen ipſam eſſe, atq; in naturâ dari, multis exemplis probari poteſt. *Altera* occupatur circa corpora naturalia, eorumq; partes, Cauſas, Affectionesq; inquirit, Medicinæ faciendæ gratiâ. Hæc Chimiatria Eſſata, quaſi Eſſentiam extrahens vocatur.

## DE
## DEFINITIONE CHIMIÆ.

Eſt ergò Chimia Ars, corpora naturalia miſta concreta ſolvendi, & ſoluta coagulandi, purum ab impuro ſeparandi, ac medicamenta grata, ſalubria & tuta concinnandum. Definitur hîc Chimia Ars, quia non acquieſcit in cogitatione & contemplatione corporum miſtorum, ut ſcientia Phyſica; ſed finem habet τὸ ἔργον, ſeu πρᾶγμα, Magiſterium ſcilicet, Tincturas, Quintas Eſſentias & ſimilia.

## DE
## CHIMIAE OBJECTO.

Chimiæ Objectum conſtituimus corpora naturalia, concreta, ſolubilia, & coagulabilia, (hinc duæ Chimiæ partes, Solutio & Coagulatio, de quibus paullò infra) imperfectè & perfectè miſta, quæ in triplici ſerie.

I. *Animalia;* quæ iterùm triplicia: Aërea, Terreſtria & Aquatilia.

II. *Vegetabilia;* à Paracelſo creſcentia dicta, quæ per infixam radicem

cem alimenta ex terrâ trahunt: ut ſunt Arbores, Frutices, & Herbæ.

III. *Mineralia*, quæ in viſceribus terræ inveniuntur, in diverſas ſpecies, ſecundum diverſam rerum proportionem, concreta: Sunt & hæc tria: Metalla, media mineralia & Lapides. Et ut objecta materia, circa quam Chimia verſatur, ut jam diximus, triplicis ſortis; Ita quoque ſecundùm Paracelſum, qui refert, omne creſcentium à naturâ productum, in tribus ornatisſimè eſſe poſitum; *Ergo tria ſunt Principia, quorum conjunctione conflatur corpus, & unitur eorum ſubſtantia.*

*Primum eſt SAL, qui purgat, mundificat*, balſamoq; ſuo conſervat, ac in illa dominium habet, quæ tendunt in putrefactionem, & analogiâ Terræ reſpondet.

*Alterum eſt MERCURIUS*, qui aufert omne, quod habet conſumptionis initium, & confertur Elemento aëris & aquæ.

*Tertium eſt Sulphur*, quod in ea, quæ ſuperflua ſunt ex aliis duobus, ac incipiunt corrumpi, dominatur, & asſimilatur igni, propter flammam, quam facilè concipit; quod Chimiæ cultores benè nôrunt, idque ſequentibus exemplis probare, & ob oculos naturæ perſcrutatori ponere conantur.

*Specimen ſit deſumptum à lignis viridibus, quæ ſi cremes, egredietur primùm aquoſum quiddam, quod ignis flammæ concipiendæ planè inidoneum eſt, & in fumum converſum ſi colligatur, in aquam reſolvitur, diciturq; MERCURIUS; deinde exibit oleaginoſum quiddam, facilè inflammabile, quod in vapores reſolutum, ſi cohibeatur, in oleum, abit, vocaturq; SULPHUR. Tandem remanet ſiccum terreſtre, quod ex cineribus, aquæ beneficiô extrahitur, inque humido & frigido reſolvitur; calore autem concreſcit, ac SALIS nomen obtinet.*

*Ita LAC ſubſtantiam continet Sulphuream butyroſam; deinde Mercurialem ſeroſam; & tandem ſalinam caſeoſam.*

*Ita OVI albumen Mercurium exhibet; vitellus Sulphur; pelliculi & putamina ſalia.*

Pari ratione ex Gariophyllis aqua Mercurialis præſtantisſima, oleum ſulphureũ excellentisſimum, & ex fecibus Sal candidisſimum elicitur.

## DE
## *FINE CHIMIAE.*

Finis Chimiæ eſt, Medicamentorum ſalubriorum & tutiorum præparatio, quæ fit; quando purum (quod nominatur à quibusdam Aſtrum, propter ſplendorem; Semen propter fæcunditatem; Balſamum propter incorruptibilitatem; Radix propter regenerationem) ab impuro-

ro, Heterogenea ab Homogeneis, beneficio ignis, vel alio modo, ſeparantur: Nam cùm nihil à naturâ creatum, quod puro & impuro non conſtet, neceſſitas poſtulat ejusmodi diverſarum ſubſtantiarum purificationem & ſeparationem: quâ factâ ſibi Medicus medicamenta ſalubria conficere, iisdemque omnis generis morbos, 1. *Citò*, propter ſummam ſubtilitatem (quis enim neſcit, ea, quæ in ſum̃am ſubtilitatem redacta ſunt, citiùs, & è contrario, craſsâ & terreſtri mole obruta, tardiùs operari) 2. *Tutò* (ſi uſus adeſt circumſpectus) quia non amplius ſunt impura violenta & venenata; ſed pura, & omnis deleteriæ qualitatis expertia, & 3. *Jucundè*, tàm ob minimam doſis quantitatem, quàm ob ſaporem gratum, & non nauſeabundum, odorem fragrantem, coloremque amabilem, curare & propellere poteſt.

Hunc finem ut Artis Chimiæ Studioſus aſſequatur, à Paracelſo, aliisque doctis Spagyricis, diversâ pro rerum naturalium diverſitate, inventi & excogitati ſunt varii operationum modi, quos in tres claſſes diſtingvere ſolent, ut paulò pòſt docebitur: ſed, cùm Chimici quicunq; calore & igne, tanquam communi inſtrumento, opus habeant ad has ἐργασίας, priùs de modis caloris ex Sennerto hîc aliquid dicendum eſt.

## *CAPUT II.*
## DE CALORIS MODIS IN CHIMIA.

IN calore inprimis conſiderandi ſunt gradus, & ignis adhibendi modi. Gradûs caloris in genere & abſolutè quatuor conſtituunt. *Primus* eſt, qui placidus & mitis apparet: *Secundus* qui acrior jam eſt, & manui ferè intolerabilis: *Tertius* deſtruit: *Quartus* ſummus eſt. Verùm quilibet horum graduum magnam habet latitudinem, ac non immeritò quilibet gradus iterum in ſuos gradus diſtingvi poteſt: In quibus rectè adhibendis multum ſitum eſt. Præſtat tamen plerumque peccare in defectu, quàm in exceſſu. Si quid enim ſemel violentiâ ignis corruptum eſt, in integrum reſtitui non poteſt: & ſæpè vitra corrumpuntur, & alia pericula accerſuntur. Verùm ſi in defectu quid peccatum eſt, continuatione & caloris gradu aucto, id compenſari poteſt: etſi tempus operationis prolongetur. Caloris autem gradus variis modis concinnari poſſunt, & ex variis cauſis pendent, quarum præcipuas proponemus.

*Primò* enim variis modis & mediis ignis adhiberi poteſt. Aliàs enim materia cum vaſe idoneo, vel etiam absque vaſe, nudo & patenti igni admovetur.

Qui

Qui rurſus variis modis adminiſtratur. Vel enim circularis eſt, qui in plano ambit vaſa, & à loco diſtanti paulatim vaſi propiùs admovetur, donec tandem ſuper ipſo vaſe accumuletur; vel vaſi in fornace idoneâ ſubjicitur, aut etiam ſupra vas accumulatur; vel reverberatorius eſt, ſeu antitypus, cùm flamma ab operculo ſeu teſtudine fornacis repercuſſa, materiam quaſi verberat, & ita undiquaq; ambit.

Aliàs verò materia cum ſuo vaſe igni patenti non objicitur, ſed alio corpore intermedio ipſi admovetur; idque variis modis.

*Primò* enim, ſi catinus ſeu capella, cui *imponitur in tripode vas materiam præparandã continens, ſit vacua*, commodiſsimè appellatur Balneum ſiccum, ſeu ſtupha ſicca.

Si verò vas non ſit vacuum, varius calor, pro varietate materiæ, quæ catino imponitur, haberi poteſt, & variis nominibus appellatur.

Si aquâ impleatur, & vas cum materiis deſtillandâ aquæ immergatur, appellatur ſimpliciter Balneum maris, vel Mariæ.

Balneum præterea non ex ſolâ aquâ parari poteſt, ſed ex ſcobe ligni ſerrati, vel fæno capellã replere, idque humectare; atque ita vitrum imponere licet.

Si verò vas cum materiâ elaborandâ non aquæ immergatur, ſed ita collocetur, ut ſaltem vaporem calentis aquæ excipiat, nominatur Balneum vaporoſum.

Poſteà repletur catinus cineribus, farinâ laterum, arenâ, ſcobe, vel limaturâ ferri, & ſimilibus.

*Secundò*, caloris temperatio pendet ab igne copioſiore vel pauciore; cujus copiam in carbonibus accenſis pro libitu Artifex minuere, augere, & qualemlibet procurare poteſt; idque copiâ vel paucitate carbonum, vel aëris liberiore afflatu, ejusdemque excluſione atque interceptione. Major enim carbonum copia majorem & potentiorem calorem ſuppeditat; ſi accendi ob aëris *afflatum & ſpiracula aperta poſsint*.

Quæ omnia rectiùs monſtrari, quàm deſcribi poſſunt. Tertiò ad calorem variandum facit etiam catini, quem vulgò capellam nominant, varia ab igne diſtantia. Si enim propiùs igni admoveatur, calor intenditur: Si longiùs ab eadem removetur, remittitur.

## DE PRIMA CLASSE
### Operationum, Triturâ, Lævigatione, Raſione, & Limatione.

JAm ipſas operationes atq; ἐργασίας quod attinet, etſi hæ quidem omnes ad διάκρισιν καὶ σύγκρισιν referri poſſe videantur; nobis tamen hoc in loco pro noſtro inſtituto, in tres claſſes eas redigere, & ſequentibus

bus tribus capitibus exempla comprehendere placet.

*Primâ* complecti libet eas operationes, quæ ad rei diſſolutionem & corruptionem pertinent.

In *Secundam* eas conjiciemus, quæ ad ſeparationem atque alicujus rei detractionem comparatæ ſunt.

In *Tertiâ* verò eas explicabimus, quæ ad rei alterationem, imutationem, perfectionem, conſervationemq; ſunt comparatæ.

In *Primâ* claſſe ſunt *Tritura, Raſio, Levigatio, Limatura, Liquefactio ſeu Solutio, Deliquium, Uſtio Incineratio, Calcinatio, Præcipitatio, Fumigatio, Putrefactio & Fermentatio. Trituram* quod attinet, *præcipuus ejus finis* eſt, ut res in minimas partes redigantur, ut poſtea vel faciliùs, vel exactiùs cum aliis miſceri, vel virtus earum extrahi poſſit.

*Lævigatio* nihil eſt aliud, quàm exactiſſima trituratio, quâ medicamentum aliquod in marmore, porphyrite, vel alio lapide polito, affuſo liquore conveniente, vel etiam ſine liquore, molâ parvâ, lapideâ, manu verſatili tam diu verſatur, ut in pollinis pulveriſque penè impalpabilis Formam redigatur, eo modo, quo pictores colores præparare ſolent.

His affines ſunt ſectio, raſio & limatura. Forficibus aut cultellis, folia, caules, radiceſque plantarum ſecantur, & hoc modo ad coctionem vel infuſionem, aut ad trituram præparantur.

Raduntur alia, ſeu torno comminuuntur, ut ligna, cornua, ungulæ, dentes animalium, eoſdem ob fines.

Quæ verò nec ſectione, nec triturâ comminui poſſunt, limâ ferreâ atteruntur, & in minimas partes rediguntur; qualia ſunt pleraque metalla, ut ferrum & alia, itemque ligna, cornua atque oſſa animalium.

*Liquatio* eſt rerum duriorum in liquidiorem ſubſtantiam reductio. Ab hac non differt diſſolutio, niſi quòd illa ſemper caloris beneficio, & plerumque ſine humore addito fiat: *hæc verò ſemper cum humore, & ſine calore.*

Ita liqueſcunt adipes, butyrum, medullæ, cera, pix, reſinæ, gumi genera quædam, uti & metalla vi ignis majore, ſed plerumque pulveribus, ut faciliùs fluant, additis. Diſſolvuntur Salis omnis generis, lacrymæ ſucci, gumi multa genera, reſinæ, &c.

*Deliquium* peculiare ſolutionis genus eſt, cùm corpus per aërem humidum, qui ſeſe in illud inſinuat, fluidum redditur. Ita liqueſcunt ſalia, alumen, nitrum & ſimilia, quæ tota in liquorem abeunt: Item Calces, quæ vel maximâ parte in liquorem ſolvuntur, vel aliquid tantum ex iis liqueſcit, prout plus vel minus ſalis continent.

*Uſtio & Toſtio* cognatæ quidem operationes, in eo tamen differunt, quod hæc minori; illa verò majori igne perficiatur. Unde in toſtione res potiùs ſiccatur, quàm aduritur, & ſi quid aduritur, extrema tantùm ſuperficies aduritur: In Uſtione verò partes tàm internæ, quàm in ſuperficie poſitæ comburuntur. Perficitur autem toſtio in patellâ vel ſartagine, ferreâ inprimis, in quâ medicamenta igni ſuppoſita, crebrò agitantur, ut vel ſuperflua humiditas abſumatur, vel qualitas, quæ abundat in medicamento, tollatur. *Uſtio* verò, quando medicamentum aliquid, ut cornu cervinum, cranium humanum, ebur, *olla incluſa in fornace figulinâ* uritur, ac uſtum & calens adhuc in conveniente liquore extingvitur, & poſtea teritur.

*Cinefactio*, ſeu in cineres reductio dicitur, cùm humidum, quod in combuſtili erat, per quod partes cohærebant, igne abſumitur. Idque duobus fit modis: Primò, aperto igni ipſa res nuda objicitur, & in cinerem redigitur. Deinde in clauſo vaſe materia comburitur, & in cinerem vertitur: quæ Combuſtio à priori in eo differt, quòd ibi, quicquid eſt volatilis in auras evaneſcit; hic verò quædam volatilia cum fixis retinentur & finguntur.

*Calcinatio* eſt rei per ignem pulveriſatio, per privationem humiditatis partes conjungentis.

Hæc præcipuè habet locum in metallis & minerabilib9, aliisq; quæ per ſe non ardent, & duriorem habent compagem, inſtituiturq;, ut vel ad ſolutionem res fiat aptior; vel ut acrimoniam, quam habet, deponat: quanquam contra quædam calcinatione acriora fiunt, dum aquæ humiditas, quâ acrimonia diluitur, igne abſumitur. Perficitur autem duobus modis; *vel igne actuali;* quando res igniuntur, & vinculum continuitatis igne abſumitur, *vel igne potentiali*; cùm per aquas fortes & erodentes, atque alia cauſtica res calcinanda corroditur.

*Quæ per ignem actualem* fit calcinatio, varia rurſum eſt: alia enim per ſe, & ſine ullo additamento calcinantur: alia verò cum additamentis, quæ vel fuſionem prohibent, vel ſimul corrodunt & comburunt.

In ſpecie, quæ admiſtis pulveribus corroſivis fit calcinatio, ſtratificatio, & cæmentatio appellatur, fitq; cùm crucibulum, vel pyxis laminato metallo, & pulveribus corroſivis repletur ſtratum ſuper ſtratum, ut moris eſt, faciẽdo, poſtea pyxis ſeu crucibulum igni circulari, aut reverberationi per gradûs exponitur. Nonnulla tamen, antequam calcinentur, prius aquis quibusdam exſtinguuntur: quædam prius corroduntur per ſuas aquas, poſtea reverberantur: Con-

Contra quædam priùs reverberantur, poſteà verò corroduntur.

*Calcinatio*, quæ fit per ignem potentialem, abſolvitur corroſione, præcipitatione & fumigatione. Corroſio eſt metallorum, vel ſimilium ſolutio per aquas & ſpiritus acutos. Præcipitatio dicitur, ubi metallum in formâ calcis in fundum deſcendit, & ab aqua ſolvente ſeparatur.

*Fumigatio* verò eſt, quando per exhalationem ſeu vaporem rei corrodentis corpus aliquod corroditur, & in calcem redigitur.

Huc pertinet *Amalgamatio* Chimicis dicta operatio, quæ nihil eſt aliud, quàm metallorum per hydrargyrum ſive Mercurium corroſio.

*Putrefactio* tandem, quam alii fermentationem & digeſtionem appellant, eſt ea operatio, quâ in calore humido mixtum aliquo modo diſſolvitur, vel compage naturali ſolutâ, ad artificialem ſeparationem magis idoneum redditur.

## DE SECUNDA CLASSE OPERATIONUM.

Ad ſecundam operationum claſſem referimus, quæ verſantur in ſeparatione & alicujus rei detractione, atq; in ſeparatione homogeneorum ab heterogeniis, purorum ab impuris, utilium ab inutilibus: quales ſunt, *cribatio, lotio, infuſio, coctio, colatio, deſpumatio, clarificatio, filtratio, digeſtio, expreſſio, deſtilatio, ſublimatio, exſiccatio, evaporatio, exhalatio & coagulatio.*

*Cribratio* non ſolùm eſt rerum contritarum & in pulverem redactarum, partis ſubtilioris à craſſiore, mediante cribro, ſeparatio; verùm etiam humidarum & coctarum per cribrum ſetaceũ plerumq; trajectio.

*Lotio* non tantùm eo fine inſtituitur, ut ſi contaminata ſunt, medicamenta mundentur, ſed ut medicamento qualitas, aliqua ſuperflua demātur, aut nova inducatur.

*Infuſio*, *ſeu maceratio* nihil aliud eſt, quàm medicamentũ in liquorem aliquem im̃erſio, quâ medicamentum intus & extra madeſcit, ut vis ejus vel extrahatur, vel intendatur. vel malignitas corrigatur, aut quod durum eſt, emolliatur.

Infuſione cognata eſt, *coctio ſeu Elixatio*, quæ in eo ſaltem differunt: quod in infuſione medicamenta longiore tempore & calore minore macerantur: coctio verò citiùs & majore calore perficitur.

*Colatio eſt*, quâ humida ſive priùs calefacta ut craſſiora & viſcida, ſive tepida, ſive frigida, ut minus craſſa, per colum vel denſum, vel rarum transmiſſa, relictis craſſoribus partibus & fecibus in colo, puriora redduntur.

*Deſpumatio* dicitur; cùm inter coquendum ſpuma innatans ſæpiùs co-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0038-8 DFG

cochleari, plerunque perforato, detrahitur.

*Clarificatio*, etſi in genere pro quacunq; ſordium craſſarum ſeparatione accipi poſſit, quæ pluribus modis fieri poteſt, vel quiete, dum per ſe feculenta ſubſident, vel colatione, vel deſpumatione: tamen in ſpecie Pharmacopœis clarificatio appellatur illa decoctorum per deſpumationem, addito ovorum albumine, purificatio; cum ſcilicet ovi albumen ſcopulis ſeu virgis agitatur, donec in ſpumam abeat, & poſtea particulatim ſyrupo vel decocto clarificando calido admiſceatur, & ubi nigredinem aliquam contraxerit, detrahuntur, *novumque tamdiu injiciatur*, donec liquor clarior reddatur.

Filtratione craſſum & feculentum liquori alicui confuſum ſeparatur; dum ſcilicet liquor purus per filtrum, ſeu pannum lineum, ſeu chartam bibulam in vas ſubjectum deſcendit, impuritas verò in filtro relinquitur.

*Digeſtio* etſi interdum etiam putrefactionem, interdum autem exaltationem, & circulationem quandam ſignificet, cùm in genere digerere ſit coquere, & digeſtio ſit coctio: Hoc tamen in loco per digeſtionem talem ſolùm coctionem accipimus, quâ, quod adhuc feculentum eſt in rebus, ſeparatur, dum ſubſtantia liquoris attenuatur, & ab impuritate terreſtri tollitur.

Huc pertinet & *exſpreſſio*, cujus beneficio, valido conatu, vel manu ſolùm, vel per torcular liquidem & humidum à ſicco & terreſtri ſeparamus.

Deſtillatio nihil eſt aliud, quàm halituum ex re exhalabili per calorem elevatorum, objectu vaſis receptaculiq; denſi, & frigidioris in liquorem collectio.

Hæc triplex vulgò conſtituitur: una; quæ dicitur per adſcenſum; altera; quæ eſt ad latus; & tertia; quæ fit per deſcenſum.

Per adſcenſum nominatur deſtillatio, *quando halitus & vapores in* altum aſcendentes, ab alembico ſeu capitello cucurbitæ, veſicæque ſeu vaſi, quod materiam deſtillandam continet, impoſito excipiuntur, atque in eo liquorem, qui guttatim per roſtrum vel naſum in recipiens deſtillat, atque in eo colligitur, condenſantur. Hæc fit per radios ſolares, vel per ignem, modò patentem, interveniente ſcilicet aliquô aliô corpore, ut arenâ, cineribus, aquâ, &c.

Hûc etiam haud incommodè referri poteſt *deſtillatio* per campanam dicta, quâ oleum ſulphuris paratur, ubi ſcilicet ſulphure accenſo, campanâ vitreâ vapores excipiuntur, & in oleum condenſantur.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0039-6 DFG

*Deſtillatio* ad latus, vel per inclinationem, dicitur, cùm halitus & ſpiritus non ſurſum rectâ in alembicum adſcendũt, ſed per latus obliq; in recipiens tendunt. Hæc perficitur vel igne patente, vel intercedente aliô aliquô corpore, ut arenâ, cineribus, &c. per vas, quod retortam vocant, vel cucurbitâ rectâ obliquè tamen in fornace collocatâ, ut alembicus deorſum inclinet.

*Deſtillatio* per deſcenſum eſt, ubi liquor ex reſolutis halitibus non ſurſum fertur, neque ad latus, ſed infra tendit, atque in ſuppoſitum vas deſtillat.

Hæc itidem igne perficitur, vel immediatè, *vaſi incumbente, vel mediante* arenâ, cineribus, &c.

Ad deſtillationem pertinet *rectificatio* & *cohobatio:* quarum illa nihil eſt aliud, quàm repetita rei deſtillatio, ad eam magis purificandam & exaltandam fecibus in fundo relictis, aut ad phlegma ab oleo, vel ſpiritum à phlegmate ſeparandum; hæc verò dicitur; cùm humor, qui deſtillavit, relictæ in vaſe materiæ affunditur, & iterum atque iterum abſtrahitur & deſtillatur. *Sublimatio*, quæ nunc per ignem fit patentem nunc interventũ arenæ, cinerum, &c. maximè affinis eſt deſtillationi per adſcenſum, & in eo ſaltem differt ab ea, quòd, ſicut in deſtillatione vapores qui in altum tolluntur, in liquorem concreſcunt: ita in ſublimatione exhalationes ſiccæ aſcendunt, & in altum ſublatæ, alembici lateribus inſtar atomorum adhæreſcunt.

Huic contraria videtur *Præcipitatio*, quæ fit; quando corpora per aquas aut liquores corrodentes, ſoluta, à liquore iterum ſeparantur ut forma calcis vel pulveris remaneant: Idquè accidit, cùm in ſolutionem aliquid injicitur vel infunditur, *cujus vi liquor* ſolvens, ſeu id, quod in liquore ſolutionis cauſa fuit, à corpore ſoluto ſeparatur & exſiccatione ſuperfluâ humiditas abſumi*tur, ſive in umbra, ſive in* Sole, ſive in furno, aut ſupra carbones in ſartagine id fiat, tùm ut rectiùs aſſervari poſſint medicamenta, neque ob ſuperfluam humiditatem ſitum contrahant, putreſcant & corrumpantur; tùm etiam, ut faciliùs conteri & in pulverem redigi poſſint. Et evaporatione aqueâ humiditas exſpirat; quẽadmodum exhalatione ſicci halitus per calorem elevantur, ut, quod in re eſt ſuperfluum, in vapores vel halitus reſolutum abeat, relinquatur ſolùm pars utilior.

Hiſce operationibus ſuccedit coagulatio, quæ nihil eſt aliud, quàm rei liquidæ ad ſolidam ſubſtantiam, per humidi privationem, reductio.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0040-7

## DE TERTIA CLASSE OPERATIONUM.

Tertia claſſis eas operationes complectitur, quæ ad rei alterationem, immutationem, perfectionemque ſunt comparatæ, atque eò tendunt, ut res in ſtatum meliorem, nobilioremque gradum reducatur.

Quanquam verò nonnulli plures tales operationes recenſeant, & fortaſſis etiam ſint plures: tamen hoc loco illas omnes nomine digeſtionis propriiſſimè dictæ, & quatenus à duabus ſuperioribus digeſtionis ſpeciebus diſtingvitur, quâ rei jam elaboratæ nova qualitas inducitur; *ita, ut, ſi quid vitioſi res obtinet, illud deponat; aut niſi quid ei deeſt,* illud nanciſcatur, complecti libet, & ſi quæ ſunt hîc aliæ recenſendæ, pro digeſtionis modis quibusdam haberi poſſunt: Omnes enim unicô ferè modò per calorem lentum externum internam rei vim, quæ hîc primarium agens, excitantem, perficiuntur.

Inter modos autem ſive ſpecies digeſtionis præcipua eſt *Circulatio*. *Pelicanatio* â vaſe, in quo perficitur, nonnullis appellata; quâ adhibito externo calore blando, materia, quæ circulatur, continuè formâ vaporum attollitur, iterumque condenſatur, atque ita per coctionem illam continuam & circularem hunc reſolutionis & condenſationis modum, ad ſummum perfectionis in ſuo genere gradum pervenit.

Huc referri poteſt conditura, confectio & nutritio. Fructus, flores, radices, melle, ſaccharo, aceto & ſale condiuntur, non ſolùm, ut diutiùs aſſervari poſſint; ſed ut guſtui ſint ſuaviores: *In confectione* fructûs, radices, ſemina, arromata, ſaccharo in*duuntur & incruſtantur, magis ſapo*ris, quàm virium augendarum aut conſervandarum gratiâ: *Nutritio* medicamentorum quædam eſt humectatio, ſed talis, quâ res ſaltem irrigatur, moxq; ſole vel igne exſiccatur, iterumq; irrigatur & humectatur.

Qui labor ter, quater, vel toties repetitur, donec medicamentum humoris illius, quem cupimus, ſatis imbiberit.

## *CAPUT III.*
## DE LUTIS.

Nunc quoq; hîc deſcribenda eſſent vaſa, ac fornaces, quibus Chimici opus habent. Verùm cùm hæc oculari inſpectione potiùs, quàm præceptis ac regulis addiſcantur, ſilentio illa, brevitatis causâ, prætereunda; & pauca tantùm de Lutamentis Philoſophicis ſubjungenda duximus.

I.
PRO FORNACIBUS CONSTRUENDIS.

R. Terram pingvem cujuscunq; coloris ſit: miſce eam & ſubige cum arenâ, fimo equino, & aquâ ſalsâ.

II.
PRO RETORTIS LORICANDIS.

R. Argillam figulinam, ſtercus equinum lotum & exſiccatum, farinam laterum, & ſquamam *ferri*: miſce & cum aquâ communi ſubige.

Vel fiat tale:

Recipie luti mundati & exſiccati *part. X. cinerum lotorum part. ij fimi equini part. iij. ſcobis ferri part.* j. pilorum bubulorum, vel jumenti part. ij. miſce cum ſangvine bubulo vel ovillo.

Lutum ſapientiæ ad ſubtilisſimos, ſpiritus arcendos.

Fac lutum ex calce vivâ, ex albumine ovi in aquam redacto, ſimul ea miſcendo, & citò applicando; quia facilè exſiccatur.

Poſteà ſuper alutam vel laciniam lineam extenſa ſiccatum applica.

III.
PRO VITREIS HYDRIIS FRACTIS CONSOLIDANDIS.

R. Boli Armeni, minii, ceruſſæ ana partes æquales: reduc in pulverem ſubtilem, & cum oleo lini, vel vervice liquidâ tempera.

IV.
PRO VITRIS SIMUL LUTANDIS.

Uſus ſum feliciter usque in hanc horam veſicis porcinis, vel bovinis, pro alembico cum cucurbitâ lutando, tam in deſtillationibus aquarum, quàm ſpirituum acrium & acidorum.

V.
PRO ROSTRO ALEMBICI CUM RECIPIENTE LUTANDO.

Recipe ceræ unciam unam, reſinæ, colophoniæ, ana drachmam j. *liqueſcant ſimul in fictili*: quibus adde *modicum olei olivarum, miſcendo* baculo, ut incorporentur: poſtea ollam, ab igne remotam, imple aquâ frigidâ, & etiam manibus ſubige: Pro Retortis cum recipientibus collutandis in deſtillatione *ſpirituum* acrium.

Lutum pro Retortis loricandis ſubige cũ aqua ſalſâ; vel miſce cũ Colophoniâ pulveriſata, & applica. vel

Recipe lutum commune, diſtempera cum aquâ ſalsâ, vel etiam cum ſangvine bovillo ſubigendo exactè, adde poſtea pilos jumentorum diligenter priùs cum baculo concuſſos, & à fecibus purgatos. Denuum adde particulam capitis mortui aquarum, quæ ex Vitriolo, ſale petræ

&

& alumine fiunt, & exactiſsimè pulveriſatam cum toto miſce. Eſt fortisſimum lutum ad commiſſuras pro Retortis tùm loricandis, tùm & pro commiſſuris vaſorum, ne exhalent ſpiritus, muniendis.

Præmisſis his paucis, quæ de Chimiâ hîc dicta ſunt, pergimus jam nunc ad deſcribendum Chimicorum medicamentorum genera ſeu differentias.

## CAPUT IV.
## DE TRIBUS MEDICAMENTORUM CHIMICORUM DIFFERENTIIS, SEU GENERIBUS.

Medicamenta Chimica, quibus corpus humanum, vel labefactatum reſtituitur, vel integrâ adhuc pollens ſanitate à morbis defenditur, meritò tribus claſsibus diſcernuntur: *Ad primam claſſem poſſunt referri omnia illa univerſalia*, quæ panacæarum nomine indigitantur, & antè omnes alias medicinas vim habent ſanandi omnis generis morbos, præſertim verò deploratos, graviores, difficulter curandos, ut ſunt, Lapis Philoſophorum. Aurum potabile, vel aliud Pharmacon generale.

Porrò ad claſſem ſecundam pertinent univerſalia evacuantia, ut ſunt *VOMITIVA, PURGANTIA, DIURETICA, DIAPHORETICA*, &c. quibus natura morbi cauſam per quatuor vias ordinarias ut (1) *per ſuperiora*, (2) *per inferiora*. (3) *per veſicam urinariam*. (4) *ambitum corporis*, excernere ſolet: Hæc ſæpisſimè in morbis gravisſimis univerſalis officio funguntur, & in ſingulis ferè morbis offeruntur, vel præmittuntur. Hujus ordinis quoque ſunt *CONFORTANTIA: ODORIFERA, & ANODYNA: Quemadmodum enim evacuantibus in ſingulis ferè* morbis nobis opus eſt ita quoque ob virium imbecillitatem, ad doloris vehementiam, quæ plerumque morborum comites ſunt, nunc æger confortandus, nunc dolor mitigandus; quæ omnia curas particulares præcedunt.

Tandem adſcribuntur tertiæ claſsi *REMEDIA SPECIFICA & APPROPRIATA* dicta, hoc eſt, quæ operatione & effectû ſuo non univerſa corporis membra, ſed tantùm illa ipſa, ad quæ nimirum ſeorſim reſpectum habent, juvant, confortant, ipſisq; amica ſunt; De his ſingulis jam nunc in ſequentibus latiùs prolixiusque nobis agendum eſt.

# PARS II. DE MEDICAMENTIS UNIVERSALIBUS.

## CAPUT I. DE LAPIDE PHILOSOPHORUM.

De materia hujus Lapidis inter doctos ſunt variæ opiniones, quorũ quilibet ſuam ſententiã pro virili, plerumque tamen obſcurâ & perplexâ ſcribendi ratione, ne cuivis innoteſcat, defendere ſtudet: Quæ autem propriè ſit unica illa Lapidis materia, in naturæ theſauris abdita & *deliteſcens, quovè indigitetur* nomine, noſtrum nunc non eſt, curioſiùs inquirere; ſed hujus rei cupidiſſimos remittimus ad Philoſophorum ſcripta: quamvis certi ſimus, ex illorum lectione, non niſi paucisſimos, quos æquus amavit Jupiter, & queîs meliore luto finxit, præcordia Titan, ad veram dictæ materiæ notitiam perventuros, aut veritatem inde cognituros eſſe, idque ob, ut jam diximus, parabolicum nimis ac myſticum, nec non miris verborum nebulis tectum ac involutum doctrinæ genus, à ſapientibus illis uſurpatum, id quod nec ipſe Geber quoque diffitetur, dicens: Ubicunq; apertè locuti ſunt Philoſophi, ibi nihil dixerunt: Ubi autem figuratè ac ænigmaticè aliquid poſuerunt, ibi veritatem occultârunt. *Et Roſinus ad Eutych. inquit: Philoſophi nil poſteris de hâc arte palàm facere voluerunt, ita ut ea, quæ in libris ſuis figuratè poſuerunt, ſciri nequeant, niſi à Deo docente manifeſtentur. &c.* Cui conſentit Morienes inquiens: Libri Philoſophorum figuratè ſunt ſcripti, quorum major pars videtur obſcura, nec niſi à ſuis compoſitoribus poſſunt intelligi: Et Hortulanus in expoſ. Tab. Herm. docet, ſolum illum, qui ſcit Lapidis operationem, verba Philoſophorum intelligere poſſe.

Verùm cùm locus, tempus & occaſio ulteriùs de hâc re diſcurrere nunc non permittant, neque, ut diximus, noſtrum propoſitum ſit, de omnibus ac ſingulis, quæ tàm ad materiam, quàm ad modum præparandi Lapidem hunc ſpectant, in præſentiarum (quemadmodum res poſtularet) prolixum inſtituere ſermonem, vela quaſi contrahentes, & hæc tanquam altioris indaginis, ſubtilioriſque ſpeculationis rem, propriè hûc non pertinentem, miſſa facien-

cientes, tantùm auctarii quaſi locô virus ac virtutes, primò inſigniores & generales Philoſophici hujus Lapidis in medium adducere volumus, poſtmodùm ſpeciales adpoſituri.

## USUS GENERALIS LAPIDIS PHILOSOPHICI.

Quòd Lapis Philoſophorum inter Medicamenta univerſalia primas meritò teneat partes, tanquam Medicamentum Generale ad omnes morbos (niſi ſint nativi, congẽiti, aut operâ Chirurgicâ indigentes) corpus humanum infeſtantes, præſertim ad deploratos, graviores, & difficulter curandos, nemo eſt, qui in dubium vocare audeat; quippe qui habeat virtutem efficacem ſuper omnes alias Medicorum medicinas, omnem ſanandi infirmitatem, tàm in calidis quàm in frigidis ægritudinibus: Nam humidum radicale ab omni parte illæſum non modò conſervat, verum etiam omnem corporis ægritudinem expellit, venenum declinat à corde, arterias humectat; ſangvinem mundificat, contenta in ſpiritualibus expurgat, & ea munda ſervat (unde hæc medicina ſuper omnes medicinas & mundi divitias eſt perquirenda.) Quod fit tàm ob occultam ſui naturam, quàm etiam ſum̃am puritatem in ipſo vigentẽ, quia nihil terreſtreitatis, feculentiæ, ac im̃unditiei in corpore humano repertum juxta ſe ſtabiliri aut latitare permittit, ſed illud totũ inſtar occulti cujusdem ignis vel inſenſibiliter conſumit, vel per conſuetos naturæ ductus celeriter ejicit, & expellit; atteſtantibus illud ſum̃is Hermeticæ diſciplinæ Philoſophis, ut *Gerardo Doneo* de transm. metall. cap. 14. *Tinctura enim, inquit ille, ſeu Lapis Philoſophicus, univerſalis quædam, Medicina eſt, quæ cunctos morbos conſumit, non aliter, quàm ignis omne lignum*: Et Moriene ita dicente: Lapis noſter perfecta medicina eſt, habens virtutem præ omnibus medicinis & potionibus ſanandi univerſas infirmitates hominum. Item Gebro: *Elixir rubeum omnes infirmitates chronicas, de quibus Medici deſperarunt, curat, & facit hominem juveneſcere, ut Aquilam.* Nec non Juſto Balbiano in tract. 5. Roſar. abbrev. circa finem ita loquente: Habet lapis hic virtutem efficacem, omnem ſanandi infirmitatem, ſupra omnes alias medicinas: nam, augmentat virtutem, conſervat juventutem, non permittit ſangvinem putrefieri; neque phlegma dominari, neque bilem, neque melancholiam ſuperexaltari, contenta in ſpiritualibus purgat, & omnia corporis membra integra conſervat: Quibus etiam adſtipulatur Michael Scotus de Natur. ☉ & ☽.

Richardus Anglicus cap. 14. calid,

lid. innato. Villanovanus lib. 2. Roſar. cap. 31 Rogerius Bacco de mirabili potentiâ Art. & Nat. Robertus Vallenſis de verit. & Antiqu. art. Chym. cap. 3. & alii plures.

## DE USU SPECIALI LAPIDIS PHILOSOPHORUM.

In ſpecie verò Lapis Philoſophorum confert doloribus capitis, tàm antiquis, quàm recentioribus, Vertigini. Phrenitidi, Maniæ, Delirio, Lethargiæ, Corruptioni memoriæ, Apoplexiæ, Paralyſi, Epilepſiæ, Catharris; omnibusque oculorum vitiis.

Nec minus quoq; ejus uſus fructuoſus in dolore, tumore, tinnituq; Aurium, difficultate Auditûs, Obſtructione. Hæmorrhagiâ & Rubedine narium. Medetur pallori faciei, odontalgiæ, ſtupori, corruptioni ac commotioni dentium, Ulceribus, Gingivæ, ejusdemq; diminutioni & Fiſtulis; Anginæ, Ptyaliſmo, Paralyſi lingvæ, Fœtoriq; anhelitûs, &c.

Succurrit Tusſientibus. Aſthmaticis, Hæmoptoicis, Peripneumoniacis, Phthiſicis, Hecticis, &c. Convenit quoque ad omnia gutturis vitia, ut ſunt. Apoſtemata, Ulcera, maligna, Corroſio, uvulæ, & tonſillarum. Datur etiam contra Lipothymiam, Defectum & Exuberationem lactis, Apoſtemata mammillarum, Palpitationem cordis, Ructûs ardorem, Dolorem, Nauſeam, Tumorem, Inflammationem, & Vomitionem ventriculi. Curat inſuper ille Diarrhæam, Lienteriam, Dyſenteriam, Colicã & Iliacam pasſionem, Lumbricos, Cachexiam, Icteritiam omnem, Anaſarcam, Aſcitem, & Tympanitem. Oppilationem epatis, ejusdem Tumorem & Apoſtemata.

Opitulatur, & ſubvenit porrò morbis Spleneticis & Calculo renũ: Stranguriâ, Dyſuriâ, Schuriâ, Incontinentiâq; urinæ laborantibus: Item præſidium ſingulare eſt ad *cruentam urinam*, inflammationem *ex re Venereâ*, *Gonnorrhæam* tàm virorum quàm mulierum, Impotentiam coeundi, Vulnera Virgæ, Luem Gallicam, exitum umbilici, omnisque generis Rupturas, &c.

Sanantur eodem Lapide Menſtrua ſuperflua, Suffocatio uteri, Sterilitas, Difficultasque pariendi, Gonagra, Podagra, Cheiragra & Iſchias; Item Contracturæ, Eryſipelas, Variolæ, Scabies, Lepra, Morſus canis radidi, Peſtis, Morſus vel Ictus animalium venenoſorum, Vulnera, tàm recentia quàm antiqua, Morbus Ungaricus, Anglicus ſudor, Cancer. Febres, omnes, & ejus generis morbi alii.

## CAPUT II.
# AURO POTABILI VERO AC GENUINO.

(Dicitur Genuinum excludens aurum Sophiſticum.)

LApidi Philoſophorum, de quô jam diximus, non immeritò (quòd non minùs, ut Lapis ille præ cæteris excellens, in curandis ferè omnibus morbis) proximè accedit AURUM POTABILE VERUM ac GENUINUM, de quo pasſim multa. Quæ de eo habet Crollius, videantur pag. 221. & ſeq.

Tutior & melior modus hic videtur, quem habet Sennertus lib. 9. part. 3. ſect. 3. cap. 9.

Recipe *calcem auri per reverberationem in ſummam tenuitatem* redactam; affunde menſtruum ex ſalis urinæ volatilis, & Spiritus vini optimi, partibus æqualibus ſimul in balneo diebus duodecim digeſtis, paratum, & in lento calore digere per menſem vaſe Hermeticè clauſo, donec ſangvinis inſtar rubicunda Tinctura evadat, idque quoties opus eſt, repete.

Tinctura ſæpiùs collecta per octodecim dies digeratur: Hinc Spiritus lenisſimo calore per deſtillationem ſeparetur, & aurum in fundo, formâ olei rubicundisſimi, in quolibet liquore reſolubilis remaneat, quæ Tinctura vicem ☉ potabilis ſupplere poteſt. Eandem ſolutionem ſi in arena per cucurbitam humilem, vel Retortam deſtilles, tandem auri tinctura ſimul per Alembicum tranſcendit rubicunda inſtar ſangvinis, relicta in fundo terrâ aridâ, ſpongioſâ & nigrâ.

A Tincturâ hac menſtruum per Baln. tepidum ſeparandum, & Tincturâ, ſeu oleum auri in fundo relinquitur.

De Auro potabili agit pluribus Libav. lib. 2. Syntagm. arcan. Chym. *à cap. 10. ad cap. 20. & Apocal. Hermet. part. 1. cap. 19.* Andreas Tenzel. in Exegeſ. Chym. p. 484. Quercetanus in tetrad. Bernhardus Penottus de Chym. medicam: Franciſcus Antonius de auro potabili. cap. 7. Hartm. in ſuâ practicâ Chym. p. 21.

## OBSERVATIO.

*Calx Auri, quâ in perficiendo auro potabili indiges, fit, quando Aurum per ♁ fuſum & purificatum, amalgamatur cum ſextuplo Mercurii, additoque 🜍ris duplô pondere, continuèque ad ignem agitatur, donec 🜍 & ☿rius exhalent. Calcem relictã nonnulli Spiritû vini madefaciunt, & accendunt.*

## VIRES & USUS.

Aurum potabile, non minus, ut Lapis Philoſophorum, pro univerſa-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0047-8
DFG

ſali medicina habendum, eò. quia humidum radicale in ſua quantitate & qualitate integrum conſervat, calorem naturalem renovat ac inſtaurat, Spiritus omnes recreat, ac vegetat viresque totius corporis à morbi malignitate labefactatas, ita confortat, ut adverſus hanc inſurgere & pugnare, tandemque vincere & expellere poſſint, quemadmodum conſtans ac concors eſt omnium Hermeticorum Philoſophorum ſententia. Ergò *in omnibus* ferè ægritudinibus, quarum in priori capite de Lapide Philoſophorum, mentionem fecimus, tutò & feliciſſimè adhibetur.

## DOSIS.

*Doſis hujus Auri potabilis à gr. v. ad viij. ex vino malvatico, aquâ Cinamomi, Caponum, vel alio cordiali ſpecifico vehiculo. Quidam ad unciam hujus Tincturæ vel Auri potabilis addũt.*

*Ambræ griſeæ,*

*Moſchi Orientalis ana ℈j.*

*Extract, Croci gr. vij.*

*Et de hac mixtura aliquot guttas in omnis generis morbis, ægris non infelici ſucceſſũ propinant.*

## De PROCESSU AURI POtabilis ex Tractatu Germanico, de Auro, Clariſſimi Viri, Domini Johannis Agricolæ, P. & M. D.

*Primò* tibi in promptu ſit aurũ obryzum, aurifabri operâ in tenuiſſimas admodum diductum lamellas, quæ in particulas latitudinis nummi argentei Joachimici diſſecentur. *Deinde formentur* de cornu cervi orbiculi, craſſitie & latitudine dimidii Joachimici, quibus aptetur pyxidicula cementatoria tantæ capacitatis, quæ orbiculos iſtos arctè admittat.

Hujus fundus ſubſternatur arenâ, potiusvè alumine *plumosô*, cui orbiculus de C. C. orbiculo verò *particula lamellæ aureæ*, vicisſim orbiculus cum auro imponatur, & ſic Chymicorum verbô fiat ſtratum ſuper ſtratum, usque ad plenitudinem *pyxidiculæ*, ſeu quousq; aurum tibi pertingat: *Superinjiciatur aluminis* iſtius tantillum, ne vacuus fiat locus. Pyxidicula ſigillô Hermeticô claudatur, ſiccataque in igni circulatorio mediocri (ad præcavendam fuſionem) ponatur à gradu caloris tenui lentè progrediendo ad tantam intenſionem, ut pyxidicula per horas quatuor excandeſcat; quæ refrigerata & aperta, aurum monſtrabit Calcinatione ad calorem quaſi incarnatum reductum. Labor, hic, ſi ter repetatur, aurum adeò friabile reddetur, ut piſtillô conteri & complanari queat.

Taliter præparatum, admixtô C. C. uſtulatô, per integrum diem igne reverberii non nimis forti ad usque

late-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0048-4
DFG

latericium colorem & perfectam calcinationem perducatur. Calx hæc aurea nullâ corroſionis qualitate inquinata, & adeò ſubtiliata eſt, ut ſine ulteriori præparatione in uſum contra nonnullos morbos adhiberi queat.

Affundatur huic calci menſtruum ſuum (de cujus fabrica paulò pòſt dicetur) quò intra paucas horas tinctura ſangvinei coloris relictis metallicis fæcibus, elicietur.

Separatâ per decantationem iſta tincturâ, ſuperfundatur materiæ relictæ menſtruum aliud ad tincturam iterum extrahendam, idque repetatur toties, donec nihil relinquatur, præter *fæces mortuas, quæ tamen non abjiciendæ*, quippe quæ ſiccandis ulceribus uſui eſſe posſint.

Porrò deſtilletur tuum menſtruum in arena ad ſiccum usque,& purpuraſcentis coloris tinctura valdè friabilis in vitro ſubſidet, cui affundatur Spiritus vini ritè paratus, (de cujus rectificatione Auctor in Tractatu de Tartaro agit)aut,quod melius eſt, quinta ſalis eſſentia: ſtent concluſa in digeſtione, & extrahetur Tinctura purior. Spiritum vini ad medietatem abſtrahe, ut habeas aurum potabile excellens.

Si verò quintam Salis Eſſentiam affundas, ſine abſtractione aut deſtillatione in uſum medicum ſervare poteris, quandoquidem iſta Salis eſſentia per ſe, etiam absque auro, medicina ſaluberrima exiſtit. (De cujus eſſentiæ præparatione Autor ſuo loco conſulendus eſt.)

Quomodo autem Aurum hoc potabile adjectione Mercurii & olei Vitrioli exaltari queat, ad ſummam usque medicinam & verisſimam Panacæam, in omnibus morborum generibus conducibilem, Autor ipſe videatur.

De menſtrui *præparatione* hoc loco dicendum eſt:

R. Urinæ pueri quantitatem ſufficientem, deſtilletur illa ad dimidii remanentiam. Quod deſtillatione *hâc abſtractum fuerit, iterum ad dimidietatem deſtilletur*, isque labor tertiâ vice continuetur, ſic unà cum ſubtilisſimo Spiritu Sal pellucidum micansq; aſcendet, quod Spiritûs ipſius collutione ex alembico colligatur. Deinde huic Spiritui appenſo tantundem Spiritûs Vini opt. rectificati affundatur, Simul per octiduum leniter putrefiant, tandemq; deſtillentur, ita menſtruum admirabile, ad quævis metalla, *mineralia* & gemma acquiſieris, eoq; verisſimam auri tincturam obtinueris, &c.

De uſu hujus auri potabilis ubertim Autor tractat. Nos quaſi in faſciculo præcipuas facultates comprehendemus. Præſervat enim corpus humanum usq; ad naturalem vitæ terminum, ab omnibus corru-

tionibus, morbisq́; reluctatur apoplexiæ, morbis epidemicis, febribus peſtilentibus, cordis palpitationibus & albis virginum, quibus menſes ciet, fluxibus, & febriculis: partus difficiles allevat: Cancri malignitatem à centro ad circumferentiam protrudit: vertiginem curat, &c. atque in genere vires inſignes exerit vitam conſervandi, &c.

DE
## MEDICAMENTO CONfortanti ex auro potabili, aliisque pretioſis, præ cæteris omnibus nobiliſſimo.

R. *Auri potabilis ℥ß.*
*Tincturæ perlar.*
*Corallorum,*
*Smaragdi ana ʒj.*
*Croci ℈ß.*
*Quintæ Eſſentiæ ambræ,*
*Quintæ Eſſentiæ moſchi Orientalis, an. ℈j.*
*Extracti ligni aloes gr. X.*
*Tincturæ Citri gut. XX.*
*Fiat mixtura. Doſis gut. v. vel vj. vel. X.*

DE
## AURO POTABILI ANGLICO. vel de AURO POTABILI FRANCISCI ANTONII.

*Primùm diſſolvatur ☉ finum in Aquâ Regis ſ. a. (Aqua Regis fit ex Aq. fort. ℔. I. *℥ I. I. I. I. ſimul per retortam in arena deſtillatis,) ſolutionem claram in capax vitrum effunde, quod ſit colli amplioris & guttatim infunde ol. ♀. per deliq. factum, donec Aq. Regis clara & alba evadat. Hoc ſignum ſi appareat, calcem totam ad fundum deſcendiſſe certum eſt, ſine adquieſcere per ☿, & manè liquore ablato calcem. 4. vel 5. aq. communi ablue, eamq́; leniſſimo △ exſicca. NB. Cave, ne calor ſit excedens; quamprimùm enim calorem ignis calx ſentit, ſtatim concipit flammam, & in auras abit, quare tutiùs eſt in hypocauſto vel äere tantùm exſiccare, diligenter Spatulâ ligneâ agitando.*

*Calci adde dimidiam partem 🜍 pulveriſati, ſimul miſce & in crucibulo per △ patentem 🜍 conflagrare permitte, adhibendo in principio △ lentum, & in fine per hor. I. fortiſſimum, ut calx quodammodò reverberetur, & tenuiſſimus evadat, quam in Phiolâ optimè clausâ ad uſum ſerva. Jam fiat Spiritus urinæ: Hominis ſani vinum bibentis urinam q. v. modicè in cucurbitâ benè clausâ, in fimo equino, vel alio loco calido per 40. dies digere, finito putrefactionis tempore deſtilletur urina ex arena per Alembicum, adhibitô recipiente ſatis amplo, donec omnis humiditas deſtillata fuerit. Deſtillatum tertiò rectificetur per Cohobia à capite mortuo, ut exinde poſtea Sp. juſtè eleventur. Ex Phiola igitur longioris colli cum ſuo alembico & recipiente,*

jun-

*juncturis benè undiq; clauſis, arenâ deſtillatio inſtituatur, & elevabitur Sp. inſtar Cryſtalli in alembicum, nullâ concomitante aqueâ humiditate. Hæc deſtillatio continuanda, donec omnes Spiritus aſcenderint. Quod ſublimatione prodiis, aquá pluviali deſtillatâ ſolvitur, & ex phiolâ ut prius, deſtillatur, idq; ſexies repetitur, ſemper novam aquam pluvialem accipiendo. Hinc in phiolam Hermeticè clauſam per 15. dies reconduntur cryſtalli, & digeruntur lento calore B. donec in liquorem limpidisſimum abeant. Huic liquori additur æquale pondus Sp. V. è vino bono facti, & quàm optimè rectificati, & ſimul in B. per d. 12. digerantur & uniantur.*

*Nunc* ℞. *calcem ☉ & ei affunde tantum menſtrui è Sp. V. & urinæ facti, ut 3. dig. emineat, in lento calore digere, donec ſanguinis inſtar rubicundum evadat. Tinctura decantata & ſæpiùs collecta in B. per aliquod dies digeritur (ex gr. 8. 10. 12.) hinc lentisſimo calore Spiritus ſolvens abſtrabitur adhuc ſemel cobobandus. Hinc remanet ⊖ in fundo cucurbitæ in formâ rubicundisſimi olei, ſuavem odorem de ſe ſpargentis, in quolibet liquore reſolubilis. Propterea hoc oleum ☉lis veri ſuccedaneum eſſe poteſt. Eandem ſolutionem ſi non in B. ſed in arena deſtilles, è retorta poſt partem menſtrui primam, cum reliqua ejus parte ☉ tinctura per alembicum tranſit, rubicunda inſtar Sangvinis, relictâ in fundo vaſis terrâ nigrâ, aridâ, ſpongiosâ, levi: Ipſum autem menſtruum, quod in Tinctura ☉ prodiit, per B. tepidum ſeparandum eſt, & ol: ☉ in fundo reſitans, ſolum aſſervari poterit.*

*Hoc eſt illud ☉ potabile, quod in Anglia habetur apud Franciſc. Antoniū, Medicum Londinenſem: unde ſæpiùs in Germaniam & alia loca allatum.*

*Cujus gut. iij. ad vj. vel viij. modô quocunq; exhibitæ, vires mirificè reficiunt, & contra quemvis morbum agunt, plerunq; per ſudorem evacuando, licet nonnunquā per ſingula emunctoria noxium expellant.*

## ALIUS MODUS.

*☉ laminatum in Sp. ⊖ ſolvatur: abſtrahe menſtruum, remanebitq; calx in fundo, cui affundatur aliud menſtruum ex Spir. V. optimo rectificato & ſale urinæ paratum (menſtruum hoc in leni calore per 15. d. ſiet, ut uniatur) ☉ ita ſolvitur, ut per alembicum cum menſtruo ſimul deſtillari posſit in arena, quâ factâ Deſtillatione, menſtruum leni Balnei calore ſeparatur, Tincturâ ☉lis in fundo remanente.*

Sequentes deſcriptiones ☉ potabilis communicatæ mihi ſunt ab amico meo integerrimo, Dn. Heinrico Julio Böckelio, Medic. Doct. & Caſtelli Gvelfici famoſisſimi Practico.

*I.* ℞. *Sacchari refinati,*
*Sul. comm. præpar. an.* ℔. *1.*

*Superfunde Alcool vini qvater rectificati* ℔j. ℥iiij. *vel ut* 3. *vel* 4. *latos digitos ſupernatet, putrefiant invicem in vaſe aptisſimo per* 8. *dies, ſingulis diebus tamen ter vel quater benè movendo. Tandem deſtilla per arenam primò igne leniori, ultimò fortiori, & admodum uti aqua fortis pellatur.*

*Pòst.* ℞. ☉ *purisſimi raſpati vel laminati inſtar papyri* ℥ß *vel q. vis. Indatur cucurbitæ, & affunde menſtrui prioris q. s. videlicet* ℥j. ☉ ℥ *vj. menſtrui, ponantur in arenam ad circulandum, donec Solvator. Effunde, & iterum de hoc menſtruo. q. s. affunde, hoc toties repete, donec omnia ſunt ſoluta. Vel: ſi placet, potes omnem ſolutionem cum* ☉ *per Alembicum ſeu Retortam lentô igne primùm abſtrahere, abſtractum reaffundere, & hoc toties continuare, donec omnia ſunt ſoluta & abſtracta. Si verò quid ſolutionis expers remanſerit, huic prioris menſtrui q.* 5. *poteſt affundi, ultimò tamen igne fortiori pellatur, & tùm aqua inſtar Rubini exibit, quam, ſi vis, adhûc ſemel rectificare potes.*

USUS. Hoc ☉ potabile omnes interiores & exteriores corporis morbos radicitùs exſtirpat & ſanat.

2. *Alia.* ℞. *Sacch.* ℔. j. *Spiritûs Vini q. v. permiſce in patina argentea vel deaurata, incende Spiritum vini, & Saccarum fit inſtar olei, cujus menſuram habere & facere debes, adde adhùc menſuram optimi Spiritûs vini, commiſce diligenter, inde in vitrum, & deſtilla inſtar aquæ fortis, frange vitrum & exime ſalem, adde antè deſtillato menſtruo, putrefac adhuc parumper, quando voles, poſtea rectifica adhûc ſemel, & reconde omne deſtillatum in aliam cucurbitam, poneq; in balneum Mariæ, ut phlegma abſtrahatur, quod remanet, hoc ſolvit aurum, cujus modus ſic fit: Sume duas ſemuncias lamellarium* ☉ *ſtratifica cum gummi Laudani puri, & extollitur* ☉ *in ſuo gradu, Calcinaturq; ad hoc opus, cui ſuperfunde tuum præparatum Spiritum, & accipies tam excellens medicamentum, quod nunquam ſperáſti. Quando Spiritus Vini à Saccharo Candi & abſtractus, reddit menſtruum* ☉. *Verùm huic multis paraſangis disſimile. Idem Roſmarinus ſepties deſtillatus ſolvit in ultima deſtillatione folia auri, aut ejusdem loco aurum cum ſale priùs Calcinatum & putrefactum. Et hoc etiam præſtans eſt* ☉ *potabile.*

3. *Alia. Folia auri ſolvuntur etiam in ſucco Berberis vel Limonum, & deſtillantur inde ad Conſiſtentiam Butyri, quod* ☉ *potabilie & laxativum eſt. Si menſtruum ſeparetur, cum aceto vini erit corrigendum, & remanens oleum majoris erit efficaciæ.*

4. *Alia.* ℞. *Limones recentes, contunde cum Malvatico perquàm optimè, contuſis ſuperfunde ad eminentiam quatuor digitorum Malvaticum, digerantur tres vel* 4. *dies unà, poſtea deſtil-*

*deſtilletur hinc Spiritus: Hunc divide in duas partes, in una Calcinatum vel præparatum ⊙, in altera Spiritûs parte ſolve margaritas: ſolutione & hâc commodè factâ commiſce ambas ſolutiones æquâ quantitate, Circula & putrefac unà per menſem philoſophicum, poſt ſepara purum ab impuro, & accipies tale medicamentum, quod potens cordis fortificatio & elixir exiſtit.*

5. Oleum ſalis quod intra 24. horas ⊖ convertit in oleum.

R. *Sal. communis q. v. fac fluere in tigillo vel inſtrumento mundo.* Solve *in Aq. communi, iterùm coagula, hoc reitera toties, quoties opus fieri ſal dulce. Hujus ſalis.*

R. ℔. *j. Spiritûs vini menſuram j. Affunde ſuper hunc ſalem quàm celerrimè, & ocyùs benè muniendo, deſtilla in modum Spiritûs & oleum ſalis cum Spiritu Vini ſimul aſcendet ſine omni acredine ſeu corroſivitate. In hoc oleum impone ⊙ laminas ſed calcinatas, & intra 24. horarum ſpatium convertetur in oleum, abſtrahe Spiritum vini per MB. 3. vel 4. vicibus, & invenies oleum ⊙ infundo.* Probatum eſt, *& optimum remedium in multis morbis.*

Et ut cor turbulentorum affectuum ſedes eſt; Ita imprimis placandum erit, aurô in ſua arcana redactô, quod tamen nunquam eſt futurum, ſi naturale etſi purgatisſimum Aurum, vel in pulvillum, vel in bracteas aut foliola redactum, medicamentis permiſceatur, *ut hodiè paſſim* à Medicis factitatur, qui neglectô interiore nucleô externum duntaxat corticem, ſeu externum vas tantùm lingentes pultem cum vulpecula Æſopica haud attingunt, aut ejusdem in liquoribus cordialibus extinctiones propinant, quemadmodum Marſilius Ficinus feciſſe legitur l. 2. de tuendâ ſtudioſorum ſanitate: qui tale aurum porulentum proponit: Lunâ vel ♌ vel ♈ aut ♐ ſubeunte, & vel ⊙ vel ♃ aſpiciente è flor. Borrag. Bugloſs. & Citraginis collectis cum Saccharo in aqua Roſacea liquato medicamentum parat, *& ad ſingulas unicas tria auri folia* addit diligenterque permiſcet, & jejunis cum vino generoſo exhibet.

Alii ut inviolabilem & inſuperabilem auri ſoliditatem aperirent, & corpori humano conſervando idoneum redderent, varias vias & modos (ob veræ Philoſophicæ & mercurialis clavis ignorantiam) quibus id præſtarent, excogitârunt. D. Franciſcus Wendlerus, Gorlicenſis Medicus, referente Dn. D. Sennertô, mira narrat *de gallina quadam* Philoſophicè auri argenti foliis enutrita & ſaginata. Hanc enim menſis ſpatio inſperſis ſaginæ argenti foliis ſaginabat; primis tribus vel quatuor diebus gallina argentum cum excrementis per alvum rejiciebat,

ciebat, át quintô vel ſextô die aſſuetus ventriculus argenti folia cum reliquo cibo immutavit. Mactata pox menſem gallina candida fuit inſtar argenti, tantâ intus viriditate apparente, qualem ne Chymicus quidem arte ſpagyricâ ex argento præparare poſſit. In ovario innumera ferè ova tùm magna, tùm parva apparuerunt. quaſi ab artifice aliquo in argentata. Aliam gallinam eodem modo auri follis ſaginabat, quæ poſtquam menſis ſpatio quatuor auri foliati libellos cum cæteris cibis voráſſet, mactata, intus pura & pulchra apparuit, tribus in pectore purè aureis lineis comparentibus. *Eandem hanc rem.* aurum videlicet crudum à ventriculis noſtris poſſe ſubigi, olim triplici exemplo comprobavit vir clariſs. Dn. Jacobus *Flachius*, olim Academiæ Jenenſis Profeſſor.

1. Se à viro fide digno percepiſſe, quòd Medici Angli in aula Imperatoria Imperatorem Rudolphum præſervarent in ſuo ſenio à morbis hac ratione. Medicos jusſiſſe alere gallinas maſsâ quadam ex hordeo vel tritico, cui inſpergerent filamenta auri, ut & folia auri, ut hâc ratione aurum in gallinarum verteretur naturam & ſubſtantiam, quas poſtea mactarent, & Imperatoriæ Majeſtati exhiberent, quo hactenus ſuo fine ſunt potiti.

2 Exemplum obſervavit in patre ſuo, qui aurifaber præcellens & multas aluit aves hinc inde volantes, quæ ſimiliter granula auri ſuffuratæ ſunt & abſorpſerunt, quas tandem mactârunt & ventriculos diſſecando invenerunt partes auri concoctas, & carnes habuiſſe magis ſapidiores aliarum avium carne.

3. Erat Cambyſis Regis opulenti & ditisſimi, *multos* aurifabros alentis, & obſervatum *eſt in* horum officinis mures granulis & *filamentis auri ſe aluiſſe:* Sæpiùs enim captos muſcipulis diſſecuerunt, & ramenta auri concocta fuiſſe invenerunt. Quibus exemplis prænominatus *Doctor hoc* obtinere volebat: Aurum *beneficiô artis potabile* reddi poſſe. Quæ ſi ita habeant, ſpagyro facilè viam aperient, quâ citra corroſiva auri corpus aperire, ſolvere poculentum reddere, & in ſua arcana deducere poſſit. Una enim res eſt, quâ aurum planè victum ſuccumbit: quam licet nec gallina, ſtruthi oſit, ſuæ tamen naturæ eſſentiam non ignorant ſapientes. Quidam auri ſolutionem tentârunt, communi Mercurio ritè deputato, amalgama poſtea longâ coctione & præcipitatione in rubentem pulverem redegerunt. Facile enim ☉ in ☿ abit, hic in aquam poculentam. Quidam ☉ calcem in aquâ menſtrui vegetabilis ſolvunt, ſolutionem bis, tervè cogu-

agulant, & in lapidem miraculoſum redigunt.

Alii citiùs hoc negotium expedituri, ☉ & ☿ii amalgama in aqua philoſophica ſolvunt, ſolutionem per cohobia deſtillant tandem turbit auratum nanciſcuntur multis lotionibus edulcorandum.

Non deſunt item, qui prædictum amalgama ſpiritu & oleo ſalis, aut oleo vel ſpir. 🜔ris per campanam facto & rectificato diſſolvant, ſolutionem præcipitent, & debitis ablutionibus edulcorent, & è calce demum circulato majore tincturam ſeu animam ☉ proliciant. Antiquiores tamen & veri Spagyri maximum illud cordis confortativum univerſalis Medicinæ nomine decantatum, tot tantisque virtutibus præditum (ut apud Clariſs. Franc. Anton. Angl. videre eſt) in ſecretioribus naturæ abysſis latitans, non è mortuo, ſed vivo, philoſophico & regenerato ☉ mediante clave philoſoph. univerſali illo menſtruo Mercuriali citra alicujus heterogenei additamentum, ſolidisſimum auri corpus reſerante, & in perfectam tincturam accedente, alcooliſato vini ſpiritù agente aurum ſuum potulentum confecerunt aurum illud Nepenthes ab Helena Telemacho datum, quo ille præteritorum laborum, luctûs, doloris & malorum omnium oblivione captus, vitā cum lætitia & animi tranquillitate traduxit.

R. *Igitur volaticam & meri ſpirituoſam auri puriſſimi calcem, v. g. unciam unam, affunde Aq. vegetabilis, ſeu menſtrui catholici Mercurialis uncias 7. vel 8. circulentur in Pelicano, tinctum atq; vegetabilem ſepara, novum affundendo menſtruum, laborem repete, quoad amplius non tingatur, tandem ſeparatô menſtruô habebis ☉ eſſentiara ſeu ☉ potulentum citra heterogenei additionem. Decoque igitur in ſuffic. q. prædictæ aq. ut artis eſt, donec diſſolvatur ☉ calx, & cooperante Deo contra quævis inſanabilia mala, arcanum habebis.*

*Crollius in Baſilica* ex quorundam ſententia ☉ potulentum ſic concinnare docet:

Volaticam ☉ calcem oleo ſalis in butyroſum liquorem ſolvit, abſtracto ſæpiùs per cohobia ſolvente, mox calcem ſolutam edulcoratam Spiritu urinæ, vini Spiritù rectificato imprægnato, ſtillatim irrorat & lento balnei calore, menſis ſpatio putrefacit, deinde omnia retortæ indita per gradus ignis, quoad retorta candeat, ex arenâ deſtillat: Sublimatum ☉ pulverem, vitro diligenter imponit, & affusô vini alcoole tincturam elicit totam reiteratis novis in fuſionibus, tandem abſtracto ad oleitatem ſpiritu, ☉ eſſentiam potabilem reponit; relictam in fun-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0055-2

do auri calcem, affuſô novô ſalis ſpiritu iterùm ſolvit & totum opus repetit. Tandem totam extractam ☉ eſſentiam cum vini alchohole repetitis cohobiis per alembicum aſcendere facit. Diaphoreticum in morbis contagioſis præſtantiſſimum.

Ex eadem ☉ calce ſpirituoſa, addito debita proportione & myrrhæ & thuris liquamento purgato, abſynthii ſale & croci eſſentia diaphoreticum paramus in peſte, morbisque contagioſis longè præſtantiſſimum. Idem & hoc ſequens præſtat.

R. *Calc.* ☉ *volat*, *& ſpiritus* ℈j.
*Extract. Angel.*
*Imperator.*
*Vincetox.*
*Carlin. ana* ℈ij.
*Scorzoner.*
*Valerian. an.* ℈ß.
*Diaſcord.* ʒij.
*Aq. Bezoard.*
*Card. B.*
*Syr. Cort. citr. an. q. ſ. miſce.*

## AURUM POTULENTUM QUERCETANI.

Auri tincturam, eſſentiam ſeu ſangvinem extracturus Quercetanus & in liquorem potabilem acturus, primùm ☉. perquàm exquiſitisſimè ♁ expurgat mox per aquâ philoſoph. calcinat, calcem rore cœleſti deſtillato toties abluit & edulcorat, quoad & pura & inſipida remaneat: tandem affuſô rectificato grannorum Juniperi ſpiritu alcooliſato auri animam ſeu ſangvinem extrahit, relicto pallidô calcis corpore in fundo, demum vitalem hunc ☉ balſamum affuſô flagranti Saturni ſpiritu repetitis cohobiis per alembicum aſcendere & exudare facit, eiq; eximias tàm ad vitam propagandam, quàm ad graviſſimos morbos percurandos virtutes adſcribit. Hæc quidem & Quercetani & crollii, & aliorum eſt de conficiendo ☉ro potulento ſentẽtia, quam tamen Poterius, ob menſtruorum, quibus pro ☉ tùm ſolutione, tùm calcinatione utuntur, & corroſivitatẽ & venenoſitatem humanis corporibus perniciofisſimam, ac vix ullis ablutionibus & edulcorationibus, ut ſibi falsò perſvadent, delebilem, valdè ſuſpectam habet. Ejusmodi enim & calcinationes & diſſolutiones naturæ ☉ repugnant, nec legitimæ eſſe poſſunt, cùm æthereus ille & quantumvis Quercetano decantatus Saturni Spiritus firmiſſimam ☉ compagem minimè penetrare, vel aperire potis ſit: Uti nec ipſe quantumvis rectificatus granorum Juniperi Spiritus. Veram demum & legitimam ☉ præparationem ſic paucis ex ipſo Poterio afferimus.

☉ primò à natura ſua metallica ſpoliat, non ſpiritu Salis, non ſpiritu

urinæ, non aquis ſtygiis, non aquæ communis ſeu putealis ſpiritu (eò quòd ☉hiſce ſolutum iterùm in corpus reduci posſit) ſed præmiſſa diligenti corporis ſicci diſſolubilis trituratione, & ad prunas ardentisſimas calcinatione, calcinatum corpus acido potabili diſſolvit, & à corpore diſſoluto cum ſpiritu ♁reo potabili tincturam extrahit, & hæc eſt vera Poterii auri tinctura, aurumque poculentum. Deodatus l. 3. Panth. p. 82. Alium modum vide apud Joh. Daniel Mylium in ſuo antidotario Medico Chymico l. 4. c. 3. d. tinct. p. 587. & 588. Verum & aliæ plures medicinæ ſeu arcana ex ☉ fiunt, ut ſunt, ☉ transparens, extractio tincturæ ☉laris, Flos ☉, Aurum vitæ, de quibus breviter.

## AURUM TRANSPARENS Vitrificatum ſeu rubinus ☉.

R. *Auri puriſſ. ℥ß.*

*Antimonii ungar. ℥viij*

*Tigillo indita ſimul eliquentur, eſſundantur, ita tamen ne regulum ponant. Poſtea omnia in ſubtilisſimum pulverem agantur, calcinentur, ut in ♁io vitrificando fieri ſolet, tamdiu, donec ampliùs non fumigent, tandem ſimul tigillo indita tamdiu liquentur per horæ quadrantem, donec magna ☉ pars in vitrum rubellum in pelvi ænea fundendum abeat, & habebis Rubinum ☉.*

### USUS.

Hic Rubinus ſummarum eſt virium, ad 1. vel. 2. gr. ſumptus ſtomachum ſupernè vacuat, ad hydropem & omnes frigidos morbos valet, luem veneream radicitùs, expellit, ut etiam dolores membrorum ab eadem lue excitatos. In peſte & morbis epidemiis magnum eſt ſolamen, ſangvinem mundificat, & podagrę prodeſt, ulcera mundificat.

## TINCTURA RUBINI ☉ ad deploratos morbos præſtantisſima.

*Hujus Rubini transparentis in pollinem acti, ſume quantum ſatis, affunde Spiritus vini rectificati ad eminentiam quatuor digitorum, clauſo vaſe, digere loco calido, habebis tincturam rubentisſimam.*

### USUS.

Doſis cochlearia duo, quæ non vomitum, non nauſeam, non alvum, ſed ſudorem potenter movebunt, præſtantisſima ad deploratisſimos morbos medicina. Corruptum enim ſangvinem mundificat; humores ad corruptionem tendentes corrigit, & univerſum corpus ab omnibus excrementis ſolis ſudoribus liberat.

## EXTRACTIO TINCTURæ Solaris vitalem balſamum conſervans.

℞. *Succi limon acerrimor. filtrati & depuratisſimi ℥vj.*

*Folior. ☉ purgatisſimi N. 60.*

 *Vitro*

*Vitro indita digerantur lento calore 4. diebus, tùm per filtrum ſuccum denuò clarifica. Mox mixturam per manicam ſubtilem Hipp. tranſige. ⊙ hoc modo ſoluto, & à prædicto ſucco ſeparato, & vitro indito, affunde Spiritus vini Alcooliſati ſextuplũ, vaſe clauſo, & cineribus ad 3. digitos impoſito, lentiſſimo ignis calore, pluribus diebus digere, ſic pretioſum liquorem ſingulis menſibus ſemel uſurpandum habebis.*

## ALIA.

*Cœli rorem Martio collectum & debitis cohobiis rectificatum, & ſpirituoſum affunde ⊙ foliis 50. & vaſi vitreo impoſita, triduum radiis ſolaribus expone, poſt modum rore per inclinationem ſeparato, affunde rectificatum vini ſpiritum, ſeptem unciis ſacchari ſoluti imprægnatum; Adde & ſucci Limonum depurati ℥iiij. lentô igne per triduum digere, mox è balneo gradatim deſtilla aquam & ſpiritum, tandem per cineres oleum ſeu liquorem pretioſum habebis.*

## FLOS SOLIS.

*Paratur ex ⊙. per ♁ium fuſo in laminas acto, & cum Salis oleo attenuato, & addito Sale armoniaco præparato in alembico cœco ſimul ſublimato; elevatur flos, aqua ſtillatitia edulcorandus.*

## USUS.

In doloribus Colicis, aliisq; obſtructionibus. Doſis gr. 6. 7. in convenienti vehiculo: graves morbos curat. venas & membra penetrat.

## OLEUM ⊙.

*Iidem Rubini cum vini Alcoole mixti ſi eſſentificentur, in oleum & admirandam medicinam abeunt, cujus unica gutta deploratas ſyncopas curat, ſi debito in vehiculo offeratur.*

## AURUM VITÆ.

*Ex una parte ⊙ foliati, & ſex partibus Mercurii purgatiſſimi fac amalgama in ovo philoſophico, affunde aquæ philoſophicæ tantum, ut emineat, fiat ſolutio ſeorſim ſervanda. Mox ſume flor. albor. Reguli ♁ii, ſimplici ſublimatione paratorum part. I. ſupra dicto auro æqualem, & in duplo Aq. philoſophicæ ſolve, hanc ſolutionem prædictæ permiſce, deinde deſtillando Aq. Philoſophicam abſtrahe, ut vitrum igne candeat, maſſam in fundo exime, tere, pulveriſa, & vitro inditam affuſa novâ aquâ philoſophica ſolve deſtilla ad ſiccum, ut priùs; hic labor quinquies vel ſexies repetendus, ſemper ea quæ in alembicum, vel ad vitri latera ſublimantur, abjiciendo. Tandem maſſa exempta pulveriſatur, & vaſi fictili vitreato impoſita, ad aquæ philoſophicæ ſpiritûs evaporandos candentibus carbonibus tantiſper adhibetur, quoad pulvis puniceum contraxerit colorem. Huic toties aqua deſtillata calida affunditur, lavatur, dulcoratur que, quoad omninò inſipidus evadat.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0058-9

*Huic affunditur Spiritus vini rectificatus, & trium vel quatuor dierum ſpatiô, lento ignis calore digeruntur, deinde Spiritus vini deſtillatur, novus affunditur, digeritur & deſtillatur, ut antè, idque ſex vicibus.*

*Tandem affunditur Spiritus Roſarum vel aqua fragraniſs. 3. vel. 4. diebus loco calidô digerentur, deſtillantur, & novâ affusâ aquâ idem labor ſexies repetitur, & ſic habebis verum ☉ vitæ.*

## USUS.

Optimè valet hoc ad vacuandos viſcoſos, craſſos & tartareos luis venereæ humores.

Doſis grana vj. cum conſerva roſarum, vel theriaca.

Idem hoc aurum vitæ cum Diaphoreticis mixtum, ſolùm ſudores movet, & multis affectibus medetur. Cum recenti butyro & aliquo emplaſtro permixtum, & cum cerea candela inditũ, penis ulcera, callos & caruncul as ſine dolore ſanat.

Sed ſufficiant hæc, plura tamen qui ſcire deſiderat, legat Claudium Deodatum in Pantheo hygiaſtico libro 3. capite 19. à pagine 73. ad 85. Item Dominum Danielem Mylium in Baſilica Chymica lib. 1. à pagine 1. usque ad 184. Item ejusdem Anacomiam auri per totum.

Item Chryſoſcopion, vel Aurilogium Caſparis Amthor per totum.

Item Michaelem Majerum de circulo phyſico quadrato auro per totum.

Item Dominum D. Johannem Agricolam in part. 1. operis ſui Germ. de Auro, à pagina 1. usque ad 119. & Keslerum Redivivum pag. 9. In *quibus Lector non ſolùm inveniet* variarum ex auro deſumtarum Mecinarum deſcriptiones varias, verùm etiam doctiſſimos & argutiſſimos proceſſus operationumq; ἐγχειρείας feliciſſimas, imò harum etiam virtutes hiſtoriis & obſervationibus comprobatas.

## *CAPUT III.*
## DE PANACEA THEOPHRASTI.

Cùm igitur in præcedēti capite de medicamentis univerſalibus actum ſit, non iniquè me facturum puto, quando jam nunc Magni illius Spagyri, Theophraſti Paracelſi, Panaceam, vel univerſale medicamentum, quod à quibusdam, Secretum Secretorum appellatur, hîc cæteris annectam & opportunè ſubjungam, cujus operatio eſt ſequens:

℞ *Quintæ Eſſentiæ Meliſſæ,*
*Artemiſiæ.*
*Valerianæ.*
*Pimpinel. ana ℥j.*

*Elect. Juniper.*
*Sacchari candi albi.*
*Olei ſalis.*
*Quintæ Eſſentiæ 🜍ris ana ℥vj.*
*Fiat mixtura, quam reſerves uſui in vaſculo argenteo & vitreo.*

## VIRES & USUS.

Experientia veritatis teſtatrice compertum eſt, hominem ab hujus nobilis medicamenti crebro uſu per totam vitam integrum, & ab omnibus morbis illæſum conſervari. Propterea capitis gravitatem tollit, Apoplexiam, Paralyſin, Epilepſiam, & alios periculoſos capitis morbos curat, viſûs aciem ſubtiliorem reddit, ſtomachi nauſeam & debilitates ſubmovet; Aſthmati, cæterisque pulmonum vitiis ſubvenit, Lieni prodeſt, Epatis vitia corrigit, omnesque vires corporis recreat; Lepræ auxiliatur, Ictерum morbum, Colicam, Calculum, nec non Hyſtericas affectiones, multosq; alios morbos aufert.

## DOSIS.

Singulis diebus jejunô ſtomachô dantur grana 5. vel 7. vel 10. in debito vehiculo.

## DE ALIO MEDIcamento univerſali, in forma Extracti.

R. *Extract. Croci ℈iß.*
*Species. Diamarg.*
*frigi.*
*Dianthos.*
*Diarrh. Abb.*
*Aromat. roſat. Gabriel.*
*Rhabarbar. ana ʒj.*
*Salis cranii microcoſmi.*
*Antimonii Diaphoretici ana ℈j.*
*Magiſter. Perlar.*
*Corallor.*
*Smaragd.*
*Rubin. ana ʒß.*
*Ambræ griſeæ.*
*Moſchi Orientalis.*
*Lapidis Bezoardici ana ℈j.*
*Confectionis Alkekermes.*
*Extracti Mithridatii,*
*Theriacæ ana ʒiß.*
*Laudani opiat.*
*Veri ac ritè præpar. ℥iß.*
*Tincturæ 🜍.*
*Croci Martis.*
*⊖ ana ʒß.*
*Oleorum ſuccini,*
*Maceris.*
*Garyophyll.*
*Cinamomi,*
*Citri ana gut. XX.*
*Fol: auri fini numero 12.*
*Argenti puri numero 15.*

In compoſitione hujus laudabilis medicamenti proceſſum obſerves talem.

Primo ſpecierũ cõmiſceas Extracta & Salia cum magiſteriis, confectione Alkekermis, Laudano opiato, Lapide Bezordico, ♁nio Diaphoreti-

retico. His adde poſtea tincturas & Spiritus guttatim, omnia probè tudicula lignea in mortario marmoreo ad quadrantem horæ agitando. Hoc peracto, admiſceas Extractum Mithrid. & Theriacæ, necnon Ambram & Moſchum, leviter trita, ultimò immittas folia Auri & Argenti cum oleis ſenſim inſtillandis, iterùm materiam ad quadrantem horæ agitando. Hanc mixturam diligenter reponito, & uſui reſervato, in vaſe argenteo foliis auri fini cooperto

## OBSERVATIO.

*Notandum eſt obiter in hujus medicamenti compoſitione, quod, quando Extracta nimis liquida, aliquid de pulvere noſtro cordiali: Quando verò ipſa nimis ſpiſſa, aliquid de mixtura Cordiali Imperiali, vel Syrupo Citrii ſucci addi rei perfectio requirat: quandoverò Extracta juſtæ conſiſtentiæ, nullius rei tunc additione opus erit.*

## VIRES & USUS.

*Effectus hujus medicamenti eſt laudabilis & planè ſtupendus:* Confert enim ad omnes (exceptis tamen iis, qui ſunt, ut ſuprà docui; Nativi, vel congeniti, vel Chirurgia indigentes) imò ad deploratos morbos, ubi nec ægroto nec ipſi Medico de genere ſive ſpecie morbi conſtat, quo medicamento poſt ☉ potabile, ad naturam humani corporis confortandam, quamvis in perveſtigandis ſalutaribus iſtis medicamentis, nulli labori, nullisque ſumptibus pepercerim, nullum reperi nobilius, elegantius, aut præſtantius: Nam non modò Spiritus vitales recreat, cor confortat, & in ſuo eſſe conſervat; Verùm etiam Cerebrum, Epar, Pulmonem, Lienem, Fel & renes, &c. ægrisq; quaſi in momento ſuccurrit & opitulatur, ut extemplò & quaſi miraculoſè meliùs ſeſe habeant, cordis ſpiritibus ita recreatis illicô quaſi luce depulſis tenebris, morbi vim medicaminis efficaciâ manifeſtè abigi percipiant: Et quia membris principalioribus confert omnibus, poteſt etiam in omnibus internis morbis tutisſimè exhiberi.

## DOSIS.

*Datur in hoc â ℈ß ad ℈j. vel circiter, in formâ pilulari, vel diſſolut. in aqua cordiali. vel Syrup. Cinamomi, vel alio appropriato vehiculo, ſecundum ſeptem membra principalia.*

## CAPUT. IV.
## DE
## LIQUORE SOLIS AROMATICO
## MYNSICHTI.

℞. *Aurum Ungaricum per Antimonium in ſublimi gradu purificatum, ſi-*

*ne illud in tenuiſſimam laminam per aurifabrum duci, poſtmodum reſolve per bonum & optimè rectificatum ſolis oleum, viris duntaxat Chymicis notum, & poſt ſolutionem illud per Alembicum abſtrahe, tunc in fundo flaviſſimam Solis calcem reperies. Hanc recipe, & vaſi vitreo inde, tantumq; olei Cinamomi ſuffunde; ut fiat mixtura pulti ſimilima, & in puncto materiam nigreſcere & efferveſcere videbis; tunc habe ad manus bonum vini ſpiritum, optimè rectificatum, & tartarô Sophorum præparatum, de illo aliquantum ſuffunde ſuper eandem materiam, usque ad latam minoris digiti eminentiam, & continuò ſpiritus extrahet Solis animam pulcherrimam, & auro ſimillimam, & quando pro quantitate menſuræ nihil magis accreſcit tincturæ tunc ſpiritum tinctum effunde, & alium recentem affunde, & hunc laborem toties repete, donec ſpiritus tingendi virtute deſtituatur. Remanentem Solis calcem reſolve denuò recenti Salis oleo, & procede, ut primâ vice, repetendo & continuando, usq; dum reſolvatur Solis totum corpus, & fiat liquor potabilis: Et hæc eſt vera ſolutio, facta absq; corroſivis, quæ in æternum à nemine poteſt in aurum naturale reduci.*

## VIRES, USUS, DOSIS.

Hæc eſt inter ſupremas Medicina præcipua, conſervandæ hominum ſanitati maximè proficua, quæ multos corporis defectus & ægritudines, intrinſecùs originem trahentes, conſtantisſimè & ſummâ cum admiratione curat: Totam naturam renovat & conſervat; omnes in homine ſpiritus vitales reficit, malas humiditates abſumit: Hilares facit, & bonum ſangvinem impertit. Eſt ſpecificum cordiale, talisq; nobilisſimus Chimiæ theſaurus, pro quo DEO Optimo Maximo grates ingentes meritò ſunt agendæ. Doſis à gut. 3. ad 5. & 10. in liquoribus ſeu vehiculis convenientibus, & appropriatis manè ſtomachô jejuno.

Juxta hæc, quæ jam enarravimus, obiter ſaltem notare libet, quod à Medicis peritis, multis aliis Medicamentis nomen Catholicorum remediorum, vel Panacearum attribuatur, ut videre eſt apud Iſaacum Hollandum, qui ex Eſſentia Sacchari ſibi conficit Panaceam. Et Conradum Cunrath, qui Eſſentiam mellis catholicum omnium morborum eſſe Remedium exiſtimat: propterea quod mel omnium florum & herbarum, nobilisſimis viribus præditarum ſit ſubtiliſſimum & precioſisſimum. Alii oleum Perlarum, Cinamomi, Philoſophorum Succini, Garyphyllorum, vel Spiritum vini, Veneris Martis, Vitrioli, Tincturam Tartari, Croci, Corallorum, Elixir proprietatis, Extractum Theriacæ, ut Panaceam, vel univer-

verſale Medicamentum, ad omnes morbos utilem venerantur.

Multi Lapidem Bezoardicum, unicornu, Laudanum opiatum, Confectionem Alkekermes, aut Sal Roriſmarini, Imperatoriæ, & Cichorei, ſupra omnes alias Medicinas extollunt, iisdemq; omnes hominum infirmitates poſſe perfectè curari contendunt. Quorum opinioni nos quoque noſtrum calculum lubenter addimus, quippe qui in praxi noſtra effectus Lapidis Bezoard. Laud. opiat. præſertim autem Salium Cinamomi, radicis Imperatoriæ, Roriſmarini, Cichorei & Abſynthii, paucis adjectis aliis ſpeciebus, *admirabiles & planè ſtupendas tàm in morbis avertendis, quàm ſanandis ægris*, non ſemel, ſed ſæpisſimè ex largisſimâ DEI miſericordia experti ſumus: Et certè ſi oblatâ hâc occaſione paulò penitiùs intueamur Salium utilitatem, & in curandis multis morbis præſtantiam, non ulteriùs admiremur, cur olim Sal (ut refert Euſtathius) amicitiæ & benevolentiæ Symbolum, adeoque primum antè alia fercula appoſitum fuerit & cur Plato nihil Sale & Sole corpori humano utilius dixerit. Hinc non immeritò Homerus Sal θεῖον vocat σῶμα θεοφιλές. Et Paracelſus inquit: Hic (Salem intelligit) eſt Balſamus rerum, & omnium condimentorum præſtanſtisſimum condimentum: Hic eſt ille Phænix tàm ocultatus à Poëtis, qui igne naſcitur producitur ac propagatur, quique nullo artificio deſtrui poteſt, ſive in aëre, ſive in aquis, ſive in terra, vel igne exiſtens, perpetuò conſervatur & conſervat: myſterium ſiquidem univerſæ naturæ vitæq; humanæ medicamen, ad extremam usq; ſenectutem in ſe continet: Ex quo fundamento quidam non dubitant, ex ſale *ſeu cinere* cujusdam herbæ, gratiâ exempli roſæ, plantam Roſæ media hyeme vireſcentem, ſuis ornatam coloribus induſtriâ artificis confici poſſe.

Fides ſit penes illos, qui vidêre. *Et, ut pergamus: Vera, inquit Philoſophus, Sal eſt Panacea; Præci*pua enim habet arma.

Queis cum morborum pellitur omne genus.

Quid enim Sale magis diureticum, diaphoreticum, catharcticum? Sali in agendo eſt tuta celeritas: Conſumit is ſuperflua, renovat deperdita, ſanat morbida, nec ullam admittit ulteriorem corruptionem.

In Cimmeriis itaque tenebris verſantur illi, qui Quercetanũ culpant, quòd Sal vitam & animam, & Chryſipp. Fanianum, quod Sal animatum vocet: Nam ſi Thalethi Mileſio placuit: Herculeum illum lapidem, Magnetem, rem animatam dicere, quia ferrum trahere & cogere videtur;

tur, cur non & nos quoque Salem, quod mirè penetret, expurget, abſtergat, diſſipet, reprimat, exrenuet, ſimili modo animatum dicamus?

Et hæc pauca in fine part. ſecund. in laudem Salium, circa deſcriptionem medicamentorum Catholicorum dicta ſint: Queis junioribus Medicis ulteriùs inveſtigandi & perſcrutandi ejusmodi myſteria & occulta Naturæ in Salibus, anſam quaſi præbere voluimus, finem jam prædictæ parti imponentes.

## *CAPUT V.*
## DESCRIPTIO MEDICINÆ SUMMÆ, QUAM NONNULLI PANACEÆ TITULO EXHIBENT.

℞. Cinnabaris *Admodum ſinceræ & ſcoriæ montanæ expertis q.v.* pulveriſa & tere ſuper prophyrite lapide. Hinc aqua perlue à ſordib⁹. Mox in tigillo vitreato coque lento igne ▽ *ſimpl. ut halit⁹ mineræ noxius (à quo* cavendum tibi) exhalet. Rurſus in patinâ aliquoties aquâ elue, quo illud quod optimum eſt, in fundo ſubſideat, ſubtilisſimum verò inſtrumento quodam ab impurâ terrâ ſeparari posſit. Hoc ſicca & optimè ſerva.

Si autem medicamentum in multis morbis ſummè proficuum inde parare velis, ſume hunc tenerrimum pulviſculum, & in argenteâ ſcutellâ ſpirit. Vin. Hiſpanici, quod Petroſimenum vocant, opt. rectif. ſuperfunde accendeq́; hinc inde agitando. Hoc repete vel vigeſies & pulverem ita præparatum aſſerva in vitro Venetiano quàm potes optimè.

*Doſis hujus* ſubrubri aut punicei *coloris pulviſculi* pondere quidem perexigua eſt, valore autem & virtute maxima. Sufficit granum unum ægroto in hauſtu vini exhibi*tum.*

*Ex communicatione habeo Clariſſ.* Dn D. Cunradi Frommanni Phyſici in Imperiali Northusâ Ordin. Fautoris & Amici mei integerrimi. Verùm quod idem jam monet, & antehâc ſæpiùs in familiari colloquio factum eſt, hæc & ſimilia etiamſi in aliquibus affectibus locum ſuum mereantur, ſæpè tamen æquè majorem perniciem in univerſis morbis adhibita afferunt, quàm ſi ſpectes illam utilitatem, quàm in quibusdam affectibus conferre posſunt.

NOTA.

Panacæa Anvvaldina ſimiliter confecta fuit ex Cinnabari croco & conchâ

conchâ margaritifera, ſicuti jamdudum Libavius & alii quàm rectisſimè conjecerunt. Crollius enim in ejus examine minimo igne adhibito, ☿ium adhuc crudum per fumum adſcendere, & nummū aureum dealbare multoties deprehendit.

Non nemo ex amicis R. mineræ Cinnabaris part. j. ſpirit. ⊕l. part. ij. M. Stent per unum atque alterum diem in digeſtione. Poſtea fiat evaporatio in arenâ. Doſis à gr. v. ad vj. vel vij. in vehiculo.

Hanc Cinnabaris fixationem cum ſpiritibus acidis, præſertim ⊕li ſpotes quoque videre infra de epilepſiâ, ubi ad *robur viſcerum firmandum* etiam alia confortativa non malo conſilio adjiciuntur.

Alii ita præparatam Cinnabarim cum ſpir. ⊕li miſcent cum æquali parte ♁ diaphoretici & nomine Panaceæ cuivis obtrudunt.

Operoſior ſed elegantior eſt præparatio præcipitati Diaphoretici ex Cinnabari nativâ, quæ quibusdam inſtar univerſalis Medicinæ eſt:

R. Spirit. ⦶

Sal gemmæ tenuisſimè pulveriſ. ân. ℔j.

M. & ex retorta convenienti è veſtigio cum ſuo recipienti antea conjuncta, deſtilletur ex reverberio clauſo aqua rubicundisſima, quam ſerva.

Deinde R. Cinnabarim Ungaricam in magnâ quantitate, eamque paulatim in aquâ præcedenti ſolve, ac inprimis vide, ut cautè procedas: vehementer enim incaleſcunt invicem, particulatim itaque minera injicienda eſt, ac inſuper ad ejus totalem ſolutionē, ſatis magna quantitas menſtrui requiritur. Solutionem à 🜍re combuſtibili ſupernatante, ut & à fecibus reſidentibus ſeparatam *deſtilla ex cucurbita* in ∴, & extillabit menſtruum, principiis Cinnabaris in cucurbita relictis, quę hac operatione apta reddita ſeparationi. Abſtracto igitur menſtruo, △q; aucto, ☿*ius albisſimus adſcendens lateribus cucurbitæ adhæreſcet*, manentibus in fundo 🜍re & ⊖. Collige dictum ☿ium ſeorſim purificaque quàm optimè; videlicet

1. Solvetur ☿ ebulliendo in aceto hinc ſolutio à fecibus ſuis decupelata committatur deſtillationi, ut acetum abſtrahatur.

2. Procede eadem ratione cum ☿io remanente, adhibeque loco aceti pluviam vel rorem *majalem* ſtillat. idque ter vel 4. donec nimirum ☿ planè albisſimus remanſerit. Hunc digere cum *Spiritu* Vini rectificatisſ. per *menſem*.

Interea reliqua quoque principia, quæ *in fundo* cucurbitæ, poſt ablatum ☿ium, reſtitêre, ſepara & *clarifica*, quod hac ratione obti-

 nebis,

nebis, ſuper eadem infunde aquam pluviam deſtillatam calidam: ſtatim ſal ſolvendo ſeſe in eandem aquam abit, 🜍 verò flaveſcens ſolum manet. Quod ſi aliquid ſalis adhuc dum eidem adhærebit, illud per aliquot repetitas eluitiones aquæ pluviæ deſtillatæ auferendum eſt & priori ſalis extractioni miſcendum. Utrumque autem deinceps eſt purificandum, quod unicè quoque per ſpiritum vini abſolvendum eſt. A ſale igitur aufer aquam deſtillatam, cum qua nimirum ſalem exſtraxiſti, & eundem cum optimo ſpiritu vini ſolve, fecibus remotis ſolutio futura eſt ex viridi flaveſcens: aufer ſpiritum vini ad cuticulam ſupereminentem & Sal ipſum, inſtar ⊕li transparentis, in fundo coagulabitur, quod diligenter collige & ſerva.

Sulphur v. aliquoties cum ▽ ſtillat. calidâ prius lotum & exſiccatum, ſimili modo cum ſpiritu vini aliquandiu digere, & eundem poſtea aufer.

In promptu itaq; hoc modo ſunt duo principia ſalis & 🜍ris purificacata: ad eundem puritatem quoq; redigendus eſt ☿ius.

Poſtea quam ille fuerit per deſtinatum tempus cum ♎ vini digeſtus & ſolutus, (rubeſcit enim totum illud compoſitum eleganter) ex retortâ in excipulum capaciſſimum, igne arenæ lento primò deſtilla ſp. vini, poſtea urge ignem & prodibit ſpiritus ☿ij (hinc inde ſeſe extendens & ſublimans inſtar cryſtalli.) Peracta deſtillatione relinque per hor. 24. ſic ſolvetur ♎ ☿ij cryſtalliſatus in Spiritu Vini ſeparato tandem Spiritu Vini MB. remanet Sp. ☿ in fundo cineritei coloris.

Habitis his principiis, ad conjunctionem progredere.

Solve Cinnabar. Ungaric. ℥xj. ♎ ⊖lis cum ⊖ gemmæ acuato, ut ſupra, ſequeſtratisque fecibus ſolutionem decantatam deſtilla ad oleoſitatem: hinc affunde recentem ♎m, vicisſimque deſtilla, idque fac 5. vel 6. vicibus. Poſtea digere in MB. d. 14. *Tandem* abſtrahe △ leni ∴ donec ſpiritus albicantes prodire inceperint, tunc mutato excipulo cape eos ſimul cum ▽ urgeque △m, usque ad ignitionem vaſis, ▽ hanc ſerva.

In hujus aquæ ℥vj. ſalis ſupra facti ℥ij. ac circula aliquandiu in MB. Poſtea imprægna 🜍ris ℥ß. Aqua illa, in qua ⊖ ſolutum, idque per vices, (ſemper affundendo ℥iß) donec ⊖lis ℥j. cum 🜍re fuerit copulata (ex pondere id cognoſcere licet) ac ex ambobus factus ſit viſcoſus quidam liquor.

Hujus ℥ß adde ℥ij ♎ ☿ij ſupra præparati, inque Phiola H. cl. digere in Athanore, prudenter adhibitis

tis △ donec omnia in pulveré rubicundum fuerint verſa, id fiet menſibus tribus vel quatuor. Pulverem hunc corrige cum Spiritu Vini & ſerva.

VIRES.

Eſt medicina Univerſalis, cujus gran. i. vel ad ſummum duo in vehiculis convenientibus, in quolibet morbo uſurpata, balſamum internum ad expellendum intrò hoſpitantem hoſtem, vel per vomitum, vel per alvum vel per ſudores, mirificè adjuvant.

OBSERVA.

Huic Præcipitato diaphoretico per omne convenire Azoth iſtud famoſum, quod *M. Elias Johannes Hesling, Arnſtadienſis Thuringus, Artiſta ille ſecularis*, in ſuo Theophraſto Redivivo anno 1660. publicavit cenſent nonnulli non ſine gravi conjecturâ. Lege quoque impoſturam hujus Theophraſti Redivivi anno eodem detectam à Dnn. Medicis Würtenbergiacis.

NOTA.

Præterea non poſſum non heîc ex Ampl. Dn.D.Conringii lib. de hermet. med. c. 17. p. 209. rurſus monere, meritò prudentiorem quemque mirari, fuiſſe vel eſſe qui ſibi vel ſperent vel arrogent ejusmodi Panacæas vel univerſales medicinas, cum neque experientia, neque ulla ratio vel levisſimam fidem rei faciant. Hinc Excell. Dn.D. Rolfinckius ejus generis pharmaca inter *non entia quàm rectisſimè numerat de chim. lib. j. c. 9. vid. Diſcur*ſum elegantiſs. Sennerti de Chimicorum univerſali medic. & auro potabili.

# PARS III.
## DE
# MATURATIVIS ET DIGESTIVIS.

PErductâ ad finem feliciter part. I. & II. in qua de univerſalibus medicamentis actum, ordinis ratio nunc poſtulare videtur, ut ulteriùs progrediendo, *Digeſtiva* & *Maturativa* aggrediamur, eâ tamen methodo, ut de Tartaro tanquã *Baſi* horũ medicamentorũ pauca pręmittam9.

## CAPUT I.
# DE TARTARI GENITURA & ORIGINE.

LAteribus doliorum vinariorum materia quædam adnaſcitur, inſtar lapidis, quæ abraſa, pro diverſitate vini habet diverſos colores; nam ex vino rubro rubicundum, ex albo albicantem & niteſcentem, ex alio aliis coloribus ornatum ipſum fieri experientiâ docemur.

Dicitur autem Tartarus in genere, quicunqve ſuccus & reſidentia in fundo permanens, & hinc comprehendit omnem limoſitatem, viſcoſitatem & impurum ſedimentum.

In ſpecie tamen in vino rurſus tripliciter ſumitur; vel enim illa vini pars dicitur 🜿rus, quæ ſubtilisſima eſt, & liquefacta & admiſta vino eſt. (2) ea quoq; vini pars vocatur 🜿rus, quæ craſtior & terreſtrior in feces abit, & ſubſidet in fundo, eſtq́ue fex vini, Græcis Thramma. (3.) uſitatisſimè verò 🜿rus eſt, qui ad latera doliorum accreſcit.

Optimus autem cenſetur, qui continuâ ſerie coagulatus dolii lateribus in longitudinem protenſus adhæreſcit, maximè ponderoſus duritie non cedens lapidi, ab ea parte, quâ tangit vinum, pluribus apicibus adamantis inſtar, acuminatus, ſplendens, quiq; confractus non apparet ſpongiæ inſtar poroſus, aut terrâ refertus. Notas has omnes habet Rhenanus, & nonnunquam Franconicus. Galli tamen Monſpelienſem quaſi cryſtallinum & purisſimum omnibus præferunt.

Baccius lib. 6. vin. f. 290. notat, apud Velitrinos in Italiâ ex robuſto vino ſubſtantiam 🜿ri ad duorum digitorum altitudinem increſcere, vitri inſtar pellucidam, ſinceram, ſapore acri, modicè vinoſo, adeò ut integris navibus aliò devehatur.

*Uſus autem 🜿ri triplex eſſe poteſt, Mechanicus,* ſcilicet, *Medicus & Spagyricus.*

## DE USU MECHANICO.

Ut igitur à primo, quem *Mechanicum* diximus, ordiamur, ſciendum, à Mechanicis quibusdam ad varia perficienda opera ſua Tartarum adhiberi: 1. enim nôrunt ij, qvi cudunt argentum, ejus adminiculô monetam artificiosè expolire hunc in modum: Immittunt nimirum ollæ prunis impoſitæ, puræ fontanæ aqvæ ſufficientem qvantitatem, cum certa qvadam proportione Tartari, Salisqve communis, in eademq́; tam diu coqvunt Monetam. donec omnis ni-

nigredo & deformitas, qvam ex ignium flammis nanciſcitur, paulatim abeat, argentiq́; fulgor eluceat.

NOTA obiter: Et numiſmata falſa genuino ſplendore adulterantur, ſi miſturâ ex 🜿ro ⊕lo & ⊖ affricentur. Alii digito madido atterunt pulverem ex Sal. armoniac. 🜿ri crudi an. ʒj. & parum fol. ☽æ. Vel: ſolvunt ☽ q.v. ▽F. ſolutioni addunt ⦶ & ⊖ 🜿ri factâ evaporatione pulverem adhibent impio & ſcelerato conamini.

Sic monetæ adulteratores plurimum circa 🜿rum laborant ſpreto alkali ⊖, quia alkali 🜿ri non mutat colorem, inqvit Helmont. blas human. *n. 39. & 40. p. m. (edit. Lugdun. in fol.) 116.*

2. Non minùs Aurifabri Tartarum adhibent ad decoctionem Aqvarum, qvibus ſplendidior color vaſis argenteis poſt perfectionem inducitur.

3. Similiter Tartari usû carere neqveunt Metallici, qvando metalla fundere volunt, permiſcentes ipſum cæteris ſpeciebus, qvibus liqvefacta obſeqvioſa & tractabilia fiunt. Hinc pulvis conſtans ex 🜍 part. iij. ⊖ p. ij. Tartar. uſt. p. j. & metallis inſperſus ea fluida reddit, german. Fluß-Pulver.

4. Fullonum & Infectorum manus didicerunt qvoqve Tartarô uti in tingendis lanis, veſtibus, pannisq́; ſine cujus auxilio impoſſibile rei alicui ex lanarum filis contextæ inducere colorem. Vid. Lib. de Tinct. art. 1. 2. c. 14.

5. Mirum eſt, quendam Pariſiis habuiſſe ad opera chymica, ignem diu durantem in vaſis ſigillatis, qvi conſtabat tartaro & 🜍re tritis & aquæ vitæ mixtis. Hæc autem accendebantur in alembico, & deinde claudebantur, deniq́; ſtillari aliquid debebat, reponebatur ſupra feces, ſicuti narrat Borellus obſervat. cent. 3. 89.

Sic Cryſtallopæi ſeu Vitrarii Veneti adhibent ſuis laboribus tartarum. Specula itidem artificialia indigent eo. *Vide tract. Optic. Kolhanſii lib. j.* part. 3. c. 4. pag. 192. qvi ex Leonh. Fioravant. ſecret. 3. 63. & Schuenteri recreationib. Mathem. part. 6. §. 37. ſimilia recenſet.

Tandem plura Tartari commoda hîc addi poſſent, qvibus Oenopolis, aliisq; artificibus mechanicis inſervit: Verùm ne Tractatus hic noſter in immenſam molem excreſcat, conſultò hîc pedem figimus, & ad alterum uſum, qvem *Medicum* inſcripſimus, nunc nos conferimus.

## II.
## DE USU MEDICO TARTARI.

Deinde in Medicina Tartarus qvoqve maximum habet uſum, ſiqui-

quidem tàm interiùs exhibitus, quàm exteriùs adminiſtratus ad morborum aliquot gravisſimorum profligationem ſæpè illuſtre præbet adjumentum.

Nam 1. intrò datus purgando movet alvum, & nihil noxiorum humorum in hominum corporibus patitur.

2. Confert iis, qvi ex Lienis imbecillitate, morbum Scorbuticum, vel Affectiones hypochondriacas; ex Epatis verò *diſcraſiâ*, *Hydropiſin*; vel alios ejus generis periculoſos morbos timent.

3. Omnes obſtructiones viſcerum reſolvit, eosdemq; morbos, qvi exinde *originem trahunt ut calculum* Podagram, Chiragram, Gonagram, aliasq;, ejus generis affectiones curat, ut probatisſimorum Autorum concors ſententia teſtatur.

4. Tartarus qvoq; aliis ſpeciebus admixtus, externeq; adhibitus, Scabiem, Lichenes, Pruritum, &c. ſanat, ulceribus ac Tumoribus externarum partium inſigniter confert: Qvod confirmat Dioſcorides inqviens: Pruritum totius corporis Tartarus ſedat, Lepras, item Lichenes, & ſcabros ungves cum Terebinthi reſina aufert.

5. Creditur inſuper Tartarum magnam vim ſiccandi, putredinem ulcerum corrigendi, & ea tandem conſolidandi habere. Et hi ſunt præcipui uſus, qvos Tartarus Arti Medicæ ſuppeditat, plures addere, vel ejusmodi prolixioris Catalogi contextû Lectori, cui hæc noſtra dicata volumus, faſtidium aliqvod adferre evidentisſima disſvadet ratio.

## OBSERVATIO.

Tenendum tamen apprimè eſt, non convenire, ſi ♀rus continuo tenore & ſingulis diebus, vel integro etiam anno uſurpetur, ſed hoc ſi fiat, uſus ejus vicibus interpolatis, inſtituatur. Minimè enim tàm in calidis quàm frigidis affectibus utilitatem perpetuò confert. Inde magis proficuus eſt obeſis quorum pingvedo extenuenda eſt; emaciatis verò frequenter ſumptus nocet. Præterea pulmo *debilis*, *hæmoptoſis*, phiſis, & catharri è toto corpore delabentes, ſalſi, acres, uſum ejus omninò prohibent. Hepatis verò & lienis obſtructionibus, intemperieqve frigidâ ventriculi laborantes temperabunt ſibi ab eo, ac non niſi purgantibus ſimul adhibitis, in auxilium vocabunt. vid. Ampl. Dn. D. Rolfinck, Diſp. de ♀ro pag. 10. & Alchimiâ l. 4. ſect. 1. art. 1. c 7. p. 238.

III.

## DE TARTARI USU SPAGYRICO.

Poſtremò peritiâ Chymiæ inſtructi ſciunt ex Tartaro, qvem hiſce characteribus, ut ♀ ♀ ⩌ vel ♃ plerumqve inſignire ſolent, varia parare

parare medicamenta, ut enim taceam illa, ad qvorum præparationem 🜿rus ſimul concurrat, qualia ſunt: Crocus metallorum ſubtilior; nucleus ſeu Regulus♁ij; Aqva ſtimmi 🜿rea; Lilium Paracelſi; Vitrum 🜿ri viride; ☉ fulminans, & varij pulveres tormentarii & ſtrepentes; Eſſentia ♂ tartariſata; Tartarus emeticus; 🜿rus emetico purgans; Tinctura ♁ tartariſata. Spiritus 🜖li tartariſatus, ſeu aqua 🜖lata ſudorifera Salæ. &c. Ita peculiaria inde parare potes: Oleum fœtidum, Spiritum, Eſſentiam, Tincturam, Magiſterium: Item Tartarum fixum vitriolatum, qvod qvidam Acidum Tartari appellant, oleum, Cryſtallos, Cremorem, Sal, Terram foliatam: &c. De qvibus poſterioribus, qvæ præ reliquis hîc inſerviunt materiæ noſtræ, circa qvam in hac tertia parte occupati ſumus, in ſeqventibus capitibus ordine dicemus.

## CAPUT II.

## DE TARTARO VITRIOLATO FIXO, VEL ACIDO TARTARI.

*Tartarus vitriolatus indè nomen adeptus, qvia è Spiritu Vitrioli, & Oleo Tartari, cui inſtillatur, Spiritus conficitur, hunc in modum.*

R. *Olei 🜿ri rectificati ℥ij. ſupra hoc inſtilla guttatim & ſucceſſivè Spiritûs 🜖li rectificati ℥j.*

*Et fiet coagulum album ſubacidum (hinc Acidum 🜿ri vocatur) qvod eſt 🜿rus fixus Vitriolatus, hunc edulcorabis aqvâ roſarum, & evocabis humiditatem ſupernatantem lentô calore ad ſiccitatem Salis.*

### OBSERVATIONES.

Servetur modus in affundendo Spiritu Vitrioli, ne ſapor Salis repercuſſi nimiũ fiat acidus, ſed qvaſi nauſeabundus: Si enim nimium affundatur de Spiritu 🜖li, tunc non purgat, alioqvin perqvatuor emunctoria, Vomitum, ſeceſſum (ſi purgantibus immiſceatur) item per urinam & ſudorem operatur.

2. Terminus autem affundendi Spiritus 🜖li eſt ebullitionis evaneſcentia.

3. Vomitum præcaveri poſſe cenſent qvidam, ſi oleum 🜿ri ex depurato 🜿ro paretur, tunc enim nunqvam vomitum movere.

4. Si poſſit fieri per infundibulum anguſtiſſimi orificii, ita, ut certô artificiô olei 🜖li guttæ paulatim ſaltem, & ſucceſſivè ſtillent in oleum 🜿ri, conſultiùs erit; Nam ſic boni Spiritus, qvi ex mutua ſubi-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0071-0

tæ mixtionis efferveſcentiâ evaporando elevantur & evaneſcunt, retinebuntur.

5. In hac mutila efferveſcentia obſervetur Epilepſiæ generatio, qvando videlicet Spiritus vitæ in in Microcosmo à Heterogeneis concitatus, ſimili modô ebullit.

6. Oritur autem ebullitio in præparatione hujus 🜿ri 🜖lati ex conjunctione duorum ignium, quâ ſpiritus ⊖ 🜿ri fixus cum ſpiritu 🜖li volatili inter ſeſe pugnant, & alter alterum figere & ſubigere tentat.

7. Qvi ad duas partes Ol: Tart. part. 1. Salis vel liquoris corallorum velit addere, anteqvam Ol. 🜖li affundat, ei integrum eſto. *Præparationem Spiritus Vitrioli* invenies in Stomachicorum deſcriptione, oleum verò 🜿ri paulò pòſt ſeqvetur.

8. 🜿rus hic 🜖latus Crollio in finitis titulis inſignitur; præter enim Univerſale digeſtivum, dicitur ipſi 🜿rus albus 🜖latus fixus; Sal 🜿ri 🜖latum; ⊖ 🜿ri eſſentificatum fixum; 🜿rus albus 🜖latus calcinatus, &c.

9. Edulcoratio tandem quæ fit aquâ roſar. omninò de neceſſitate non eſt.

## VIRES ET USUS.

Hic Tart. 🜖latus, vel Acidum Tartari, eſt Reſolvens & deoppilans: Ergò qvoqve optimum Digeſtivum; qvod 1. exigente neceſſitate, purgantibus medicamentis præmittendum.

2. In Hemicrania, morbo Regio, & omnium viſcerum obſtructionibus, in liqvore idoneo, ſeu vino albo exhibetur ægrotantibus per aliqvot dies in aurora, & ſi opus fuerit, ſæpiùs iteretur uſus.

3. In *Calculo* (reſolvit enim efficacisſimè 🜿rum ubicunqve ſit in corpore humano) exhibetur in aqva petroſelini ſeu Parietariæ.

4. Efficacisſimum remedium deoppilativum & deterſivum, ſi ſcrupulus ſemis vel integer cum Julepi Roſacei unciis duabus, atqve Cinamomi uncia ſemis miſceatur, & exhibeatur.

5. In contracturis, & venarum obſtructionibus, è 🜿ro ortum habentibus, utere per vices ſex, vel octo granis in aqva decoctionis uvarum paſſularum & Cinamomi.

6. Sudorem provocat in Aq: Carduibenedicti vel vino albo.

7. In Hydrope, ut craſſi & feroſi humores expurgentur, datur ℈j. cum uncia ſemis mellis roſacei ſolutivi, & unciis duabus vini Enulati.

8. In menſium ſuppresſionibus ex Aqv. Artemiſiæ. Unde inprimis commendatur huic rei à Johan. Agricolâ tract. de Tart. ſi tempore novilunii junioribus, plenilunii verò ætate provectioribus exhibeatur: nec

necnon iis, qvibus poſt partum tumidus exſtat venter. Qvid in morbo virgineo præſtet, Vid. Horſt. decad. 5. publ. Qvæſt. 5.

9. In Melancholia & ſplenis duritie in aqva cuſcutæ, Scolopendriæq́;.

10. Utiliter etiam in Febribus intermittentibus exhibetur.

11. Purgat per inferiora, & omnes obſtructiones tollit, ſi miſceatur cathartico, vel offeratur in Syrupo Roſarum ſolutivo.

## DOSIS.

*Datur à ℈ß ad ℈j. manè antè prandium & veſperi, qvando itur cubitum ad plures dies in juſculo, aqva Cinamomi, vel Syrupo violarum. Vid. Croll. pag. 115.*

## NOTA.

*Eſt quidem Tartarus ⊕latus optimum digeſtivum. Minimè tamen ferendi ſunt quidam, inter quos Crollius primas ducit, qvi hunc commendant, tanquam Univerſale omnium humorum digeſtivum, cum tamen non tantùm non ſit blandum quid, cujusmodi debent eſſe digeſtiva, ſed acre & vehemens incidendi attenuandiq́; duntaxat pollens facultate: ex adverſo multa potius humectanda, aut incraſſanda, aut lenienda ſunt, neq; quod exſuccum vel exulceratum vel tenerum eſt, ferat ſine damno illam acrimoniam, ceu quàm optimè, ut ſolet omnia, jam etiam ex Angeli Salæ Tartarolog. ſect. 2. c. 9. demonſtravit Nobiliß. Dn. D. Conringius de hermet. medicinâ cap. XX. pag. 266. vide quoq; ſis Ant. Gynther. Billich. obſervat. Paradox. chymic. l. 1. c. 7. & l. 2. c. 7. qvi aſſerit, tam miranda præſtare 🜿rum ⊕latum in ardentibus febribus, quam oleum camino additum.*

*Hinc Libavius Syntagm. arcanor. chimic. lib. 7. c. 33. Crolliana 🜿ri ⊕lat. encomia ſapere ait magniloqvos Paracelſi fumos.*

## ALIA COMPOSITIO.

R. *Salis Tartari q. v. diſſolve in aqva calida: Poſtea præcipita ſpiritu Vitrioli guttatim inſtillando.*

## USUS & DOSIS.

*Uſus ac Doſis conveniunt cum* Tartaro Vitriolato.

## NOTA.

*1. Qvò meliùs lævigatur Tart. ⊕latus, eò citiùs operatur.*

*2. Deinde vario modo componitur, in primis cum metallis; Unde 🜿rus ⊕latus ☉ris eminet ceu diaphoreticum in omnibus affectibus cordis & cerebri utiliſſimum fit autem ex ☉ fulminant. part. j. 🜿ri ⊕lat. ℥iij. quæ probè miſta fluant in furno anemio, per horæ quadrantem. Ex quo cum Sp. Vini 🜿riſato elici poteſt Tinct. ☉*

*Tartarus verò ⊕latus ☽ris exiſtit ex ſolut. ☽æ in ſpir. 🜕 & ⏝ol. 🜿r, aut laminæ ☽ cum 🜿ro ⊕lat. fact. ſ. ſ. ſ. reducuntur in pulverem Viridi-*

*uſculum inſigne antihydropicum, è quo cum Sp. ardente ♄ni elicitur Tinctura, ſi placuerit.*

*Sic ☿rus ⊕latus ♂tis; ☿rus ⊕latus ♃alis &c. confieri ſolet.*

*Varius utendi modus ☿ri ⊕lati:*

*Cæterum ☿ ⊕latus, ſi acuatur granis extracti Diagridii, vel Reſinæ, vel fæcularum Diagridii, vel Gummi Guttajemu. Vel de Peru fit nobile Catharticum, quod leniter, & ſine omni moleſtiâ operatur; Exempli gratiâ.*

R. *☿ri ⊕lati ℈iiijß.*
*Extracti Diagridii,*
*vel Reſinæ Diagridii,*
*vel Gummi de Peru ℈j.*
*Specier. Diamarg, frig. ℈j*
*Olei Citri.*
*Aniſi ana gut. iij.*

*F. Pulvis ſubtiliſſimus.*

*Hunc pulverem in tres aquales partes divide, & da ſingulis auroris unam partem, in brodio pulli, vel carnis bubulæ, vel alio vehiculo, Vel ſic:*

R. *☿ri ⊕ʒß.*
*Reſin, Scammonea,*
*Crem. ☿. ana gr. viij.*
*Spec. Diamoſch. d. ℈ß.*
*Olei Cinamomi.*
*Fœniculi ana gut. ij.*

*Fiat pulvis, quem jejuno ſtomacho in brodio pulli, carnis, vel conſerva Roſarum vel violarum, tribus horis ante paſtum capias.*

vel talem compoſitionem inſtituere licet.

R. *☿ri ⊕lati optimè pulveriſ. ʒß.*
*Cryſtall. Tartari ℈j.*
*Gummi Guttajemu. gr. v.*
*Pulveris Cinamomi,*
*Galangæ,*
*Maſtiches ana gr. iij.*
*Olei Cinamomi,*
*Garyophyllor. ana gut. ij,*

*Fiat mixtura unâ vice manè in conveniente liquore capienda.*

*Doſis Extracti Diagridii, vel Gummi de Peru, vel Reſinæ Scammoneæ poteſt aliquando augeri, minuive, prout robur, vel infirmitas ægrotantis requirit.*

Notandum hîc obiter, quod hæc, & ejus generis Cathartica iis tantùm, qui laxioris alvi ſunt, conveniant; qui verò adſtrictioris alvi, ipſis, alia potentiora propinanda erunt: Nam duro nodo durus qværendus cuneus.

R. *Pulv. fol. ſenæ elect. ℥j.*
*Radic. Chalapiæ ʒvj.*
*☿ri ⊕lati ℥ß.*
*Sem. aniſi ʒij.*
*Macis ℈j.*
*Zingib. gr. xv.*

*M, fiat pulvis pro officina. Doſis à ʒß. ad ℈iiß.*

*CAPUT III.*

## CAPUT III.
## De
# OLEO TATARI.

OLeum 🜿ri, quo indiges ad confectionem 🜿 ⦶lati, vel acidi 🜿ri, ſic facito:

R. Sal 🜿ri, quod ſuô locô invenies, aliquoties ſecundùm Artem diſſolutum, filtratum, & coagulatum, reſolve in cellulâ ſupra marmor, aut beneficio manicæ in oleū.

### NOTA.

*Revera non eſt oleum, quia non eſt inflammabile & Sulphureum, ſed tantum liquor ⊖lis reſoluti.*

### OBSERVA.

Sponte ſua liqveſcit in cella ſeu loco cryptico ab aëre humido ſubterraneo ambiente. Corpora enim calcinata, præſertim poroſa & admodum ſicca, magnâ qvantitate humiditatem aëris imbibunt.

Aliqvando tamen parumper priùs irrigantur calcinata. Si quicquam propter terreſtreitatem haut reſolvatur, illud omne rurſus calcinandum, & ad liquamen iterum reponendum eſt.

2. Quidam idem Sal ſub dio, auſtrinis temporibus, absq; vento & pluviâ, ſilente præcipuè nocte exponunt.

3. Vel diſſolvunt in ▽ communi, filtrant & coagulant.

4. Aut ⦶ 🜿ri albeſcens in ollâ vitreatâ ſolutum, effundunt in filtrum chartaceum bibulum duplex, in fundibulo terreo vel vitreo exceptum, & deſtillant per deſcenſum. Quem modum priori quidam præferunt.

Quãvis in initio hujus Tractatus propoſitum noſtrum non fuerit, hoc in loco eorum, quæ non ad materiam jam nobis ſub manibus verſantem, propriè ſpectarent, mentionem facere: attamen, quia neceſſario hîc propter confectionem Tartari ⦶lati, & oleum 🜿 inſeri oportuit, *ſumpſimus nobis licentiam extra limites* parùm evagandi, & poſt deſciptionem modi, quo fit oleum 🜿ri, ſimul cum ipſius uſibus, vires, qvas in Medicina præſtat, añectēdi.

### VIRES & USUS OLEI TARTARI.

Oleum 🜿ri extraneè adhibitum, uſurpatur.

1. In capitis Favo.

2. In pediculorum expulſione & enecatione.

3. Faciei Puſtularum macularumqve demolitioni, ejusdemq; curatione.

4. In durorum tumorū reſolutione.

5. In Scabiei Herpetis ac Elephantiaſis ſanatione.

6. In lichenum, pruritûs, verrucarum, ac fiſtularū curatione. Vide Beguin. p. 175.

## *CAPUT IV.*
## DE
## ALIO ACIDO TARTARI.

*ALii ſuum 🜿ri Acidum in hunc modum præparant.*

R. *🜿ri albiſſimi optimi pulveriſat. lib. 4. Pone in olla nova lib. 16. ad minimum capiente. Accipe jam cinerum* Clavellat. *lib. 1. & affunde Aquæ lib. 4. Stent ſimul aliquantiſper, ut fiat lixivium, quod pulveriſato Tart. affunde, ad horæ quadrantem infundendo, & aliquoties cum bacillo movendo. Poſtea lixivium decanta, & Tart. calidâ aquâ edulcora, donec nihil lixivii ulteriùs ſentiatur. Porrò* R. *hoc Tart. & cum ſ. q. aquæ, ut olla impleatur, ad ignem lentum tribus horæ quadrantibus ebulliant, & ita calidè filtris puris clarifica: & ſi non ſatis inclareſcat, denuò filtra, donec ejus claritas tibi arrideat.*

*Neq; abs re erit dimidium aquæ tantum filtrare, & reliqvum in ollâ relinquere, ut cum nova aqua affuſa ebulliat. Hoc tantiſper repetendum, donec omne Tart. ſit ſolutum, & arenoſam materiam in fundo relinquas; Tart. etiam in filtris remanens ſemper ollæ reddendum. Aquæ filtratæ conjungantur, & evaporatione factâ coagulentur, acetoſumq; in fundo relictum Tart. in pulverem redigatur ad uſum.*

### VIRES & USUS.

Eſt univerſale Digeſtivum, ut Tart. ⊖latus, quod in omnibus fermè morbis medicamentis catharticis præmittendum eſt.

Offertur autem calidè, niſi intenſa Febris, aut ſtomachi intemperies calida adſit. In Febribus detur in aurora, ſi paroxyſmus manè invadit, veſperi propinetur. In morbis diuturnis, per 5. dies continuetur, & bis per diem, manè ſcilicet & à prandio; in morbis verò capitis circa introitum lecti exhibeatur. Sed alvus ſit ſemper libera; ſi enim alvo conſtipatâ offertur, dolor inde accidere ſolet: quia materia abſterſa, cùm non poſſit excerni, in flatus, qvi dolores excitant, convertitur.

*DOSIS per aliquot dies, ubi opus eſt, manè, meridiè, & veſperi ſit ℈ß. vel ℈j. aut ʒß.*

## *CAPUT V.*
## DE CREMORE TARTARI.

HÆc præparatio Tart. non ineleganter Cremor Tartari inſcribitur: Nam quemadmodum Latini cruſtam illam, quæ in lacte, poſtqvam

quam in loco calido ſteterit aliquot diebus apparet & materia prima butyri eſt, Cremorem lactis appellitare ſolent: ita qvoq; procul dubio Chimici Latinos æmulando, id, quod in decoctione Tartari ſupernatat, & cruſtæ non abſimilis, Cremorem Tartari vocare voluêre, cujus compoſitio, lege artis ſic perficitur.

℞. *Tartarum contuſum & aqvâ aliqvoties ablutum, hunc coqve in aqva fontanâ, primò apparebit cruſta, nigra, fæculenta, hac ſeparata & rejecta ſeqvetur cremor ſubtiliſſimus, qvem ablatum, ſiccatum & optimè lævigatum ſerva pro uſu.*

*Eligatur ad hanc operationem Tart. qvi frangendo niteſcit.*

VIRES & USUS.

Uſus hujus Cremoris Tartari eſt, ut præmittatur Catharticis pro Digeſtivo, ut Tartarus Vitriolatus: (*Nam qvicqvid ex Tartaro paratur, ut ſuprà dixi, eſt digerens, Reſolvens & Deoppilans*:) Ergò non incommodè.

1. In humoribus craſſis, viſcoſis & tenacibus concoqvendis, digerendis, & reſolvendis ex Syrupo Cichorei, Oxymell. ſimpl. exhibetur.

Item 2. in febribus ex aqva fellis terræ.

3. In Ictero ex aqua Geniſtæ.

4. In Anaſarca, Hypoſarca & Aſcite ex aqva Abſynthii.

5. In ſuppreſſione fluxus menſtrui in aqua Pulegii.

6. In Podragrâ, Gonagrâ, Chiragrâ, Iſchiade, in aqva Ivæ Artheticæ.

7. In morbo Scorbutico, in Aqua Cochleariæ.

8. In Splenis & Epatis duritie, in aqva Scolopendriæ vel nobilis Epaticæ.

9. *In adſtricta alvo, in aqva florum Perſicorum.* Hunc Cremorem Tartari ſi velis acuere Extracto Diagridii, Gummi de Peru, ut præcedente pagina de præparatione Tartari Vitriolati dixi, habebis elegans Catharticũ, qvod ſine moleſtia & nauſea (cùm nullum ingratum ſaporem, ut pilulæ, aliaqve purgantia ex colocynthide, præ ſe ferat) purgabit.

## *CAPUT VI.*
## DE CRYSTALLIS TARTARI.

Titulus & inſcriptio hujus Medicamenti Chimici, Lector amice, facit, ut anteqvam ejus præparationem aggrediamur, qvemadmodum in priori capite in explicatione vocabuli Cremoris fecimus, intactum relinqvere, ſilentioqve præterire, non poſſimus, quod Cry-

Cryſtalli apud Chimicos nihil aliud ſint, qvàm ſal optimè depuratus, & in Cryſtallinam formam redactus: Eſt enim plerumqve Salium natura ea, ut in cryſtallinā formam, qvamvis aliis modis, concreſcant & coagulentur.

Nunc ſeqvitur præparatio.

R. *Tart. albi craſſiuſculè contuſi q. v. ablue aqvâ frigidâ, & poſtea inde cucurbitæ vitreæ, & affusâ aqvâ in arenâ aliqvot horis, qvinqve nimirum, vel ſex ebulliat. Poſtea aqvam adhuc ſatis calentem per chartam bibulam cola in aliud vitrum, ſatis craſſum & nonnihil calidum, ne frangatur, colaturam in cellam per noctem pone, & Cryſtalli ſatis copioſi lateribus vitri accreſcent & adhærebunt, qvos effusâ aqvâ collige & ſicca. Reliqvum in cucurbita Tartarum iterum aqvâ affusâ coqve eodem modo, coctum cola, ac in cellam, ut antea colloca, idq; toties repete, donec Tartarus totus in cryſtallos abierit.*

OBSERVATIO:

Multò majores redduntur chryſtalli, ſi in vaſe cupreo mundo vel terreo vitreato vel phiolâ vitreâ, in aquâ pluviali purisſimâ, vel fontanâ coquantur per n. & d. unum & alterum, & aqua in vapores reſoluta reſarciatur novâ affusâ aqva calidâ, quæ in peculiari vaſe ſit ad manus. Sic tandem ſolutis chryſtallis omnibus, in frigidâ cellâ, cum admiratione intuentiū oculis ſe offerent multò majores & nitidiores.

Qvibusdam felicius adhæreſcent chryſtalli vaſi ligneo.

Glauberus furnor. part. 2. c. 70. p. m. edit. in 4. 106. audet chryſtallos ♀ri adeò copioſos & magnos promittere ut ex ℔ 4. Tartari, chryſtallorum ℔ iij. elaborentur, modò juſta affuſionis aqvæ fiat proportio fides ſit penes Authoris non verba, ſed facta.

Vinum aquæ loco ſi ſumatur ad cantharos qvatuor, Rhenanum vel Francicum, & infundatur ſuper chryſtallos pondere ℔ ß. in phiolâ capaci, inq; arenâ coctio inſtituatur per biduum, novâ affuſione vini tepefacti reiteratâ, igne ſilente, refrigerato ſpontè vaſe, in fundo concreſcent chryſtalli, decantato vino, eximendi. vid. quoq; Freitag. auror. medic. lib. 1. c. 8.

NOTA:

Fridericus Zobelius Medic. Holſaticus celeberrimus chryſtallos ♀ri glacie nitidiores, ſub nomine Acidi tartari Magiſteriati elaboravit per creberrimas filtrationes, & ſingulari adhibito artificio in evaporatione, ut ſubtilisſimum ſaltem coaguletur, & chryſtalliſetur.

Loco vini ſupra jam dicti præfatus Zobelius ex acido Tart. purific. affuſione aqvæ acetoſæ q. ſ. pro diſſolutione chryſtallos parare ſolet

Im

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0078-1

Imò aceto vini deſtillato adhibito e. g. ad Chryſtallor Tart. ℥iiij. Aceti vin. canthar. ij. conficit igne arenæ 24. horar. ſpacio cryſtallos albisſimos adamantini ſplendoris ſub nomine Oxytartari cryſtallini, qvi præcipuè arſenicalibus ſcorbuticis febribus medentur, ſpleneticisq; & hypochondriacis inſigniter opitulantur.

VIRES & USUS.

Cryſtalli Tartari ſatis gratum in juſculo carnis, vel alio liquore ſunt medicamentum: Nam non ſunt ingrati ſaporis, ſed tantum brodium vel juſculum acidiuſculum præbent.

Dantur hi Cryſtalli ad humores tenaces, *craſſos & Tartareos, hærentes in venis Meſaraicis, vel alia* parte corporis reſolvendos & abſtergendos; Exhibentur quoque inſuper non ſine fructu ad laxandam & aperiendam alvum, antè cartharticorum uſum.

DOSIS.

*Doſis horum Cryſtallorum à ℈j. ad ℈ij. vel ʒj. in brodio gallinæ, vel alio vehiculo conveniente.*

*Verùm ſi expetantur ad expurgandam alvum, adduntur quædă catharctica hunc in modum:*

R. *Cryſtallor. Tartari optimè lævigat. ʒj.*
*Fæculæ Scammonii, vel*
*Extracti Diagridii vel*
*Gummi de Peru correct. gr. v. vj. vel 8.*
*Maſtiches,*
*Spec. Diambr. ana ℈ß.*

*Fiat pulvis catharticus. Vel:*

R. *Cryſtall. Tartari ℈ij. vel ʒß.*
*Tartari ♁lati ℈j.*
*Scammon. Reſin. gr. 5. vel. 6. 7.*
*Spec. Diamarg. frigid. ℈ß.*
*Ol. Aniſi, Fænic. ana gut. ij.*

*Commiſceantur & dentur unâ vice in vino albo, vel brodio carnis. vel:*

R. *Cremoris vel Cryſtal. Tartari.*
*Radic. Mechoacanæ ana ℈j. vel ʒß.*
*Turpeti gr. 8.*
*Extract. Diagridii gr. 4.*

*Miſc. pro pulvere, cui admiſce Ol. Citri, Cinammomi, ana gut. vj.*

Sic pulvis ille celebratus Dn. D. *Rolfinckii vegetabilis laxativus* dictus ex cryſtall. Tartari gialap. & rubino vegetabili id eſt Scammon. Santalin. aut reſin. Scammon. paratur.

Eodem modo Zobelius catharticum ſuum rubrum ex cryſtall. Tartari coloratis cum Scammon. ♀rat. laudat; Item catharticum ♀ri flavum ex Cryſtall. Tartari, gummi gotte, gialap. Scammon.

Poteſt etiam cremor Tartari purgans parari absque additione aliorum pulverum purgantium, ſinempe decoquantur cryſtalli & loco aqv. commun. ſumatur decoct. hellebor. nigr. hermodactyl. fol. ſen. quamvis colore aliquantùm obſcuriore non abblandiatur,

 egre-

egregiè tamen vires exerit. vid. D. Sachs Ampelograph.

Nobiliſſimus eſt pulvis Comitis de Warvvich, qui etiam Cornachini dicitur, ſeu Diagrydium antimoniatum, & ex Mixturâ cremor. ſeu Cryſtall. Tartari ℥ij diaphoretic. & diagrydii ♁rati, pro renata & purgandi modo componitur. Hunc Marcus Cornachinus Medicus Profeſſor Piſanus peculiari libro commendavit.

CAUTIO.

*Notandum hîc, quod Cryſtalli Tartari benè diſſolvi pulverulentâ illa ſubſtantiâ debeant; & ſatis mixtos in juſculo adhibeas. Sicuti enim ex quolibet pulvere, cum humidis miſto, naſcitur gluten:*

*Sic & hîc metuendum, ne glutine facto, venæ circa ventriculum & hepar obſtruantur.*

## DE CRYSTALLIS TARTARI COLORATIS SEU RUBRIS.

R. Cryſtall. Tartari ℔ ¼
Tinctur. ſantal. Spirit. Vini & modico ſpirit. ⊕l. parat.

M. In mortario vitreo ad pultis conſiſtentiam. Exſiccentur ſenſim leni calore, & minutiſſimè pulveriſati ſerventur. Addunt quoque pro guſtu Sacchari canarienſ. ℥iij.

Cryſtallos h. m. paratos vocat Rolfinckius acidum Tartari rubrum epaticum, inque jecoris affectibus tutò uſurpari poſſe autumat.

NOTA:

Alii ita conficiunt cryſtallos Tartari rubros inſtar *corallorum ſplendentes.* Coquunt Tartarum lotum aquâ deſtillatâ, in fine addendo Tinctur. ſantal. rubr. cum ſpirit. ⊕l. priùs maceratam poſt ſpirit. vini extractam; invicem coquendo donec cruſtra appareat, tandem ubi ollæ novæ *amplæ infuſum fuerit* per noctē ſuccreſcūt cryſtalli rubri.

Alii tingunt tincturâ roſar. ⊕lat. vel Tincturâ bellidis.

Dn. D. Schneiderus P. P. Witteb. clariſſ. utitur pulvere hoc digeſtivo hepatico:

R. Cremor. ♀ri ℥j.
ſantal. rubr. ʒj.
Spirit. ⊕li coagulat. q. ſ. ad grat. acorem, addendo fol. ☉ n. iij.

## *CAPUT VII.*

## DE SPECIEBUS DIATARTARI.

E Cryſtallis ♀ri, & aliis ſpeciebus vi purgante præditis ſpecies Diatartari fiunt, ut ſequitur.

R. *Cryſtallor. Tartari* ℥ß.

*Radic.*

*Radic. mechoacanæ albiſ. & aſperſ. aquâ Cinamomi ʒiiſ.*
*Spec. Diaturb. cum rhabarb. ℥ſ.*
*Zingib. gr. 23.*
*Fiat pulvis.*

USUS.

Uſus harum ſpecierum frequens eſt in omni Arthritide, aliisq; Tartareis morbis.

DOSIS. *Datur à ʒj ad ʒiſ.*

ALITER.

*R. Spec. Diatartari.*
*Eleſcoph.*
*Diacarthami ana ℈j.*
*Reſin ſcamm. gr. 5.*
*Aſpergatur ſpiritu ſambuci.. Fiat pulvis.* S. Pulver auff 1. mal in der Gicht.

## CAPUT. VIII.

## DE TARTARO NITRATO.

E Tartari Sale & Nitro conficitur Tartarus nitratus ad ſequentem formam.

*R. Salis Tartari.*
*Nitri præpar. ana ℥ſ..*
*Solvantur in aqua calida roſarum: Poſtea filtrentur, & ſuper ignem mediocriter coquantur, donec quaſi cruſtam acquirat, quæ removeatur, & reliquum in frigido concreſcere ſinas. Sic habebis Cryſtallos albos, quos ad uſum reſerva.*

VIRES, USUS, DOSIS.

Præſtantisſimum eſt medicamentum; ſingularem enim incidendi & digerendi humores craſſos & tartareos, nec non meatus obſtructos *aperiendi vim habet. Inſuper in Fe*bribus putridis, Ungaricis ac malignis experimentum eſt. Putredini reſiſtit. In inflammatione gutturis quam Brunellam vocant, præſtantisſimè juvat. Calculum Renum & veſicæ impuritates expellit, urinamque movet. *Doſis à ℈j. ad ʒſ. in vehiculis appropriatis. Alium modum deſcribit Keslerus Centur 3. §. 17.*

## CAPUT IX.

## DE SALE TARTARI.

SAl Tartari ita paratur:
R. Tartarum in furno figulino; vel in quo tegulæ conficiuntur, ad albedinem calcinatum, hunc reſolutum aquâ affuſâ coque, donec nulla ſuperſit humiditas, & in lapidem

dem concreſcat, hunc laborem repete, nimirum reſolvendo & coquendo uſque dum Sal candidum extrahatur. Vide Tyr. Chim. Beguin. p. 368. Notas in Croll. p. 281.

### VIRES & USUS.

Qvemadmodum Cremor, vel Cryſtalli Tartari, vel quicquid ex ipſo paratur in tollendis omnibus obſtructionibus inter cætera *de opilativa*, facilè excellit: Ita in digerenda illa materiâ, quæ per Cathartica educi debet, *præ reliqvis* Sal Tartari primas tenet; quando aliis Digeſtivis & *Maturativis* admiſcetur. Nam attenuat craſſos humores, incidit viſcoſos, duros emollit, potenter penetrat, *oppilationes* aperit, provocat urinam, &c.

### NOTA.

Rariſſimus tamen eſt ejus uſus internꝰ præſertim per ſe ſi ſumatur. Commodiſſimè verò inſervit tincturis extrahendis.

### OBSERVATIO.

1. Alius quoque eſt parandi modus ex capite mortuo in deſtillatione ſpiritus & olei reſidua; ulteriùs enim calcinari & ſal inde elixiviari poteſt.

Fit autem per compendium, ſi exſtillatis ſpiritu & oleo, remotoque recipiente, ignis renovetur & calcinatio inſtituatur, inque retorta, affusâ aquâ lixivium paratum coleturper filtrum, & ad juſtam conſiſtentiam evaporet, tandemque in ſartagine ferreâ (terrea enim Vaſa faceſſunt in rimas) ad ſalis formam redigatur.

2. Magis modus eſt ſimplex, ſi Tartarus in furno figulino calcinetur igne reverberii ad ſalis conſiſtentiam.

3. Aut calcinatur 🜿rus cum 🜕, & ſi accenſum deflagraverit quoque à nonnullis ſalis nomine honoratur.

4. Et hic modus commendatur, cum Tartarus groſſo modo contuſus involvatur linteo groſſo duplici, & filis diligenter colligatur. Quo facto, faſciculū colliga in igne anemio aperto, ſuper tegulam parùm excavatam. Comburuntur quidem tegumenta illa, ſed conſidit concreſcitq; Tartarus. Deindè uſtio urgetur per horas duas: cum refrixit, cineres adhærentes follibus difflantur. Apparet album ſal tartari.

### DOSIS.

*Doſis à gr. 5. 8. ad 15. vel* ℈j. *in* Syrupo violarum, *ut ſapor ille acidus emendetur & corrigatur.*

## *CAPUT X.*

## DE MEDICAMENTIS DIGESTIVIS COMPOSITIS

EX *his ex Tartaro factis* Maturativis & Digeſtivis *poteſt Medicinæ Tyro varia ejus generis medicamenta Catharticis præmittenda componere, ad formam ſequentem:*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0082-2

R. *Cremoris* 🜿*ri* ʒj.
🜿*ri albi* 🜖*lati* ℈j.
*Salis* 🜿*ri gr.* 3.
*Fiat pulvis, duabus vicibus antè hauſtum purgantem ſumendus.*

ALIA MIXTURA.

R. *Cryſtallor.* 🜿*ri* ℈ij.
🜿 🜖*lati* ℈j.
*Salis* 🜿*ri,*
*Cichorei ana gr.* 8.
*Fiat pulvis quem commixtum, & in duas partes æqualiter diviſum, duabus vicibus, manè nimirum, & veſperi capies.*

ALIA.

R. *Cremoris Tart.* ʒiß.
*Tart* 🜖*lati* ℈j.
*Salis Tartari* ℈ß.
*Olei Aniſi fœniculi, ana gut. ij.*
*Fiat pulvis, quem tribus vicibus manè in brodio gallinæ, vel alio liquore capias, & poſteà quarto die quietis purgans haurias.*

ALIA.

R. *Tartari Vitriolati* ℈iß.
*Cremoris* 🜿*ri.*
*Salis* 🜿 *ana* ℈ß.
*Decoctionis Paſſularum & Tamarindorum* ℥ijß.
*Syrup. Cichor.* ℥ß.
*Miſce pro digeſtivo duabus vicibus ſumendo.*

ALIA.

R. 🜿*ri* 🜖*lati* ℈jß.
*Salis* 🜿*ri gr.* 4.
*Julepi roſacei* ℥iß.
*Aqu. Cinamomi* ʒij
*Oxymell. ſimplic.* ℥j.
*Miſceantur hæc, & dentur ad digeſtionem & Apertionem.*

ALIA.

R. *Aqu. acetoſ.* ℥ij.
*Cichorei* ℥ß.
*Salis* 🜿 *gr.* 5.
🜿*ri* 🜖*lati* ℈j.
*Syrup. de Cichor. cum Rhabarb.* ℥j.
*Spiritus* ♀ *gut.* 3.
*Fiat mixtura, quæ unâ vice bibatur.*

ALIA.

R. *Cremoris* 🜿*ri.*
🜿*ri* 🜖*lati ana* ℈j.
*Salis Tartari gr.* 4.
*Decoctionis aperitiv. & Alterati v.* ℥ijß.
*Oxymellis ſimplic.* ʒvj.
*Spiritus* 🜖*li gut.* 3.
*Fiat Digeſtivum veſperi, anteàquam cubitum eatur, ſumendum.*

ALITER.

R. *Tart.* 🜖*lati* ʒiß.
*Aqu. fumar.*
*Centaur. min.*
*Cochlear. ana* ℥iß.
*Syrup. Fumar.*
*Cochlear. ana* ℥j.
*Extract. Centaur. minor.* ʒß. *M.*
*fiat l. a. potus.* S. Weichträncklein auff 4. mal in böſen Schenckeln.
*Digeſtivum ſequens in morbis contumacibus & chronicis, ut in Scorbu-*

to, Melancholiâ hypochondriacâ, &c. datur.

R. Tartari ⊕lati ℥ß.
Diſſolve in Syrup. de fumar. roſar. ſolut. cum
foliis ſenæ ana ℥vj.
Aqvæ Cinamomi ℥j.
Miſce calidè. S.
Digeſtiv. Safft alle Morgen 2. Löffel/ ſo lange er wäret.

Hoc qvoque excellens in ejusmodi morbis chronicis.

R. Tartari ⊕lati ℥ß.
Cremor Tartari ʒij.
Salis Cichorei.
Salis Tartari ana ℈ß.
Miſce & da ſingulis auroris à ℈ß. ad ℈j. vel ʒß.

R. Syrup. d. Cichor. cum
Rhabarb. ℥ijß.
Acetoſ. ſ.
Oxymell. ſ. ana ℥ijß.
Spiritus Salis gut. X.
Miſce & d. conven. S.
Safft/ täglichẽ 2. Löffel zugenieſſen

PULVERES EGREGII DIGESTIVI:

R. Cryſtall. Tart. ℈iijß.
Pulver. diaron. Qvercet.
cachect. Qverc. an. ℥ß.
Sal centaur. min.
abſinth.
chamomill. an. ℈ß.
fœcul. aron.
bryoniæ
pæon. an. gr. vj
ol. carvi,
aniſ. an. gtij.
M. F. Pulvis Divide in partes num. vj quotidiè duæ aſſumantur in brodio antè binos paſtus per ij. horas.

AUT.

R. Sal. cichor. ʒij.
juniper.
Tart.
chamomill.
geniſtæ
petroſelin.
Tart. alb. ⊕lat. an. ℈ß.
M. F. Pulvis doſ. ℈j. vel ℈jß. in aqvâ fœniculi & vini an. ter in ſeptimanâ jejunè aſſumendus contra omnes obſtructiones.

ALIUS.

R. Salis Cichor.
Tartar. alb. ⊕li ana. ℈jß.
Divide in tres æquales partes S. Saltz zu dem Saffte. Superbibatur brodium pulli, vel decoctum piſorum.

VEL:

R. Cremor Tartari ʒß.
Spir. Salis gut. 3.
Da in charta.
S. Abend-Pulver.

VEL.

R. Cremor. Tartari ʒß.
Spirit. Salis gut. 3.
Tartari ⊕lati ℈ß.
Da S. Abend-Pulver.

DIGESTIVUM antiſcorbuticum Dn. D. Möllenbroccii Phyſici Hallenſ. Ordinar.

R. Croc. ♂t. aperitiv. ʒvj.

*Magiſter. cochlear.*
*Tart ⊕lat.*
⦶ *♃iati aʒj.*
*fœcul. Aron. ʒjß.*
*M. F. Pulv. Doſ. ℈j. adʒß.*

SEU:

R. *Cryſtall. Tart.ʒj.*
⊖ *cichor.*
*abſinth. an. ℈ß.*
M. *pro duabus doſibus.* S.
*pulvis digeſtivus.*

DIGESTIVUM.

ALIUD.

R. *Crem. Tart.*
*Tart.⊕lati ana ℈j.*
*Cryſtall. Tartari gr. 15.*
*Salis Tartari,*
*Cichor. ana.gr.3.*
*Miſce, ut fiat digeſtivum, antequam cubitum eatur, ſumendum.*

ALIA FORMULA.

R. *Tartari ⊕lati ℈jß.*
*Aceti Helleborini ℥ß.*
*Aqu. Cichor.*
*Acetoſ. ana ℥j.*
*Syrup. d. Cichor. cum Rhabarbaro ℥iß.*
*Fiat potiuncula veſpertina.*

ALIA.

R. *Decoct. aperit. alter. ℥iiß.*
*Syrup. de Cichor. cum rh.*
*Aqv. Cichorei ana ℥ß.*
*Tartari ⊕lati ℈iß.*
*Cryſtall. ℈ß.*
*Spirit.⊕lat. gut. 2.*
*Miſce pro hauſtu digeſtivo.*

VEL:

R. *Syrupi Aletonic.*
*cinamóm.*
*ſtechad. an.℥j.*
*Oxymell. ſquillit. ℥iß.*
*Spirit. ⊖ʒj.*
*Tart. ℈j.*
*aqv. cinamom.*
*rorismarin. an. ʒij.*
*Tinctur. ☽æ ℈j.*
M. S. weichſafft.
*in lethargo.*

ALIA.

R. *Aqv. Borraginis,*
*Acetoſ.*
*Violar. ana ℥ß.*
*Syrup. acetoſ. Citri.*
*de Cichor. cum*
*Rhabarb. ana ʒvj.*
*Tartari ⊕lati ℈j. vel ʒß.*
*Spirit. ⊕li gut. 2.*
*Miſce & fiat hauſtus digeſtivus.*

ALIA.

R. *Tartari ⊕lati gr. 25.*
*Aqv.* Cichor.
*Acetoſ.*
*Syrup. acetoſ. ſimplic. ana ℥iß.*
*Ol. Aniſi.*
*Fœnic. ana. gut. 2.*
*Mixta dentur in fictili.*
*S. Hauſtus digeſtivus.*

Ad hanc formam alia infinita digeſtivorum genera ſedulus Medicinæ indagator effingere poterit.

Qvi Galenum ſeqvuntur, ſæpisſimę utuntur *in digerenda,* inciden-da,

da, abſtergenda, extenuandaq; materia peccante ſuo *Oxymelle ſimplici* & compoſito, *Oxymelle ſquillitico* & *Syrupo acetoſo ſimplici*: Item *decoctis* ex *ſpeciebus alterativis* & *aperitivis*; & qvidem non infelici ſucceſſu; præſertim qvando ipſis admiſcetur aliqvid de *Cremore Tartari*, *Tartaro* ⊕*lato*, *vel Sale Tartari*, cujus rei unum atque alterum exemplum huc adponere lubebit, modò priùs aliquid de oximelitibus dixerim.

OXYMEL SIMPLEX.

Hoc ex quatuor partibus mellis deſpumati, & duabus partibus aceti acerrimi & eadem quantitate aqvæ clarisſimæ conficitur. Zuelferus tamen additionem aqvæ improbat.

VIRES.

Humores craſſos lentos & pituitoſos incidit, extenuat, abſtergit & obſtructiones aufert.

OXYMEL COMPOSITUM.

R. *rad. Fœnicul.*
*Apii a℥iiij.*
*Petroſelin.*
*Ruſc.*
*Aſparag.*
*Sem. apii.*
*fœnicul. a℥ij.*
*Coqv. in aqv. claræ lib. j. aut q. s.*
*Colaturæ adde.*
*Aceti acerrimi* ℔*j.*
*Mellis deſpumat.* ℔*ij.*
*Coqv.* S. *a.*

VIRES:

Humores craſſos & pituitoſos incidit, extenuat & abſtergit, obſtructiones tollit jecoris, Lienis ac renum Urinam movet, ſudoremq; evocat.

OXYMEL SQVILLITICUM:

R. *Mell. deſpumat* ℔ *iij.*
*acet. ſquillitic.* ℔ *ij.*
*Coquantur ſ. a.*

VIRES.

Pollet ad humores lentos melancholicos & pituitoſos incidendos & abſtergẽdos: obſtructiones cerebri, pectoris, Renum, jecoris & Lienis tollit.

OXYMEL SQVILLITICUM COMPOSITUM.

R. *Rad. apii*
*fœnicul a℥iiij.*
*Petroſelin.*
*Ruſc.*
*aſparagi*
*ſem apij*
*fœniculi a℥j.*
*Coqv. in aqv. lib. vj. aut q. ſ.*
*Colaturæ adde*
*Acet. ſqvillit.* ℔*j.*
*Mellis deſpumat.* ℔*ij.*
*F. ſ. a. ſyrupus.*

SYRUPUS ACETOSUS SIMPLEX:

R. *Acet. vini boni*
*Sacchar. a℥v.*

*Coqv.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0086-5

*Coqv. S. a. ad Syrupi conſiſtentiam.*

VIRES.

Eſt communis ad omnem materiam, digerit choleram, phlegma, melancholiam, ratione aceti attenuat, digerit & emollit craſſos & viſcoſos humores ineptos evellit, ubique penetrat oppilationes aperit, putredini reſiſtit, & corrigit humorum malitiam.

NOTA.

Hæc antè omnia reſpectum habent ad ventriculum ejusq; humores digerendos & incidendos: Quando verò materiam peccantem in aliis membris digerendam habemus, *tunc utimur iisdem Syrupis,* qui ipſis membris appropriata & ſpecifica ſunt: pro bile concoqvenda in capite Syrup. è Nymph. ſ. & compoſ. Syrup. è papav. ſ. & comp. in Thorace verò pro bile flavâ concoquendâ: Syrup. infuſ. violar. item de ſucco violar. Syrup. de jujub. Granatorum dulcium.

Pro bile flavâ concoquendâ in corde Syrup. de ſucc. acetoſ. de ſucc. acetoſ. Citri Syrup. acetoſor. Arantior *ſyrup.* acetoſ. Limon.

Pro concoquendâ bile in Hepate: ſyrup. de ſucc. endiv. ſimpl. & compoſ. ſyrup. de cichor. c. Rhabarb. & ſine Rhabarb.

Pro concoquendâ verò pituitâ in Capite: ſyrup. de betonic. ſimpl & compoſ. ſyrup. de ſtoechad. ſimpl. & compoſ. Mel Anacard. Azarovij.

Pro concoquendâ pituitâ in Thorac: ſyrup de Hyſſop. de Praſſ. ſyrup. de capill. ♀is ſimpl. & compoſ. ſyrup. de Glyzirrhiz. deque calamith. &c.

Pro concoquendâ & digerendâ pituitâ in ſtomacho: Aqv. mulsâ, ſive Hydromel ſimpl. & compoſ. ſyrup. de Abſinth. de Mentha; Mel roſat. Oxymel ſimpl. & comp. &c.

In Corde pro concoquendâ & digerendâ pituitâ: ſyrup. de Byzantiis ſimpl. & comp. &c.

*In Hepate pro concoquenda & digerenda pituitâ: ſyrup.* de duab. radicib. de quinque radic. de Eupatorio, &c.

In matrice pro concoquendâ pituitâ: ſyrup. de Arthemiſ. ſimpl. & comp. &c.

Pro digerendâ & concoquendâ Melancholiâ in corde: ſyrup. de pomis, è pomis Reg. ſaporis. Syrup. de ſucc. borragin & bugloſſ. &c.

In hepate & liene: ſyrup. de Epithym. de Lupul. de *ſcolopendr.* de fumo terr. min. & major. &c.

Vide Tractat. meum de ſecundo in Medicinâ evacuationis genere.

Sic.

*Miſce. D. in mundo vaſculo.*

S. *Digeſtiv.* Tranck auff 4. mal.

H ALI-

ALITER.

℞. *Spec. alterativ. apar.* ℥ß.
*Flor. Cordial. anapj.*
*Coque in aqu. ad* ℥*iij. colatur. admiſc.*
*Syrup. acetoſ. ſimpl.*
*d. cochlear. ana* ℥*j*
*Salis Tartari ana* ℥*ß.*
*Spiritus* Salis *gut. 3.*
*ſambuci gut. 2.*
*Miſce. S. Digeſt.* Tranck auff 1. mal.

ALITER.

℞. *Aqu. ſcolopend.*
*cetarach.*
*cuſcutæ. ana* ℥*ß.*
*Syrup. de cichor. cum rhabarb.*
*acet. ſimp. ana* ℥*ß.*
*Oxymell. ſquillit.* ℥*j.*
*Spir. ♀ris gut. 3.*
*Cryſtall. Tartari* ℈*ß.*
*Miſce pro Doſi.*

VEL:

℞. *Aqu. capil. ♀ris*
*cichor.*
*acetoſ. ana* ℥*ß.*
*Tartari ⊕lati* ʒ*.j*
*Cremor. Tartari* ℈*j.*
*Oxymell. ſquill.*
*ſimpl. ana* ℥*iiß.*
*Miſce. S. Digeſtiv.* Tranck auff drey Morgen.

VEL:

℞. *Decoct. alter.*
*aperit. ana* ℥*vj.*
*Syrup. de cich.*
*cum rhab.* ℥*iß.*
*Acet. hellebor. ſquill. ana* ʒ*vj.*
*Tartari ⊕lati* ℈*iiß.*
*Aqu. Cinamomi* ℥*ß.*
*roſar.* ʒ*vj.*
*Spir. ⊕li,*
*Salis ana gut. 2.*
*Miſce. & S.* Weichunge auff drey mal.

Specierum alterantium digerentium,&c. quarum in præcedentibus Digeſtivorum formulis mentio facta, ſunt deſcriptiones hę ſequentes.

SPECIES PRO DECOCTO FLORUM & FRUCTUUM.

℞. *Caricar. numero 20.*
*Prunor. Damaſc. n 40.*
*Jujubar.*
*Sebeſt. an. 60.*
*Flor. borrag.*
*bugloſſ.*
*violar ana.* ʒ*j.*
*Capill. ♀ris.*
*Lupulor.*
*Endiv. ana Mj.*
*Rad. glycyrrh.* ℥*iß.*
*Incidantur & cuntundantur ad uſum.*

ALITER.

℞. *Paſſular. mundar.*
*Radic. liquirit. ana* ℥*ij.*
*Prun. dulc. numero 40.*
*Sebeſten numero 50.*
*Flor. borrag*
*bugloſſ.*
*violar. ana Mj.*

*Ta-*

*Tamarindor. ℥vj.*
*Caricar. numero 40.*
*Radic. Cichor. ℥ß.*
*Hordeor. Mß.*

*Miſceantur, incidantur & contundantur pro ſpeciebus decocti florum & fructuum.*

DECOCTIO PECTORALIS.

R. *Paſſul. minor. ℥j.*
*Sebeſten.*
*jujubarum ananumero 15.*
*Dactilor. numero vj.*
*caricarum pingv. numero. iiij.*
*Hordei purgati. ℥j.*
*Glycyrrhi. ℥ß.*
*Capillo ♀ris. M. ß.*
*Hyſſoppi ʒij.*

*incidantur & miſceantur,*

SPECIES PRO DECOCTO alterativo aperitivo.

R. *Hordei mundi Mß.*
*Herb. endiv.*
*cichor.*
*Taraxac.*
*ſonchi.*
*epa. nob.*
*abſinth.*
*eupator.*
*fumariæ,*
*lactuc.*
*lupuli.*
*cuſcut.*
*cetarach.*
*violar ana Mj.*
*Rad. polyp. q.*
*fænic. petroſ.*
*aſparagi, glycyrrh.*
*cichor. ana. ℥j.*
*Fructuum alkekeng. ℥iiß.*
*pulp. prunor. Damaſc. ℥ij.*
*Paſſular. ℥iß.*
*Tamarind. ʒx.*
*Sem. quat. frig maj.*
*excort. ana ʒij.*
*Flor. violar, borrag.*
*bugloſſ. ana Mß.*
*Santali citrini ℥ß.*

*Incidantur, & contundantur ſ. a. Miſc. pro officina. S. Species vel Materia pro decocto aperitivo alterativo.*

SPECIES PRO DECOCTO aperitivo lenitivo minori.

R. *Herb. agrim. lupul.*
*cichor.*
*cuſcut.*
*beton.*
*cetarach.*
*endiv.*
*fum. terræ ana ℥ij.*
*Rad apij fænic. petroſ.*
*calam. aromat.*
*glycyrrh. ana ℥iij.*
*Aſari ℥ß.*
*Sem aniſi. fænic. ana ℥j.*
*Polypodii ℥. 12.*
*Prunor Damaſc.*
*Ficuum ana pingviũ numero 32.*
*Paſſular. ℥iiij.*
*Fol. ſen. ℥ij.*
*Flor. borrag. bugloſſ..*
*violar.*
*roſar. rubr. ana ℥j.*

*Incidantur, contundantur & miſceantur ſimul omnia.*

Omnes in univerſum humores ad expulſionem præparant, incidunt, extenuant, concoquunt, aperiunt & abſtergunt, capiti, ventriculo, jecori, nec non lieni familiares ſunt hæ Species. Vide Pharmac. Auguſt. fol. 99.

Huc quoque referri poſſunt Aquæ & Tincturæ Digeſtivæ.

AQVA ANTIPHLEGMATICA
Clariſſ. Dn. D. Reineſ.
Med. Altenburg.

R. *Centaur. min.* Mxij.
*ſcyllæ præparat.* ℥iij.
*Cinamom.*
*Galang.*
*ſem. fœnicul. an.* ℥j.
*Præparat. l. a. infund.*
*aqv: centaur. minor.* ℔iij.
*abſinth.* ℔ij.
*calam. aromat.* ℔j.
*addito fermento modico, digere per quatriduum tum deſtilla in* MB.

AQVA MELANOPHYGA.
Ejusdem D. Reineſii.

R. *Rhapontici veri* ℥ij.
*Epithymi*
*radic. bugloſſ.*
*filicis an.* ℥j.
*Senæ.* ℥iij.
*aniſi*
*Zedoariæ an.* ʒiij.
*Carnis pomor. borſtorfian.*
*cydonior. an.* ℥ij.
*Præparata infund. ſucc. citr.* ℥ij.
*Vini optim.* ℔iiij.
*per biduum & deſtilla in* MB. *cum cohobio unico.*

TINCTURA DIGESTIVA
in Convulſionibus.

R. *Rut. Stæch.*
*Hyſſop ſalviæ, beton.*
*Calaminth.*
*roriſmar. ana* Mj.
*Rad. acor. pæon. ana* ʒiij.
*petroſ. fœnic.*
*bruſc. aſparag. ana* ℥ß.
*Sem. aniſi fœnic.*
*Nuc. moſch.*
*Cinamomi ana* ʒiij.
*Mellis* ℥vj.
*Fiat l. a. Digeſtio & Tincturæ Extractio, quæ datur in appropriatis.*

TINCTURA CONfortans viſum.

R. *Beton. verben.*
*euphraſ. chelidon.*
*hyſſop. puleg.*
*ſalviæ ana* ℥ß.
*Sem. fœnic. ſil. mont.*
*aniſi, coriandr. an.* ʒj.
*Sem. baſil. majoran. ana* ℈iiß.
*Zingib. acori*
*cubebar. gariophill.*
*flor: anthoſ. cort. citri ana* ℈j.
*Sach. q. ſ. Fiat infuſio pro Tinctura cum vino generoſo. Ejus uſus eſt cum ſyrupis ſaccharatis, ut euphraſ. beton. &c.*

TIN-

TINCTURA DIGERENS epatica.

R. *Rad. cichor. oxalyd.*
*gram. aſpamg. ana ℥ß.*
*Herb. endiv. ſcariol.*
*epat. agrimon.*
*polytr. adianth. an. Mj.*
*Sem. 4. fri. maj. ana. ʒij.*
*citri ʒiiß.*
*Cinamomi ſantal. citrin. an. ʒj.*
*Card. bene. pij.*
*Spicæ p. j. Flor. cordial. ana. p. ß.*
Inciſa miſceantur & infundantur cum vino gener. pro Tinctura.

*Pilulæ præparantes humorem melancholicum:*

R. *Extract. polypod.*
*fumar. an. gij.*
*chamædigos*
*chamepyth. an. gj.*
*Giatorp. gvj.*
*⊕ ♃iat. gj.*
*F. cum tinctur. ♀*
*pilulæ numero ij.*
*D. ☽â obductæ.*

Plura vide apud Johannem Dan. Mylium in Antid. Med. Chym. p. 610. & ſeqq.

*CAPUT XI.*

## DE TERRA TARTARI FOLIATA, SEU DE SALE TARTARI FOLIATO ELEMENTARI.

D. Philippus Müllerus in miracul. chymic. lib. 3. c. 3. n. 4. deſcriptionem hujus profert, ſed verbis brevisſimis: quam tamen Nobiliſſ. Dn. D. Rolfinckius lib. 5. chymi. in art. form. redact. ſect. j. c. 14. dilucidiorem depromit:

R. ⊖ *Tart. albiß.*
*Aceti fortisſimi, ad eminentiam 4. digitorum transverſorum.*

Abſtrahe acetum, inſipidũ qvod exit, deſtillando per Alembicum vel evaporando. Poſt novũ Acetum affunde, & exſtilla. Hoc ſæpiùs repete, donec ſpiritus exſtillare incipit acidus, qualis fuit affuſus, aceto novo infuſo nullus auditur ſibilus, & in fundo obſervatur materia nigricans. Tum Tart. eſt animatus, & ceſſandum ab iteratâ affuſione Aceti & deſtillatione. Niſi ceſſetur materia nigra ebulliendo ſenſim elevatur, & adſcendit inſtar arboris, flatu turgida in alembicum, nec coerceri poteſt hæc ebullitio, niſi frigida infundatur.

Ideoq; juſto tempore ſubſiſtendum. Nigra hæc in fundo relicta materia ſpiritu vini ſolvatur, deſtillatione per chartam emporeticam filtretur, levisſimo lentisſimoq; arenæ vel MB. calore, vaſis terreis vel vitreis latioribus excepta, plurimis exhalantibus liqvidis



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0091-5
DFG

exſiccetur. Exſiccata materia iterum ſolvatur ſpiritu vini, filtretur, exſiccetur lentâ manu. Idq; toties repetatur, donec materia alba appareat, & foliorum longè à ſe invicem disſitorum inſtar concreſcat. Hæc eſt ratio nominis.

Stent licèt folia hæc ſuis limitata terminis in frigido humido aëre tamen iterum ad naturam matris ſuæ revertuntur & liqveſcunt.

Sic in cellâ ſubterraneâ liqvefacta, & poſt *ſpiritu vini irrigata*, ( ſi miſta fuerit prius in mortario vitreo cum ⊖lo ♂tis & non calcinato in maſſem primo ſub nigram poſt rubeſcentem) præbent tincturam pulcherrimam *her maphoditicam* ♀ri.

Hæc foliata terra ♀ *in cellâ in* liquorem ſoluta, quibusdam D. Sennerti arcanum ♀ri eſt.

Doſis foliatæ terræ eſt gran. v. vj. vij. vel ſi liqvefacta fuerit, guttul. tantundem.

OBSERVA.

Aliqvi vocant Sal ♀ri eſſentiale. Locatellus in arcan. chymic. p. 205. Terram foliatam philoſophicam. Schrödero Pharmacop. lib. 4. tit. d. Tartar. pag. 222. nomine venit Magiſterii ♀ri purgantis. Zuölfero verò in animadv. Pharm. Auguſtan. f. 144. olei ♀ri Sennerti. 2. Elaboratio. inqvit Dn. D. Sachs Ampelograph. p. *666*. conſiſtit in crebris cohobationibus, ſed laborioſior; compendioſior via inventa eſt, ut unico labore acet. deſtill. Sal ♀ri ſaturetur in vaſe ♂eo.

DE
FERMENTATIONE
TARTARI:

Anteqvam dilabamur ad alia ex Cl. Dn. D. Bartholini centur. 2. epiſt. medic. 42. p. 532. Tartarum fermentatum producam, præſertim cum inter chymicorum opera non cuivis obvium habeatur. Proceditur autem hoc modo: *Salis Tartari* vel *potiùs* Tartari calcinati q. v. in vas fictile indatur, cui affundatur aqvæ puræ ℔j. vel ℔ij. ſuppoſita igne coctio promovenda, quod ubi perventum fuerit, gradus ignis *non nimis fortis*, *ſed mediocris* & minor qvàm antea accuratè obſervandus ſenſimq; pulvis ♀ri crudi ollæ fictili ſubtili manu diſpergendus, ſtatimq; ubi iſte pulvis reſolutus fuerit, fermentari incipit, & in bullas uvarumq; racemos exactè referentes, ſpectaculo ſatis jucundo elevari, ubi evanuerint bullæ, vel ſubſidere inceperint, alius inſpergendus eſt pulvis, quamq; diu fermentationis ſpectaculo frui velis, continuanda erit iſta inſperſio.

Ex fermentato hoc Tartaro ſpiritum tartari tandem eliciunt, multò majoris efficaciæ ac virtutis, qvàm qvi vulgari pharmacopæorum modo producitur.

*CAPUT XII.*

## CAPUT XII.

## De OBSERVATIONIBUS QUIBUSDAM CIRCA EXHIBITIONEM DIGESTIVORUM SCITU NECESSARIIS.

NUllum dejectorium medicamentum, antequam humorum craſſities attenuata digeſta, & viæ, per quas expurgari debet, apertæ ſint, exhibendum.

Quidam morbi digeſtione egent, quidam verò non: Statim purga in morbis, qui ex impuritatibus mobilib9 ſuperficiariis conſtant, quod ex dolorum ſignaturâ & inconſtantibus ſymptomatum effervеſcentiis & turgidis venis deprehenditur. Ubi verò impuritates periculoſæ & inflamatoriæ, priùs digere & coque.

*Morbi chronici* dicti, ut ſunt Epilepſia, Quartana, Colica, Nephritis, Podagra, & omnes affectus Tartarei, Hydrops & lepra per ſe non egent digeſtionibus, aut concoctionibus; ſed reſpectu ſuorum ſymptomatum. In febribus etiam malignis & Ungaricis non eſt exſpectanda digeſtio. Digeſtiva aliquando ſæpiùs repetenda ſunt.

# PARS IV.

# DE VOMITIVIS RARIORIBUS AB HERMETICIS E MINERIS INVENTIS, DEQUE ILLORUM PRÆPARATIONE MIRABILI EFFICACIA, VARIO USU, ET LEGITIMA DOSI.

ETſi in propatulo, omnibusque notum, quòd quædam Phantaſtica ingenia reperiantur, qui vomitivorum uſum planè negligendum & tanquam peſtem fugiendum ſtatuunt, ſententiam ſuam rationibus firmis, ut ſibi imaginantur, propugnantes: Attamen facere non potui quin finitô jam nunc de Maturativis & Digeſtivis ſermone, de purgantibus univerſalibus, inter quæ vomitoria primas tenent, aliquid dicam: præſertim cùm mihi non ignotum, quod non modò Hippocrates facilè medicorum Princeps, Avicena, Dioſcorides & Rhaſis; Ve-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0093-7

rùm etiam omnes Philoſophi, tàm antiqui, quàm recentiores, eorum uſum approbârint.

Et ut de vomitivorum fine exordiar, ſciendum; quòd ipſa humores vitioſos per os ejicere ſoleant, hominemq́; exinde à multis morbis præſervent & liberent, & ſi fortiora, non modò ventriculum evacuent; verùm etiam Inteſtina, Renes, meſenterium, imò Epar, Lienem, Pancreas, venasq́; majores exhauriant. *Faciunt autem hæc* pleraq́ue peculiari proprietate, ob qvam ſuâpte naturâ ſurſum, non deorſum, propenſionem, atq; inclinationem habent. Nonnulla tamen manifeſtis *cauſis ad vomitum concitandum* concurrunt, qvòd *ſcilicet* vel ventriculo quaſi innatent, unde accidit, ut ſi copiâ ſit aggravatus ventriculus, aut vi etiam medicamenti ſuperflua eò trahantur, ad excretionem per ſuperiora facilè inſurgant, vel laxent ſuperiùs orificium ventriculi.

Talia ſunt omnia pingvia & oleaginoſa, quæ retentricem laxant, & ne antè continere queat, efficiunt: undè ventriculus præcipuè ſtimulatus, qvicqvid intra ſe continet, per ſuperiora expellit, infimis partibus adhuc robuſtioribus ſeſe conſtringentibus, ſuperioribus verò facilè ſeſe laxantibus: Hæc Vomitoria à Dogmaticis Medicis in tres claſſes dividuntur, ſcilicet in *levia; mediocria; & fortiora: Priora*, quæ è vegetabilibus oriuntur, præcipuè à Galeniſtis uſurpantur; *ultima* verò plerumq; è Mineralibus arte chymicâ oriuntur, & non minùs, ut cætera, ſine ſanitatis naufragio correcta exhibentur. Porrò illa, qvæ è familiâ Mineralium, & Neotericis hodiè plerumq; uſui ſunt, varias agnoſcunt materias, inter qvas pro *principalioribus*, & tanquam Baſi habentur, Vitriolum, Antimonium, & Mercurius, qvi vulgò Argentum vivum dicitur, de qvibus jam nunc in ſpecie per ſubſeqventia capita hîc ordine agemus, ut primò eorum *præparationem*, nec non *Uſum*, *Vires* & *Doſin*, in medium proferamus pauca, qvæ circa illorum adhibitionem monenda videntur, poſtea etiam annectamus.

## *CAPUT. I.*
## DE
## GILLA THEOPHRASTI.
*Seu*
## SALE VITRIOLI VOMITIVO.

CRyſtalli è Venere, ſeu Marte præparati (ut in ſpecificis ſtomachicis, qvando de ſpiritu ♂tis & ♀ris dicemus, docebitur) reſolvan-

vantur in phlegmate acido, qvod primum egreditur è deſtillatione Vitrioli vulgaris, & ſimul per octo dies circulentur.

Longe efficacius & commodius operatur hic liqvor, qvàm Sal è capite mortuo vulgaris Vitrioli, ſeu albi Goslarienſis, qvocunqve modo extractum ſit.

## *CAPUT II.*

## De VITRIOLO ALBO VOMITIVO:

SOlve Vitriolum album, in aqva pluviali, & evapora, donec qvaſi cruſta appareat, poſtea per qvatuor dies in loco frigido ponas & concreſcent Cryſtalli, qvos eximes, & aqvam iterùm evaporabis, ut anteà: Hic labor penitus tertiò reiteretur *coagulando & diſſolvendo: Ultimò ter eodem modô procedatur* cum aqva roſarum. Cryſtalli tandem ſupra calorem levem ſiccentur, & ſpontè redigantur in pulverem album.

### USUS HORUM DUORUM VOMITIVORUM.

Exhibita Doſis utriusq; Vomitivi è veſtigio vomitum movet, qvo ventriculus tùm onere levatur, tùm robur acqviritur, nec qvicqvam infert nocumenti; hinc non inutiliter propinatur.

1. In Febribus.
2. Lumbricis.
3. Omnis generis infirmitatibus ventricul.i
4. Defluxtionibus ſalſis.
5. Synoviâ.
6. Peſte.
7. Doloribus dorſi.

### DOSIS UTRIUSQVE.

*Doſis utriusq; eſt à ſcrupul. j. ad duos, habitâ ratione complexionis & ſexûs.*

Sal poteſt miſceri cum Sacchar*o Candi, & demum cum aqvâ fœniculi* diſſolutum calidè exhiberi. Offertur etiam in jure carnium, hauſtu cereviſiæ, vel vini, aut in aqva cum melle mixta, vel in conſerva Roſarũ.

Puerulis contra Lumbricos, quatuor, qvinq; aut octo grana in cochleari vini Malvatici exhibentur.

### OBSERVATIO.

Gilla ſeu liqvor ⊕li, cujus vehiculum non minùs, ut Salis *Vitrioli*, eſt hauſtus *tepidæ cereviſiæ*, vel brodii carnis, vel *Syrupus acetoſæ*, admodum lene *vomitivum*, uſu expertum eſt, ut ferè non meliùs habeatur. Sal operatur variè, vel per vomitum, vel per Sedes, interdum etiam ſudores & ſomnum facit. Vid. Croll. p. 119.

## CAPUT III.

# DE SALE VITRIOLI, SEU VOMITORIO VITRIOLATO DN. ANGELI SALÆ.

Cùm præcedentis capitis ſubjecta quaſi materia, Sal vitrioli fuerit, cujus præparationem doctiſſimus ille Crollius, è magno iſto Chymico Theophraſto in Baſ. ſua Chym. pag. 119, annotavit, non me iniquè facturum puto, quando jam nunc in ejusmodi materiâ pergendo, præſens caput Sali Vitrioli, ſeu vomitorio Vitriolato Dn. Angeli Salæ pro loco conſtituo; Cujus operatio eſt talis:

R. *Vitrioli Ungarici cærulei & optimi, quantum vis; fac calcinetur illud in crucibulo ad ignem rotæ, donec in pulverem bruneum, ſeu obſcurè purpureum abeat. Vitriolum prædicto modo calcinatum ponatur in vaſe vitreo, ſuper fundatur aqua communis bona quantitas, ſenſim agitando, ne in fundo conglometur, donec aqua affuſa (quæ tàm calida evadit, ac ſi calci vivæ ſuperfuſa fuiſſet.) refrigeſcat, aliàs vitro adhæſio fieret, ut rumperetur. Stent itaque viginti quatuor horas, poſtea trajiciantur per chartam emporeticam, in patinam latam vitream, & fiat exhalatio ſuper ignem lentum furni minuſculi arenoſi, donec Sal in fundo reperiatur ſiccum, & coloris quodammodò incarnati, qui tamen pulveriſando in albedinem convertatur.*

### OBSERVATIONES.

Si Vitriolum calcinatum prædictum colorem non adipiſcitur, ſed rubrum duntaxat, inſtar boli Armeni permanet, dum Sal inde cupis extrahere, purum & candidum, nihil accipies quàm Vitriolum ejusdem coloris, formæ & ſaporis, ut fuit anteà,

Pariter ſi nimis calcinatum fuerit, ad nigredinem puta, vel ſpongioſitatem, adeò, ut ſpiritibus acidis ſpoliatum prorſus ſit, nec multùm ſalis inde conficies, nec quod purget multum.

### VIRTUTES, ET PROPRIETATES hujus Salis Vitrioli,

Teſtor DEUM, inquit Author in Tern. Bezoar. & certò cuivis promitto Lectori, quòd inter medicamenta vomitoria, tàm ſimplicia, quàm compoſita, & quomodocunque præparata, ſive Mineralia, ſive Vegetabilia, quæ vel ab aliis adhiberi vidi, vel ipſemet adhibuì, nullum obſervaverim magis univerſale, magis interim præ cæteris ad purgandum ſuperfluitates in ſtomacho, corruptosque humores in

in ipſius tunicis impactos benignũ, quàm hoc ipſum Sal Vitrioli. Adeò ſiquidem tutò, pergit ille, adeò facilè operationem perficit ſuam, ut meritò Manna vomitoriorum mineralis appellandum ſit. Quemadmodum enim Manna cœleſtis, inter omnia lenientia benignisſimæ indolis exiſtit, ut propterea nulli non perſonæ absque ullius periculi ſuſpicione exhiberi posſit: Ita ſe res habet cum Vitriolato noſtro vomitorio, quo ad faciendos vomitus ſumpto ordinariè, nihil, niſi à Medico præſcripta & præparata à natura vero proſcripta materia è ſtomachi regione, absq; humorum in centro *ſopitorum perturbatione, & naturæ lacesſitis viribus*(quamvis ejusmodi violenta vomitio aliquando ex uſu ſit, pro morbi & materiæ intꝰ hoſpitantis differẽtia) rejicitur.

Egregiè valet contra Epilepſiam. aliaq; cerebri ſymptomata, ex corruptis & acribus è ventriculo ſurſum actis vaporibus orta: Item contra Squinantiam, Pleuriſin, Febres peſtilentiales, Lipothymiam à repletione corruptorum humorum. & bilis circa orificium ventriculi efferveſcentiam.

Vermes enecat, Epar, Lienem & Renes deobſtruit, Urinarios meatus purgat; reſiſtit Catarrhis, in pectora & pulmonum organa prolapſis.

## DOSIS.

*Doſis Salis Vitrioli hujus eſt à ſcrupulo ſ. ad drachm. ſem. pro una vice quando, qui purgari debent, validiuſculi ſunt. Aſſumitur cum vino, cerevicia, juſculo carnis, aut qualicunq; alio contra morbum ſubjectum inſerviente liquore.*

Cæterùm quæ Joſephus Quercetanus, Regius Medicus in Tetrade pag. 153. dùm de utilitate à vomitionibus contra Epilepſiam, Apoplexiam, ac ſimilia cerebri ſymptomata procuranda loquitur, habeat, & quid in *ſua Pharmacopæa dogmatica cap. de vomitivis pag. 394.* de Sale Vitrioli ſentiat, videantur citatis locis.

Horum & aliorum Clarisſimorum Virorum authoritates & teſtimonia meritò Miſochymicos commovere deberent, ut ſecum perpenſdentes magnos & admirandos effectùs, quos hujus generis vomitiva in curandis morbis præſtant, ulteriùs in ejusmodi ſalutaria medicamenta debachari deſiſterent, erroremque & cœcitatem ſuam agnoſcendo, ipſis cum aliis doctis viris, tàm ad DEI laudem, quàm ad proximi ſalutem, uterentur.

## *CAPUT IV.*

## DE FLORIBUS MERCURII ARGENTEIS.

FLores hi ex Mercurio, tanquam baſi in movendis Vomitionibus (ut paulò pòſt docebitur) parantur: nam ſi Mercurius peritum in pyrotechniâ artificem, rationalem directorem, & prudentem exhibitorem nanciſcitur, mirabilis eſt; qui nullũ quamtumvis pertinacem morbum, cæteris vel potentisſimis intactum, aggredi recuſat. Quapropter tot ſeculis multi docti & præſtantisſimi viri omnes nervos in id intendere, quomodo virtutes, qualitates & proprietates Mercurii ediſcerent, & *hujus mortificatione, reviviſcentiâ* & artificiosâ præparatione arcana & ſalubertima medicamenta excogitarent. Et ſi damna quædam ex hujus præpoſtero uſu emergunt, non Mercurio, ſed inſulſo & indocto hæc imputanda Chymicaſtro, qui non minùs Scammonio & helleboro, quàm ☿rio peccare, & ægrotos in extrema poteſt præcipitare pericula, eſſe cenſeo. Hinc fortaſſe Platerus Mercurium præfert helleboro & Mercurialis atque Hierovius hujus uſum Empiricis, non autem Medicis ex Hermeticâ & Hippocraticâ proſapiâ oriundis prohibet. Etſi Mercurius eſſet venenum, ut multi putant, non ſitibundi, qui noctu vel in tenebris Mercurium crudum potârunt; ſuperſtites manſiſſent: Cujus rei exemplum eſſe poteſt Illuſtrisſimus Heros, Georgius, Marchio Brandenburgenſis, qui Onoldini noctu valdè ſitibundus integram Lagenam argentô vivô repletam, ſine vitæ diſcrimine epotavit. Adde, quod in Carintihâ & *Carniâ*, locisq; *vicinis, puerperis* ad facilitandum partum, nec non in Iliaca, & tineis alvi propinetur. Non poſſum quidem ire inficias, Mercurio quoq; uti & aliis Mineralibus ſuam ineſſe *malitiam, ſed hoc quoq;* mihi non *ignotum, ita comparatum in hâc* mundi Univerſitate eſſe, ut nihil ita perfectum, cui non admixtum ſit aliquid mali, & correctione opus habeat: Nam quò precioſius & carius aliquid, eò majori curâ à Naturâ munitur, ne cuivis ſtatim pateat; ita aurum Arabicum & Hungaricum, quod in terræ viſceribus reperitur, & magnô ſudore eruitur, melius aurô Rhenanô, quod in arenâ facili labore colligitur. Inſuper videtur illud ſubſtantia puriſsima, attamen ſeptenariâ correctione, ſicuti argentum, ipſi opus eſt, ut ſacra Scriptura teſtatur. Roſas Natura fragore ſvavisſimô ornavit, nihilominùs tamen habent ſuas aculeatas

tas ſpinas, ut absq; cautione carpi non poſſint. Verùm enim verò, ne extra limites divagando, Lectorem benevolum ulteriùs detineam, (animus enim meus non eſt, omnia, quæ de Mercurii Geniturâ; Nomine; Differentiâ: Qualitate, ſeu uſu Mechanico &c. longô Catalogô recenſeri poſſunt, hîc perſtringere; ſed duntaxat rationem conficiendi è Mercurio diligenti præparatione, perquàm utilia & ſingularia Medicamenta, quâ fieri poteſt brevitate demonſtrare) nunc filum abrumpens ad propoſitum revertor. Interea autem illi, qui plura de Mercurio perdiſcere cupit, commendatum volo aureum illum Tractatum, cujus titulus: *Anatomia Mercurii Spagyrica*, Dn. Matthiæ Unzeri, olim Medici Phyſici Halæ Saxonum, de qua materia elegantiorē librum videre hactenus, nec mihi, nec aliis forſan licuit. Nunc ſequitur Præparatio.

*Accipe Mercurii vivi, prius aliquoties cum Sale & aceto optimè purgati, ac per corium trajecti lib. 1. Indatur cucurbitæ vitreæ, ſuper affundantur que lib. 3. circiter Aquæ fortis optimè ab omni phlegmate rectificatæ. Vitrū pone in locum frigidum per triduū, & Mercurius conglaciabitur in cryſtallos Hoſce Cryallos exime, denuoq; repone vitrum, ut novi fiant Cryſtalli, quos etiam exime. Et hoc toties reiterado nec nulli cryſtalli ampliùs appareant. Aquam fortem à ☿rio ſepara, ſeu effunde. Cryſtallos omnes collectos in mortario vitreo tere, cum oleo Tartari, & fiet ebullitio materiâ, affunde ſemper paulatim aliquid de dicto oleo, & tere, donec liquidam planè conſiſtentiam nanciſcatur. Hunc liquorem percola diligenter per chartam Emporeticam, donec totum oleum Tartari pertranſierit. Materiam in charta collectam ſeorſim collige, inditaque vitro apto affunde aquam pluviæ ſtillatitiam ad quatuor digitorum latitudinem. Vitrum in arenam calentem pone per triborium, agitando interdum materiam, quò faciliùs diſſolvatur, aquam omnem transcola per chartam; Solutum Mercurium in charta inſtar pultis reſiduum exſicca: Exſiccato denuò adfunde aquam ſtillatitiam pluvialem, digere in calore arenæ, & transcola. Idemq; fac tertiò. Tandem ſolutam materiam exſiccatam tere in marmore ſubtiliſſimè. Tritæ adfunde in vitro amplo acetum deſtillatum, ut ad 2. ad 3. digitos ſuperſtet. Vitrum pone ad digerendum in arenam calentem per triduum, & FLORES MERCURII ex imo ſenſim emergent, atque aceto ſupernatabunt, inſtar pingvedinis cujusdam, circa fundum autem materia admodum turbida craſſaque conſpicietur. Exacto tridui illo ſpacio, vitrum exime, & refrigeſcere ſine, poſtea acetum omne, cum Mercurio diſ-*

*ſoluto tranſcola per chartam, & egredietur acetum. Flores autem Mercurii chartæ inhærebunt, exſiccata ſenſim ad calorem ignis chartâ.*

*Flores ſeu pulverem ab ea derade, & tere in pollinem. Huic pulveri denuò adfunde acetum deſtillatum, digere per biduum vel triduum, transcola rurſus, & exſicca. Hunc laborem etiam tertiò reitera, vel quartò, quousq; color pulveris placeat, qui argenteus planè eſſe, ſeu colore externô, vel formâ externâ ad amusſim reſpondere alis papilionum debet.*

*Tandem hosce flores aquâ cordiali aliquoties edulcora, & ad uſum tuum ſerva. Et hæc eſt vera illa deſcriptio Florum Argenteorum Mercurii, quam Secretam hactenus multi habuerunt. Aquæ fortis, quâ indiges ad horum Florum elaborationem, magna inter doctos eſt varietas. Ergò ne ſumptûs perdas, tum tentas veram illam apprehendere, lubet hîc tibi modum præparandi Aquam fortem Lunam, Mercurium & Venerem ſolventem adponere, qui eſt ſequens:*

R. *Vitrioli optimi lib. 2.*
*Nitri lib. 1.*
*Aluminis ℥4.*
*Vel:*
℞. *Vitrioli optimi lib. 4.*
*Nitri lib. 2.*
*Aluminis lib. ß.*

*Has dictas ſpecies inde cucurbitæ vitreæ benè lutô obductæ, ita tamen ut tertia pars vacua maneat, & in capellam pone, cineribus vel arenâ impletam.*

*Recipiens amplum appone, in quo ſint aquæ in ſingulas libras ℥ij. commisſuras claude lutô bonô (quod plerię ex duabus partibus luti vulgaris, & unâ parte calcis vivæ, cum oleo lini miſtis, conficiunt) ignem admove, & per ſex horas auge gradatim, & vide, ut gutta una alteram ſaltem ſpatio quinq; minutorum inſeqvatur, ne vitrum rumpatur: Nonnulli exiguum foramen, ut ſpiritibus crasſioribus detur exitus relinqvunt.*

*Cum Spiritus in Recipiente apparet, & rubere incipit, nonnulli linteamina madida Recipienti apponunt, ne ſpiritus vitrum rumpant, ſed à frigore cogantur. Ubi albi jam ſpiritûs apparent, non amplius tantum imminet periculum, & propterea ignis augeri poteſt, dum jam nihil exeat, & Recipiens careſcat.*

*Alii pro cucurbitâ vitrea fictilem ſumunt, & in ignem patentem ponunt, & circa collum tabulis lapideis, vel lateribus fornacem claudunt, ſolùm ſpiraculis relictis. Alii cucurbitas ferreas uſurpant. Perficitur plerunq; hic labor 24. horis, alii utuntur loco cucurbitæ Retortâ: Adduntq; nonnulli calcem vivam materiæ.*

## OBSERVATIO DE BONITATE AC ELECTIONE MERCURII AD USUM MEDICUM.

Cùm multæ varietates ac diffe-

rentiæ Mercurii, & qvælibet in ſuâ diſpoſitione habeat ſuas peculiares virtutes, idcircô magnâ cautione opus eſt in eligendo Mercurio, ne unam ſpeciem Mercurii pro alterâ ſumamus; circumſpectéqve agamus, ne pro lucro & elumento damnum & pernities reportetur, vel pro corporis ſanitate calamitoſi morbi accerſentur. Eligunt igitur periti Chymici, ac commendant Goritienſem, qvi ex Hydriæ montis 4000. pasſibus Goritio diſtantis lapide Cinnabarino excoqvitur. Aliis placet, ac probatur præ cæteris Mercurius Hiſpanicus ob puritatem. Is autem eſt tum natus in Hiſpaniâ, tum ex auriferis Indiis *invectus, qvi certè, niſi avaritia* Mercatorum *ipſum vitiaverit*, puritate exſuperat Hydricũ, qvantumvis ſæpiùs lotum.

Eſt enim ſplendore argenteô, cùm Hydricus magis ad plumbum declinet, niſi ſtudioſè purgatus fuerit; Ungaricum quidam præferunt; Qvercetanus in Tetrad. non reprobat Hasſicum, utpote ex venâ minii rubrâ excoctum. Examen autem generale bonitatis Mercurii undelibet ſumpti, tale à multis proponitur, nimirum, ſi, poſtquam totus per corium tranſiit, ſine ullo excremento, Retortæ *vel* Cucurbitæ includatur, indeq; deſtilletur item totus ſine reliqviis. Qvidam Semiunciam Mercurii in prunâ, conſumunt, ſi feces albæ vel cinereæ reſtant, negant indigere purgatione, ſin rubreæ, impurum pronunciant.

## VIRES & USUS FLORUM MERCURII ARGENTEORUM.

Si alicujus gula & ſtomachus delicatior forſan, nec quælibet ferre posſit evacuantia, ſed ſummopere illa abhorreat, aut faſtidiat; Huic nullum, meô qvidem *judiciô*, *ſvaviùs*, elegantiùs, aut præſtantiùs, quodqve non ſolùm guſtui ſit acceptum, verùm etiam, qvod minori cum moleſtiâ, periculo ac difficultate, *ἄνω καὶ κάτω* operetur, offerri *poterit medicamentũ ipſis* Floribus Mercurii Argenteis.

Nam 1. in genere ſunt illi medicamentum contra omnis generis infirmitates, ex humorum putredine cauſatas.

2. In ſpecie, Capitis gravitatem tollunt, idqve maximè, ſi ex humorum ac vaporum multitudine è ventriculo, ac membris inferioribus ſurſum urgente, contracta ſit.

3. Visûs aciem ſubtiliorem reddunt; præſertim ſi *viſus* ob vaporum copiam è *ventriculo* ſurſum aſcendentem, *obſcuratus* fuerit; aliàs enim offendit potiùs.

4. Nauſeam auferunt; Humorem enim in ventriculi ſpacio innatantem

tantem, eumq; ad nauſeam excitantem evacuant,

5. Stomachi ſubverſionem atqve abominationem, ex pinguium ac dulcium alimentorum uſu contractam, ſubmovent.

6. Appetentiæ amisſionem & corruptum ipſius ventriculi deſiderium quô nimirum acra ſolùm, aut acida, aut Pontica appetuntur, curāt.

7. Illi etiam, ad cujus ventriculum flavabilis confluens cibum corrumpit, egregiè *opitulantur*; eam enim per ſuperiora blandè expurgāt.

8. Corporis ex humorum redundantiâ ortæ laſſitudini conveniunt: evacuata enim materia, vires corporis omnes levantur & recreantur.

9. Renum ac veſicæ ulceribus ſuccurrunt: Materiam namque eô currentem ad oppoſitam abducunt partem.

10. Lepræ auxiliantur: Et maximè qvidem, ſi cum vehementi vomitivo, quale veratrum cum primis exiſtit eliciatur.

11. Corporis colorem ex vitioſo aliquo humore depravatum emendant ipſum n. à cute aliô derivant,

12. Epilepſiam ex ventriculi cum cerebro ſympathiâ obortam curant; Humorem enim, cujus evaporatione Epilepſia accidebat, è ventriculo expellunt.

13. Ictero, illi præſertim, qvi ab obſtructionibus initium ducit, medentur. Vehementiore ſiquidem vomendi conamine obſtructionum materiæ à locis vicinis, quos obſidebant, avertuntur. Ad hæc materia etiam pituitoſa, quæ ejusmodi ferè parit obſtructiones vomitû educitur.

14. Aſthmati ſubveniunt, cauſam ejus antecedentem tollendo. Qvin thoracem etiam ac pulmonem calefaciendo, ſuperfluitates abſumūt, unde Aſthma gignebatur.

15. Tremorem atque *Paralyſin* curant; harum enim pasſionum materiam auferunt.

16. Competunt etiam his, qvi habent Stomachum repletū phlegmaticis, viſcoſis & malis humoribus, & febricitantibus ex plenitudine & repletione nimiâ. Competunt qvoq; his, qvi habent nimiam gravitatem corporis, abominationem cibi, venarum extenſionem, & rigorem cum calore.

17. Valent etiam contra Tertianam, verā & notham, & contra quotidianam & alios multos affectûs.

18. Sunt in Hydrope, Podagra, Scabie, Peſte, Scrophulis, lue Vենereâ medicamentum præſentisſimum, & ut omnem rem in pauca verba conferam, in omnibus morbis deploratis cum convenienti vehiculo, datis his floribus nihil nobiliùs, nihil præſtantiùs, nihil ſalubrius.

DO

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0102-2

DOSIS.

*De his floribus ☿rii argenteis gr. 3. vel 4. vel 5. cum pauxillo Extracti Liquiriziæ (Mercurium enim quocunq; modo præparatum, nunqvam nudum dato, quippè qvi Oeſophagi maximus adverſarius) in unam pilulam redacta, vel pyro Moſchatellino condito inſerta, aut pulpæ, ſeu carni ceraſorum conditorum occulta, ſeu conſervæ Roſarum, vel violarum portioni exiguæ permixta, & hoc modo exhibita jejune tribus horis antè prandium, pro qualibet corporis evacuatione ſufficiunt, quemadmodum id non unô, ſed plurimis exemplis hactenus excognitum & exploratum fuit.*

## CAPUT V.
## DE MERCURIO DULCI.

PAnacea hæc alba à veris & ſanioribus Spagyris ita præparatur:

R. *Mercurii ſublimati ℥vj.*
*vivi &*
*purgati ℥iiij.*

*Miſce exactè, & ita ut argentum vivum non ampliùs videatur, & ſublima, ut eſt moris: Sublimatio hæc quinquies, vel ſexies reiteretur, donec dulcem ſeu inſipidum ſaporem Mercurius acquirat. Pulvis rubeus in fundo & albus in vitri collum ſublimatus ſemper rejiciatur; medium verò teneatur; quoad nihil inveniatur: Et ita eſt Mercurius dulcis præparatus.*

USUS.

*Uſus hujus* Mercurii *eſt conveniens, cum floribus Mercurii argenteis.*

DOSIS.

*Doſis à ℈ß. ad ʒß. vel ℈ij.*

## CAPUT VI.
## DE MERCURIO VITÆ CROLLIANO.

MErcurius *vitæ* paratur ex Mercurio, de quo paulò ante diximus, & Antimonio, quod *Pariſienſes* Medici quidem vocant *inventum Cacodæmonis*, æſtimantes ori ventriculi eſſe inimiciſſimum, ſed ſiniſtrè; Nam non tale eſt, ſed meritò vocatur Manus DEI, quia ut Matthiolus & alii volunt, præſertim in deploratis, pituitoſis, melancholicis, & chronicis affectibus, magnum adfert auxilium. Nam quamvis liquidò

quidò conſtet, quòd Antimonium ſit mera Saturni Marchaſita, in ſe Mercurium Arſenicalem & 🜍 auripigmentale habens, & omnis venatæ qualitatis nequaquam ſit expers: Attamen è contrario nemo ibit inficias, quòd per diligentem præparationem Spagyricam plurima poſſint ex ipſo confici remedia ſelectiſſima & utiliſſima, propter 🜍 Balſamicum, quod habet incombuſtibile, Sulphuri Solis non abſimile, & ſi aliquid damni ex ipſo emergat, hoc fiat κατὰ συμβεβηκὸς, nec Stibio, ſed præparatori indocto adſcribendum. Propterea Monarcha Chymicorum Paracelſus de Antimonio hæc verba profert: *Antimonium inter omnia Mineralia potiſſimum in ſe claudit arcanum.* Quod etiam Crollius intelligit, quando ita in Baſ. Chym. ſcribit: Si Antimonium poſſet ita præparari, ut ſine omni vomitû ſaltem per inferiora operaretur, nullũ daretur Catharticũ præſtantius, nec nobiliꝰ.

Nunc ad rem propoſitam ſermonem dirigemus.

R. Antimonii Ungarici, & Mercurii ſublimati ana lib. 1. terantur & miſceantur invicem diligenter, & in vitreâ Retorta luto obducta, *in mediocri ignis regimine deſtillentur. Tunc Liqvor inſtar Butyri, ſeu glaciei egreditur, ſi concreſcit in collo Retortæ, ut ſæpè fieri ſolet, admotâ prunâ, forcipe comprehensâ liqueſcat, ne obſtructionem pediatur deſtillatio. Hic Liquor 2. vel 3. iterum rectificetur, cui aqva calida ſi affundatur, tunc ſalia corroſiva reſolvũtur, & Flores albi petunt fundũ, qvi multoties edulcorandi.*

## DE ALIA PRÆPARATIOtione Mercurii vitæ.

R. *Mercurii ſublimati ℥viij. Antimon. pulveriſat. ℥iiij. ſimul miſce terendo in marmore, & deſtilla in arena per Retortam vitream, in fundo lutatam, cui adplicetur Recipiens aqu. comm: ſemiplenum, juncturis benè glutino munitis.*

*Detur poſtea ignis per gradus, donec gummoſus liquor inſtar Butyri ad collum Retortæ hæreat, quem adpoſito foris carbone vivo cum pyragrâ, liqueſcere paulatim facias.*

*Poſtea paulatim detur ignis ſuppreſſionis (qui fit carbonibus vivis ſuper arenam, Retortam tegentem poſitis) donec liquor totus egrediatur.*

*Tùm amoto Recipiente, & alio ſubſtituto, ignis intendatur per horam unam atque alteram, donec ☿ ex ſublimato, Sulphuri Antimonii junctus ad collum Retortæ in Cinnabarim ſublimetur, quam vaſe refrigerato collige: (Hanc Cinnabarim, ſi vis, ſemel atque iterùm per Retortam anguſtioris Colli ex arena ſublimando rectifica, inque pulverem reduc, & habebis Cinnabarim Diaphoreticam). Præcipitatum pulverem album per noctem dige-*

*re,*

*re, & Aquam Spiritûs Vitrioli ex ſublimato impregnatam ad Corallos & Perlas diſſolvendas ſepara, atque ſerva, aliam aquam præcipitato pulveri ſæpiùs adfundendo, donec omnis dolatur acrimonia. Tandem aquâ Cordiali ablue & exſicca.*

## USUS GENERALIS MERCURII VITÆ.

1. Paracelſus lib. 5. Archidox. de ☿ Vitæ ita loquitur: ☿rius vitæ corporis humani corruptiones tollit; Senectutem reſtaurat, eamque in juventuté mutat, non quòd novam Eſſentiam in homine generet, ſed quòd quintam Eſſentiam adhuc reſiduam incorruptam conſervet; unde poſtea novæ *virtutes emergunt. Impurum à Spiritu Vitæ removet,* canitiem tollit, juventutem confirmat, ita ut ſenectus non ampliùs canos poſſit prodúcere, &c.

2. Quercetanus in Pharmacop. reſtit: ☿ Vitæ, Omnium Vomitivorum & purgativorum eſt præſtantisſimum medicamentum, ultra quàm dici aut cogitari poteſt, ſtupendosque planè effectus prodit in diverſis morbis profligandis.

3. Angelus Sala in Hemetol. cap. 3. ☿ Vitæ, nullius calamitatis cauſam præbet, quantum in perſonis plus quàm centum cujuscunque ætatis, etiam infantibus ac decrepitis obſervavi, maximeque excellit contra peſtem, & ad purgandos Lue Venereâ infectos, Aquam etiam Hydropicorum, ſupra omnia alia mineralia ad Votum evacuat.

Idem in eâdem Hemetol: Novi quendam Chymicum in Helvetia, qui Mercurium Vitæ ceu Panaceam in omnis generis quantumvis contumacisſimis infirmitatibus exhibet non cum vulgari ſucceſſu, & miraculoſa dexteritate Perſonas ab omnibus Medicis derelictas ſanitati ſæpè reſtituit.

4. Jacobus Moſanus in conſilio quodam de Cura Artrid: ad Marchonem Brandenburg. ☿ Vitæ, quàm tutò exhiberi poteſt, ſi C. V. exemplum deeſſet, poſſem præter Vul*gus hominum, multorum generoſisſimum Comitum,* & Nobilium fœminarum, ac Virginum nomina recenſere, quæ ipſius uſum non ſolùm ſuo exemplo adprobant, ſed etiam in cælum laudibus extollunt, niſi putem in re tàm manifeſta opus non eſſe probatione.

5. Scheunemannus in Hydromant: cap. 36. Mercurius Vitæ purgantium Baſis & fundamentum eſt, in quem Natura quaſi in unum Gazophylacium, vim purgativam abdidit. Hic Vitæ ☿, *Sal eſt* omnium acutisſ. omnem ſuperfluitatem exturbans.

Quare omnibus morbis tartareis & obſtructionibus conducit. Ab hoc cætera medicamenta purgan-

tia ſive Mineralia, ſive Vegetabilia ſint, virtutem participiant, non aliter, quàm ex Thyrſo rami in longum & latum diſperſi, virtutem ſuam mutuantur.

IN SPECIE ☿ VITÆ CONFERT.

1. Eebribus intermittentibus. Unde Andr. Tenzelius in Exegeſi ſua Chymiatricâ ſect. 2. part. 3. ☿ Vitæ (ait) eſt verè ῥιζοτόμος in Febribus inrermittentibus, præſertim quotidiana & Tertiana, à quibus plurimos, jurare poſſum, primo ſtatim impetu à me curatos fuiſſe.

2. Hydropicis. Idem Tenzel. ibid. ☿ Vitæ in Hydrope eſt excellens *hydragogum, nec adeò usque* periculoſum. *Mirâ enim felicita*te Hydropicis aquas per ſeceſſum exturbat.

Et nos quoque teſtari poſſumus, duos Hydropicos, in quibus morbus non admodùm inveteratus fuerat, exhibitione Mercurii vitæ, divinâ adſpirante cooperanteque gratiâ, eductâ ingenti colluvie ſeroſorum humorum nos perfectæ ſanitati reſtituiſſe.

3. Difficulter parturientibus; Unde Angelus Sala in Ternar. Bezoard. cap. 23. ad difficilem partum ſingulariter comendat Mercurium Vitæ; Eo enim, dicit, expultricem inſurgere ad expellendum fœtum, & hoc ipſo medicamento, ſe plurimis in acie novaculæ conſtitutis, præſtò fuiſſe, aquè delicatis, quibus nulla ſpes ſuperſtes fuit, quàm robuſtis, quin imò ſæpè Fœtum ſemiputridum, & Secundinam poſt triduum, ſalvâ matre, expuliſſe. Vult ergò quemlibet Medicum, hac in parte Mercurium Vitæ ſibi commendatum habere debere, cùm hic inter cætera medicamenta palmam obtineat, nec ullum periculum ex eo verendum ſit.

4. Apoplexiâ, Epilepſiâ, Delirio Melancholico laborantibus.

5. Lepra, Scabie, Lue Gallicâ, Podagrâ affectis.

6. Ulcera prava & maligna, inteſtinorumque dolores habentibus, &c.

OBSERVATIO.

Operatio Mercurii vitæ, quam in humano corpore perficit, varia ſeu diverſa eſt. In quibusdam enim tantùm per ſeceſſum purgat; in aliis ſurſum & deorſum operatur: in aliis verò duntaxat Vomitiones excitat, idque pro diverſitate temperamentorum ſeu naturarum.

Senioribus cautè hoc medicamentô Vomitivô utendū eſſe cenſemus, præſertim Hydrope adfectis. Nam præter ingentem virium dejectionem ſæpenumerô Ani procidentiam quoque in illis cauſatur, arte difficulter, aut poſtea vix ſanabilem.

Si velis ejus operationem, quam exercet per ſuperiora, materiam peccantem evacuando, compeſcere, potes illum terere ſedulò Sale communi, & Salſedinem per ablutionem iterum auferre, vel cum Sale decrepitato, igni forti ſublimare. Tunc mitior evadit vel ſeceſſorius tantùm: In Sale enim vel maximè eſt, quo Spiritus Antimonii Mercuriales Vomitivi figi & mitificari poſſunt.

Ex infuſione datur tutiùs, & ſine periculo.

A purgatione æger ad duos dies propter commotionem totius corporis, dolorem capitis, vel langvorem omnium membrorum, *quem ſentire ſolet, quieſcere debet*, quæ tamen Symptomata quovis leni medicamento, ut Epitem. ex aceto Roſar. aquæ Lactuc. vel confortativo ex conſerv. Roſar. Aqv. Cinamomi, vel confectione Specierum de Margaritis curantur; his ſublatis, tàm benè ſe habet æger, ac ſi è mortuis reſuſcitatus, & recens natus fuiſſet.

DOSIS.

Datur à grano uno ad duo, rarisſimè ad tria cum cautione, & non delicatulis aut infirmis, ſed robuſtis & validis, in brodio carnis, hauſtu calidæ cereviſiæ, Panchymagogo, Conſervâ Roſarum, Violarum, Vitello Ovi, Syrupo Cydoniorum.

Quidam ex uno atq; altero cochleari hujus mixturæ ſumere ſolent Mercurium vitæ.

R. *Spec. diamarg. frig.*
*Liberant.*
*de gemmis,*
*Lætific. Rhaſis ana.* ℈j
*Syrup. de ſucc. citri,*
*cinamomi.*
*de pomis,*
*garyophyll. hort.*
*de ſucc. borrag.*
*bugloſſ. ana* ℥j.
*Olei Cinamomi.*
*citri,*
*Aqu. Cardui bened.* ℥ß.
*Fiat mixtura.*

OBSERVATIO.

*Obſerva diligenter, ut ſemper* poſt omnem purgantis Mercurii, vel Antimonii exhibitionem te in lecto contineas, & paulò poſt ſumptionem jus ſorbile ſumas, ita minori moleſtia evomes, quàm ſi ventriculum habeas vacuum. Reiteretur hauſtus juſculi aut cereviſiæ calidæ bis, ter, quaterve, ſi opus fuerit.

Cum in hoc capite de Mercurio Vitæ dictum ſit, Coronidis quaſi loco libet annectere alium modum conficiendi Mercurium Vitæ qui per inferiora tantùm purgat, & ſic lege Artis elaboratur.

R. Vulgarem illum pulverem Mercurii *vitæ* album, eô, quô ſuprà diximus, modô præparatum, & ab omni acrimoniâ elotum. Hunc in-

injice in Salem Nitri ad ignem liquefactum, optimeq; purgatum, ſineq; ita invicem ſtare in fluxu per ſesquiquadrantem circiter horæ. Poſtea effunde materiam ex cucurbitulâ in vas aliquod terreum vitreatum, eiq; affunde aquam calidam, & Sal nitri paulatim omne in illa liqueſcet. Hanc aquam nitratam totam affunde, & pulvis Mercurii vitæ candidus in imo ſubſidet, quem benè aquâ roſarum edulcoratum ad uſum ſerva. Doſis ejus gr. ij. vel iij. tùm per ſe, cum Extracto Liquiritiæ in pilul. duas parvas redacta, tum in infuſione Vini, vel aquæ Card. bened. aut alterius liquoris propinata. Purgat vehementer præſertim in iis, quibus ventriculus ingenti ſaburrâ pituitoſorum aut aliorum corruptorum humorum oppletus eſt, Vomltionem excitans.

## *CAPUT VII.*

## DE MANNA MERCURII.

DIſſolve Mercurium in aquâ forti. Poſtea aquâ marinâ præcipita: Et ex cucurbitâ per arenam deſtilla, ignem ſub finem augendo, ut Mercurius ad latera vaſis ſublimari poſſit. Vaſe refrigerato, fæcibus in imo vaſis ſubſiſtentibus, abjectis; ſublimatum ſeorſim collige: Et iterùm in eadem aqva diſſolve & deſtilla, ut ſupra. Habebis Aquilam cœleſtem nive candidiorem.

Confert in Lue Venerea,
Lepra,
Scabie,
*Febri* Quartanâ.
Delirio, &c.

Doſin ejus vide in Tyr. Chym. Beg. ſchol. 405.

## *CAPUT. IIX.*

## DE AQUILA IMPERIALI.

R. *Mercurii ſepties meteoriſati, Mercurii cinnabaris revivificati an. ℥iiij. Miſce & tere ſimul, donec nullum granum Mercurii vivi conſpiciatur. Poſt pone in matracium capax, & ſuperaffunde libras duas aquæ communis aut circiter, quam ſæpè agita, & horis duodecim elapſis decanta, ſeorſimq; ſerva, & duodecies aliam ſuperaffunde, eadem obſervando ut prius. Pulverem in fundo matracii ſicca, & ſublima ter aut quater, donec nullum granum Mercurii vivi aſcendat: Quem ſingulis ſublimationibus ſeparari oportet.*

### DOSIS.

*Doſis eſt iij. ad vj. grana. Purgat valdè fortiter, & quidem datur, non niſi robuſtis.*

*Convenitq; omnibus morbis Venereis. Vid. Tyroc. Chym. Beguin. pag. 406.*

*CA-*

## *CAPUT IX.*

# De FLORIBUS ANTIMONII VUGARIBUS.

FLores à Chymicis nominantur plerumq; tenuiores partes corporis, à craſſiore, artificio ſublimationis, ſeparatæ. Neq; ſanè ineptè. Latini enim florem pro optima rei parte accipere ſolent: Vulgarisſimi verò ſunt flores 🜍 de quibus ſub capite de Pectoralibus agemus, & ♁nii, qvi ita parantur:

Antimonium, vel Regulus Antimonii ponatur in Sublimatorium terreum, quod in arenam ponatur, uſqve ad Alembicum, & accenſô igne aſcendunt Flores; Nonnulli, ut & ego, pro uno Alembico, utuntur quinq; ollulis ſibi mutuò accommodatis.

### OBSERVATIO.

Ignem gradatim admove, & cave, ne ignis ſit nimium fortis, aut debilis: Si enim fortior ſit ignis, funditur Antimonium, nec ſublimatur: Si verò juſto debilior, non adſcendunt Flores; Si rectè ignem rexeris, habebis triplices flores Antimonii, nimirum albos, flavos & rubros; albos ſerves ad uſum.

Notandum hîc quoque, quod Chymiatri vel ſine additamento, vel cum additamento ſolent ſublimare Antimonium. Absque additamento quomodo ſublimetur, jam diximus, nunc quoque docebimus modum cum additamento.

R. *Antimonii* ℔. *iiij. pulveriſetur. Adde Salis Ammoniaci* ℔. *iij.* ⊖ ℔. *j. Miſta ponantur in terreum ſublimatorium atq; per arenam fiat ſublimatio, ut in* 🜍*re docebitur, atq; invenies in Alembico flores rubeos. Quod verò in ſummitate cucurbitæ invenitur adde illi, quod in fundo relinquitur, & cum Salis Ammoniaci* ℥*iiij. miſceatur, iterumq; ſublimetur, atq; invenies flores flavos.*

*Quidam ita ſublimationem Antimonii cum additamento inſtituunt.*

R. *Vitri Antimonii & Salis Ammoniaci partes æquales, & in vaſe ſublimatorio ſublimatio inſtituatur. Flores ſublimati aquâ dulci & ✱ eluantur & ſeparentur, atq; evadunt flores albiſſimi.*

### VIRES & USUS.

Hi flores quamvis dentur in
1. Hydrope.
2. Delirio.
3. Peſte.
4. Febribus.
5. Pleuriſi.
6. Lue Venerea.
7. Ulceribus malignis:

Attamen uſu obſervavi, eos non facilè eſſe dandos, niſi correctos, quorum correctionem alii aliter inſtituunt: Hæc mihi præ cæteris uſui eſt, quâ mitiores redduntur.

R. *Florum antimonii, quantum velis,*

*velis, & hos aliquandiu tere cum Sale communi, & aquâ dulci elue. Si ſpiritu vini & mellis circulentur per menſem; vel in loco calido, papyro tecti, ita per menſem unum atq; alterum ſtent, & quotidiè his aut ter agitentur, mitiores quoq; fiunt. Alius modus, & quidem omnium utiliſſimus à Crollio deſcriptus, paulò poſt ſequetur.*

Jubeo hîc prudentem eſſe quemlibet in adminiſtratione medicamentorum horum, in quibus exhibentis ſumma notitia in re Medica requiritur.

CORRECTIO ALIA ♁

R. *Flor.* ♁ *ritè præpar. q.ſ.*

*Procede cum iis, ut Crollius p. 1. 32. & Begin. in ſuo Tyrocinio ſcholiato pag. 392. docet.*

*Poſteà ſume loco Tincturæ aromatiſatæ, quæ citatis locis invenienda eſt, ſequentem Tincturam.*

R. *Galangæ.*
*Cinamomi,*
*Gall. moſchat.*
*Maceris.*
*Zedoariæ,*
*Garyophyllor. ana* ℥j.
*Croci* ʒj.
*Spec. aromat. roſ.*
*diamarg. frig.*
*dianthos,*
*diamoſch. d.*
*lætitiæ Galeni,*
*Gall. Moſchat.*
*Cortic. Citri,*
*arantiar. ana* ʒj.
*Ben albi,*
*rubri,*
*Ligni aloes,*
*Spicæ Indicæ,*
*Schænanti ana* ℈j.
*Ambræ,*
*Moſchi ana gr. v.*

*Fiat Tinctura cum ſpiritu vini alcholiſato, ut moris eſt, & perge ut capite XI. dictum:*

Alii ſequenti Tincturâ pro correctione Flor. Antimonii utuntur.

R. *Cinamomi*
*Galangæ*
*Zedoariæ,*
*Roſar. rubr.*
*Sem. aniſi.*
*Fœnic.*
*Coriandr. præp. ana.* ℥i
*Spec. arom. roſat. Gabr.*
*Lætit. Galen.*
*cordial. temper.*
*diam. frig.*
*Ligni aloes.*
*Ben. alb.*
*rubri,*
*Santal. albi*
*rubri,*
*citrini, ana* ℈iß.
*Ambræ,*
*Moſchi ana gr. v.*

*Fiat pulvis, vel ſpecies pro Tinctu cum ſpiritu vini.*

CAPUT XI.

## CAPUT X.
## DE
# ROSA VITÆ.

CONficitur Roſa vitæ ad modum, qvi præſtò ſequitur.

R. *Aquilæ vitæ noſtr. deſcr.* ℥j.
*Auri puriſſimi* ℥j.

*Funde, pulveriſa, & extrahe beneficio Spiritus Salis Tincturam, quam poſtea abſtrahe ad oleitatem. Hanc oleitatem inſtilla in Salis margaritarum pulveriſatarum ſemiunc. miſce in mortario marmoreo; exicca lento igne, & gradatim reverbera ad calorem usq; purpureum.*

DOSIS.

*A gr. v. ad x. manè in juſculo inſtaurante, vel alio liquore convenienti, aut conſervâ roſarum.*

Datur in ciendis vomitibus magno cum ſucceſſu, præſertim in iis morbis, qvi in ſuperiori ventre hoſpitantur, quales ſunt omnes tuſſes, pleuritides, anginæ, anorexiæ, ructus, atque infiniti alii hujus generis morbi.

Plerunque quatuor vomitus, & totidem ſeceſſus promovere ſolet.

Ego in formâ ſequenti exhibere ſoleo:

R. *Panchymag. Croll. gr. xj.*
*Etract. Rhab. gr. iij.*
*Roſæ vitæ à gr. vj. adx.*
*Ol. Cinamomi.*
*Citri,*
*anthoſ. ana. gut. ij,*

R. *Pil. Tartarear. Querc.* ℥iß.
*Extracti panchymag.* ℥iß,
*Pilular. aloephang.* ℥ij.
*Extract. galap, agarici, ana* ℥ß.
*Tartari* ⊕*lati* ℈ij.
*Ol. ſalviæ, aniſi ana gut. vj.*
*Elixir. propr. gut. iij.*
*Fiant. pil. inſtar. piſorum.*

DOSIS.

*Dantur a.* ℈j. *ad* ℥ß.

### PILULÆ ANTISCORBUTICÆ Dn. D. Balth. Timæi von Guldenklee Archiatri Elect. Brandenburg.

R. *Maſ. Pilul. melanag Quercet.* ℥iß.
*Extract. fol. ſen.* ℥ß.
*Reſin. gialap.* ℥j. *gvj.*
*Tartari* ⊕*lat. gxiij.*
⊖ *ſuccin. volat.* ℈j.
*ſem. naſturt. cochlear. ſinap. a.* ℥ß.
*M. & c.* ▽ *antiſcorbut. F. Maſſa.*
*Doſis eſt à* ℈j. *ad* ℥ß.

### PILULÆ AMSTELODAMENSIUM:

R. *Gumm. ammoniac. puriſſ.* ℥ij.
*Aloes lucid.* ℥iij. ℈j.
*Croc.* ♂*t. aperit.* ℥ij.
*Cremor. Tartari* ℥jß.
*Tartari* ⊕*lat.* ℥ß.
*C. Syrupo roſar. ſolutiv. F. Maſſa.*

### ALIÆ OPTIMÆ VIRTUTIS, quas Fabricio ab Aquapendente adſcribunt quidam, ſed malè: nomine enim vulgari pilularum arthriticarum veniunt.

℞. *Extract. aloes,*
*Diagridii,*
*Trochiſc. alband. ana ʒij.*
*Extract. Ligni aloes ℈j.*
*Miſce. fiat l. a. Maſſa.*

### DOSIS.

*Doſis eſt à ℈ß. ad ℈ß. ad ℈j, ad ʒß. vel ℈ij in forma pilularum.*

### ALIA DESCRIPTIO.

℞. *Aloes inſuccat: noſtræ. vel alteriùs deſcript. ʒvj.*
*Rhabarb. ſubtiliſſimè pulv & aqu. cinamomi ſubact. ʒij.*
*Panchymagog. Crolli.*
*Extract. hell. nigr. Secundùm Quercetan. deſcription. ana ℈ij.*
*Chalybis præparat.*
*Trochiſc. alband. ana ℈j.*
*Spec. Diambr. ʒß.*
*Ol: carui,*
*aniſi.*
*citri ana gutt. v.*

*Cum Syrup. de ſucco citri; vel de borragine fiant ſ. a. pilulæ, ex qualibet drachma xv.* S Gelinde Pillen Abendszeit an der Zahl 9. wenn man zu Bette gehet zu gebrauchen.

*Uſus cum cæteris catholicis purgantibus convenit.*

### QUATUOR FORMULÆ MEDICAMENTORUM purgantium, olim à Dn. D. Andreæ Dörero, pro Officina aulica Dresdenſi ordinatorum.

### PULVIS PURGANS. è Cremore Tartari compoſitus.

℞. *Cremoris Tartari albiſſ.*
*Fol. Sen. Al. ſ. ſt.*
*Diagridii præparat.*
*Cranii hum. maris ana ℥j.*
*Turbith. gummoſi.*
*Rad. Mechoacan. opt. an. ʒvj.*
*Irid. Flor.*
*Zingib. Albi.*
*Fæcul. Rad. Bryoniæ a. ʒß.*
*Hermodact. albi ℥ß.*
*Maſtiches Albiſſ.*
*Macis electi an. ʒß.*
*Raſur. C. C. Subtiliſſ. pulv. ʒj.*
*Miſc. exactè in mortario marmoreo ac ſignetur ut ſupra.*
*Doſis à ʒß ad ʒj.*

### CEREVISIA PURGANS.

℞. *Fol. Parietariæ.*
*Betonicæ*
*Mercurial. an. ℥ij.*
*Fragor.*
*Veronicæ.*
*Lingv. Cerv. an. ℥j.*
*Rad. Caryophyllat. opt. ʒvj.*
*Calamiarom. ʒiij.*
*Fol. Sen. Al. ſ. ſt. opt. ℔iß.*
*Follicul. eorund. ℔ß.*
*Zedoariæ ʒij.*

Zin-

*Zingib. albi ʒvj.*
*Sem. aquileg. ʒij.*
*Carvi ℥iij.*
*Hermodactyl. veror. ℥ß.*
*Mechoac. opt. ℥ii.*
*Rhabarb. ʒiij.*
*Relinquantur omnia integra, indanturq; vaſi ut vocant refrigerationis, affusâ poſtea cereviſiâ recentisſimè coctâ atq; adhuc calidâ: (ad menſuras No. xxxv.) Fiat depuratio per fermentationem ſufficientem: quô facto immittatur cereviſia in doliolū muniſiſſimum ſatis capax absq; herbis: depuretur denuò diligentiſſimè & ſervetur ad uſum.*

VINUM SOLUTIVUM.

℞. *Fol. Senæ el. ſ. ſt. ℔. iiß.*
*Foll: Sen. opt. ℔jß.*
*Epitymi Cr. ℔ß.*
*Sem. Carthami Opt.*
*Mechoac, el. ana ℥iij.*
*Cinamomi acutiſſ. ℥iiß.*
*Zedoariæ ʒvj.*
*Cort. Citri mali noviter Sicc.*
*arant. rec. reſicc. an. ℥ß.*
*Caryophyllor. ʒiß.*
*Galangæ ʒij.*
*Macis. ℈iiij.*
*Raſur. Santali albi,*
*Rubei,*
*Citrini ana ʒß.*
*Zingib. albi.*
*Sem Coriandr. an. ʒij.*
*Flor: antos.*
*Bugloſſ.*
*Roſar. rub.*
*Tunicæ.*
*Violar. purpur. martial.*
*an. Piij.*
*Fol: Veronicæ.*
*Abſinthii Pontici.*
*Carduibened.*
*Betonicæ.*
*Lingv. Cerv.*
*Meliſſ. noſtrat. an. M. j.*
*Relinquantur integra omnia, benè prius mundata. Affund. poſtea vini Rhenani Opt. Canthar os Dreſd. num. xxxIII. & relinqu. per aliquot dies, donec probè depuratum fuerit.*

VINUM DE MATRICARIA COMPOSITUM.

℞. *Fol. Matricar: recent: ſicc: ſ. ſt. M. iij*
*Meliſſ. noſtrat. ſ. ſt.*
*Summit: artemiſ. rubr. ana M. ß.*
*Bacc. Lauri. recent. decortic. ʒvj.*
*Cort arant. noviter ſicc. & mūd.*
*Zedoar. opt. ana ℥ß.*
*Galang. opt. ʒij.*
*Integris & præpar. s. a. affund. vini Rhenani boni Cantharos Dreſd. Numero viij. & ſervetur proceſſus ut cum aliis vinis medicatis.*

ANISUM LAXATIVUM D. D. LUCTH.

℞. *Sem. aniſ. à ſordibus purgat. ℥iiij.*
*Scammon. ℥ij.*

*Tur.*

*Turpet.* ℥ß.
*Maſticis* ʒij.
*Zingib.* ʒij.
*Spec. Diambr.*
*diamarg. frig. ana* ʒiß.
*Sacchari albiſſimi lib. iij.*
*Fiat lege artis confectio. Doſis* ℥ß.

DIACYDONIUM LAXATIVUM LUCIDUM.

℞. *Spiritus Vini lib. ß.*
*Rad turpeti alb.* ℥ß.
*helleb. nigr. præp. drachm. vj.*
*Agarici trochiſc. drachm. iij.*
*Mechoacan.* ʒß.
*Fol. ſen. Al. drachm. ß. j.*
*Zingib. drachm. ß.*
*Sem. fænic. drachm. i. ß.*
*Aqv. Cinamomi drachm. ß.*

*Infuſa vaſi vitreo benè obturato ſtent in loco calido in horas xxiiij. Poſtea leniter bulliant in* B. *M. fortiter exprimantur & colentur.*

*Deinde* ℞. *Succi cydon. pur. lib. iij.*
*Sacchari puri lib. iß.*

*Coque ad juſtam conſiſtentiam, & ſub finem affunde ſuperiorem colaturam, & lentô igne inſpiſſa, & pro ſingulis unciis admiſceatur, Diagridii* ℈*j. prius diſſolut, in decocto & funde in ſcatulam. Doſis à drachm. ij. ad drachm. vj.*

SYRUPUS EX MULTIPLICI INFUSIONE FLORUM CARTHAMI.

℞. *Aqu. Flor. acac.*
*Endiviæ.*
*Cichor..*
*acetos. ana lib. ß.*
*Vini Rhen. opt. lib. iß.*

*Infunde virides flores Carthami ad* ʒ*ij per 24. horas & exprime fortiter. quod bis vel ter repetatur. Poſtea ex exſpreſſo fiat cum ſaccharo Syrupus.*

GELATINA RIBIUM LAXATIVA LENIOR. EJUSDEM.

℞. *Turp. el. drachm. j*
*Mechoacan. drachm. vj.*
*Fol. ſenæ Alex. drachm. ij* ʒ.
*Zingib.*
*Cinamomi ana drachm. j.*
*Sem. Fæniculi. drachm. ij*
*angel.* ℈*ij.*

Infunde Spiritus vini ſ. q. donec contegatur materia & Spir. 2. vel 3. digit ſupernatet. Stent in infuſ. loco calido benè operto. Poſtea colet & expr. fortiter materia. Nunc Recipe Succi Ribium expr. & cum Sacchar. ſufficienti in modum gelatinæ cocti lib. iij. hiſce affunde colaturam, coque etiam lento igne in modum gelatinæ, ita ut in ſcatulis fundi poſſit. Servetur ad uſum. Doſis ſemiunc.

GELATINA FORTIOR Ribium ejusdem.

℞. *Turpet. unc. j.*
*Mechoac. drachm. 6.*
*Fol. Sen. Alex.. unc. ijß.*
*Zing. alb.*
*Cinamomi ana* ʒ*j.*
*Sem aniſi,*
*fænic.*
*angel. ana drachm. j.*

*Diagri-*

*Diagridii drachm. vſß.*

Extrahe Eſſentiam Spiritus Vini. Deinde recipe Ribium ſucci expreſ.. & cum Sacch. in modum gelatinæ coct. lib. iij Hiſce affunde Eſſentiam extractam, & coque iterum lento igne in modum gelatinæ ita, ut in ſcat. fundi posſit. Doſis drachm. vj.

PILULÆ CAPITALES, fortiores Luchrenii.

℞. *Pil. aurear. hier c. agar.*
*de fumar. ana drachm. ij.*
*Diagridii.*
*Troch. alband. ana drachm. j.*
*Ol. Succini ℈j.*
*aniſi ℈ſß.*
*Syrup. de cich. c. Rb. q ſ.*

F. pilulæ æqualis magnitudinis N. CXX. reponantur ad uſum 6. 7. 8. vel 9. ad ſummum pro doſi.

CAPITALES LENIORES ejusdem.

℞. *Aloes inſuccat. Quer. unc. ijſß.*
*Agar troch. drachm. 6.*
*Rhabarb. ol. aq. cinamomi aſperſ. drachm. ſß.*
*Extract. helleb. nigr. Querc. panchymag. Croll.*
*ana drachm. jſß.*
*Ol. Succini drachm. ſß.*
*Fæniculi ℈j.*
*Carui ℈ſß.*
*Syrup. de pom. lax. q. ſ.*

Fiant pilul. ex qualibet drachm. 15. Serventur uſui. Doſis à 6. ad 9.

PULVIS LAXATIVUS CHELAPU. ſeu antiſcorbuticus D. D. Victorini, Phyſici Brunſvicenſis.

℞. *Pul. Gielap. drachm. 5.*
*Rhabarb. drachm. ij.*
*Cremor. ♀ drachm. 6.*
*Fol. Senæ el. unc. jſß.*
*Cinamomi acerr. drachm. iij.*
*Sem fænic.*
*aniſi.*
*naſturt. ana ʒſß.*
*Zing. Galangæ ana ʒſß.*
*Caryoph. ʒj.*
Diagrid. *præpar.* ʒj.
*M. f. pul. Doſis à ʒſß. ad ʒj.*

## CAPUT IX.
## DE VINO LAXATIVO CATHOLICO.

PRudentem Medicum non modò morbi cauſas diligẽter conſiderare; verum etiam ad tollendas eas, medicamenta ſua ita concinnare oportet, ut citra nauſeam ſumenda ſint. Nam medicamenta, quæ decumbentibus nauſeam pariunt plus obeſſe, quàm prodeſſe ſatis manifeſtum eſt.

Hinc ut in promptu habeat Me-

dicus varia medicamentorum genera, præſertim purgantium, quæ præ cæteris medicamentis ob colocynthidem plerunque ſunt ingrati ſaporis, & palato minimè grata & accepta neceſſe eſt: Hæc dum mecum meditor, & ne quid in hoc libello deſit, quo vel ægrotantibus prodeſſe, vel Medicinæ Tyronum ſtudia promovere poſſim, non intermittere queo, quin & poſt enumerationem eorum medicamentorum, quibus Colocynthis ineſt, vel quæ ejus generis alia ingrati ſaporis purgantia ingrediuntur, & non omnibus arrident, alias Catharticorum formulas & compoſitiones, quæ magis gratæ & jucundæ, & quibusvis delicatulis ob gratiorem ſaporem exhibendæ præcedentibus adjungam, à vino laxativo Catholico initium facturus.

R. *Quinq; rad. aperit. ana ℥iſs.*
*Herb. cuſcut.*
*Betonica.*
*Borrag.*
*Menthæ ana Mſs.*
*Flor. borrag.*
*bugloſſ.*
*Roſar.*
*Cichor. ana p. 1.*
*Fol. Senæ ſ. ſ. ℥iſs.*
*Agaric.*
*Rad. Turpeti ana ℥iiſs.*
*Mechoacan.*
*Rhabarb.*
*Hermodact. ana ℥iſs.*
*Cort. citri ſicc.*
*Galangæ,*
*Macis,*
*Nuc. Moſcat. ana ℈ij.*
*Zingib. ℈iſs.*
*Sem. aniſi,*
*Fænic. ana ℥iij.*
*Salis Tartari gr. 7.*

Incidenda incidantur, & contundendæ contundantur, dentur in Nodulo ad uſum. *Hic Nodulus pendeat* per noctem in menſurâ unâ, vel dimidiâ vini albi Rhenani; manè ſumat purgandꝰ de eo vnio bonum hauſtum, tepidum factum; poſt horas quatuor iterum hauſtum, qui, ſi neceſſitas poſtulat, circa meridiem, *vel veſperam reiterandus, ſingulis diebus vel alternis, donec ſatis purgatus ſit æger, continuando.*

VIRES & USUS.

Hoc vinum clementer expurgat omnes humores ſive ſeroſos, ſive craſſos & melancholicos: Propterea conducit univerſis cerebri & oculorum affectibus: Item Aſthmati, tuſſi, cardialgiæ, lipothymiæ, Syncopæ, aliisque cordis affectibus: Eſtque medicina Cathartica præſtans contra omnes imbecillitates, cruditates, & flatus ventriculi: Expurgat jecur, *Lienem*, Renes, veſicam, &c. Medetur omnibus Cachexiis, Melancholiis, Hypochondriacis, & iſips Hyſtericis affectibus: Præ-
ſervat

ſervat præterea corpus à Peſte, Vermibus, Febribus, Scabie, aliisque putrefactionibus, è quibus diverſi morbi excitantur.

Præſertim verò eſt conveniens medicamentũ pro delicatioribus, nec non imbecilliori ventriculo laborantibus, qui citra vomitum alia purgantia admittere nequeunt.

DOSIS.

*Doſis eſt, ut ſupra memini, hauſtus unus atque alter.*

NODULUS ALIUS PRO Vino purganre.

R. *Folior. ſen. ſ. ſ.* ℥iß. *vel* ℥ij.
*Rhabarb. elect.* ʒiiiß.
♀ri. ⊕lati ʒj.
*Cinamomi elect.* ʒjß.
*Schænanti acutiß.* ℈j.
*Reſin. Scam.* ℈j.
*Flor, Cheir,*
*Borrag,*
*Violar. Mart. ana p.* 1.
*Garyoph. numero vj.*

*Ex inciſis & contuſis cum Syndone rub. fiat Nodulus pro vino, qui olim pro quadam Comitiſſâ ordinatus eſt.*

ALITER.

R. *Fol. Sen. ſ. ſ. unc.* jß.
*Rhabarb. elect.*
*Turpeti gummoſi ana* ʒiij.
*Tartari* ⊕*lati* ʒiß.
*Cinamomi acut.* ʒiß.
*Spic. Indic.* ℈j.
*Schænant. gr.* 15.
*Zingib. alb.* ʒj.
*Rad. Ireos. Flor. unc.* ß.
*Peoniæ drachm.* iij

Incidantur, contundantur & includantur ſyndone.

Fiat Nodulus pro vino purgante.

VINUM LAXATIVUM IN varis Dn. D. Mollenbrocii.

R. *Herb. cochlear.*
*naſturt. aquat.*
*chamadr,*
*polipod. ana Mj.*
*raphan. armorac.*
*rad. filic.*
*polypod ana* ʒij.
*Cortic. cappar.*
*Tamariſc. ana* ʒjß.
*Flor. epatic. nobil.*
*cichor. ana pj,*
*Fol. ſen. s. s.* ℥j.
*rad. hellebor. nigr.* ʒvj.
*Rhabarb.* ʒiß.
*Flaved. cortic. aurant.* ʒij.
*Cinamom. morſu el.* ʒj.
*Tartari crund. purificat.* ʒß.

Inciſa & contuſa D. ad nodulum ex ſindone alba.

S.

*Purgir* Püſchlein in eine Kanne Wein.

CLARETUM ANTI EPILEPTIcum Dn. D. Michaelis.

R. *Flor. tiliæ.*
*poeon.*
*lilior. convall.*
*betonicæ ana pj.*

*rad. poeon. juſt. tempore*
*collect.* ℥j.
*Fol. Senæ s. s.* ℥j.
*rad. hellebor. nigr.* ʒvj.
*viſc. Querc.* ℥ß.
*Flor. lunariæ ver. p.* iij.
*Raſur. ungul. alcis*
*Cranii human. ana* ʒiß.
*Cardamom.*
*Cubeb. an.* ʒj.
*Cinamom. el.* ʒiij.

*Infund. in ſ. q. vini roriſmar. ſeu Rhenan. opt. per triduum, poſtea coletur & edulcor. c. ſacchar. & iterum coletur per.* M. H. *ſ.* Sonderlich purgierend *Claret* auff etlich mahl.

VEL.

R. *Rad. Cichor.*
*Petroſel.*
*Fænic.*
*Aſpar. ana* ℈iiij.
*Herb. Cuſc.*
*Scolop.*
*Capil.* ♀.
*Beton. ana drahm.* j.
*Flor. borrag.*
*Cichor. ana p.* ij.
*Fol. ſenæ unc.* ij.
*Agarici drachm.* ijß.
*Rhab. el. drachm.* iß.
*Cort. Citri ſicc. drachm.* 1.
*Galang.*
*Macis.*
*Sem. fænic.*
*aniſi. ana drachm.* ij.
*Zingib. drachm.* ß.

*Incidantur & contund. ſ. a. ad chartam pro nodulo ad obſtructiones Lienis, Epatis, Meſenterii & Vener. Meſaraicar tollendas, & totum corpus purgandum.*

ALITER.

R. *Radic. Cichor. drachm.* iij.
*Aſparag.*
*Petroſel.*
*Cort. rad. Capp. ana drachm.* iijß.
*Tamarindor. drachm.* ij.
*Rad hell. nigri drachm.* ij.
*Herb. Cuſc.*
*Capill.* ♀.
*Scolopend.*
*Borrag. ana drachm.* ß.
*Epithymi* ℈iiij.
*Flor. Bugloß.*
*Borrag. ana* ℈ij.
*Folior. Sen. unc.* 1.
*Rad. Mechoacan. drachm.* ijß.
*Agar.*
*Rhabarb. ana drachm.* ß.
*Turbith. opt.* ℈ij.
*Mirab. Indor. drachm.* ij.
*Sem. aniſ.*
*Fænic. ana drachm.* j.
*Cinamomi elect.*
*Nuc. Moſch.*
*Cort. citri ana drachm.* ß.

*Incid. & contund. D. in chartâ* S. Species zum Purgier-Wein.

VINUM ALIUD MEDICATUM in affectu uterino & obſtructiobus renum ac uteri.

R. *Rad. Bryon.* ʒv.
*Aſpar.*

*Petroſel.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0146-8 DFG

*Petroſel.*
*Fænic.*
*Graminum ana* ℈iiij.
*Herb. Salviæ,*
*Meliſſ. ana* ℥iſs.
Cortic. *citri ſicc.*
*Arant. ana* ℥iſs.
Cinamomi *elect.* ℥iſs.
*Macis,*
*Nuc. Moſch. ana* ʒſs.
*Sem. Fænic.* ʒj.
Fol. *ſen. ſ. ſ.* ℥j.
*Agaric.* ℥iſs.
*Mechoac.* ℥ijſs.

Incidantur & contundantur ad chartam. S. Stück zum Purgier-Wein.

ALIUD VINUM MEDICAtum purgans.

R. *Radic. fænic.*
*Aſpar.*
Cappar.
*Aſari, Bryon. ana* ℥ij.
*Irid. noſtr.* ʒſs.
*Eſul. præp.* ℈iſs.
*Herb. abſynth. Ponth.* ℥iſs.
*Card. bened.* ʒſs.
*Sabin. Gratiol.*
*Summitat. cent. min.*
*Flor. geniſt. ana* ℈jſs.
*Fol. Senæ ſ. ſ.* ℥iſs.
*mechoac.* ℥ijſs.
*Agar.* ℥iſs.
*Turb. opt.* ℥iſs.
*Epith.* ℈iſs.
*Cortic. Citri ſicc.* ℥ij.
*Cinamomi, galang. macis ana* ℈j.
*Sem. aniſi. fænic. ana* ℥ij.
*petroſ.* ℈ſs.

*D. inciſa & contuſa in chartâ pro nodulo ad* ℔. *ij. vini.*

In retentis menſtruis hic nodulus locum habet.

Ad hunc modum poſſunt & alia vina medicata, quæ purgant præparari. Plura ejus generis exhibet tibi Centuria mea prim. Curat. ſingul. p. 2. 33. 42. 46. 72. 87. 104. 179. 182. 195. 206.

## CAPUT X.

## DE PULVERE LAXATIVO CATHOLICO.

CUm Natura in quibusdam ita delicata, ut liquidiora Medicamenta planè adverſetur, & nulla, niſi ſolida, & pulveris modo concinnata deglutire, aut ferre valeat; volui in ipſorum gratiam hîc unam atque alteram pulverum purgantium formam, quorum admiranda hactenus vidi experimenta, & præ cæteris præſtantisſima, publico ju-

ri donâre: prima igitur formula ſit talis.

R. 🜿ri cryſtall. vel ⊖lati ℥j.
*Radic. Turpeti,*
*Hermodact. an. ℥ß.*
*Rhabarb.*
*Agaric. Trochiſc. ana ʒiij.*
*Diagridii ʒij.*
*Fiat ex his pulvis, cui admiſceantur.*
*Spec. Diamarg. frig. ℈ij.*
*Aromat. roſat. Gabr.*
*Diarrh. Abbat. ana ʒj.*
*Inſtillenturq;*
*Oleorum Aniſ.*
*Fœnic.*
*Cinamomi ana gut. 7.*
*Et addatur Sacch. albi q. ſufficit pro grato ſapore.*

### VIRES & USUS.

Hic pulvis exturbat univerſos humores, ſive ſint ex Melancholia, Bile vel Phlegmate; Hinc egregiè valet contra Epilepſiam, aliaque cerebri Symptomata, ex corruptis & acribus è ventriculo ſurſum actis vaporibus orta: Item contra Squinantiam, Pleuriſin, Aſthma, Tuſſim, Hydropem, Melancholiam, Hypochondriacam, Febres tàm tertianas, quàm quartanas, Lipothymiam à coacervatione corruptorum & putridorum humorum, & Bilis circa orificium ventriculi, vel in ipſo ſtomacho, Vermes enecat, Epar, Lienem & Renes deobſtruit, urinarios meatus purgat, Reſiſtit Podagræ, Calculo, Hyſtericis affectibus, materiam peccantem fortiter educendo.

### DOSIS.

*Doſis à ʒß. ad ʒj. vel ʒiß. per ſe, vel in vino tepido, juſculo, Syrupo, vel, alio vehiculo convenienti.*

### PULVIS PANCHYMAGOGUS Quercetani.

R. *Cryſtallorum Tartari ℥j.*
*Fol. Senæ Alex ʒx.*
*Hermod.*
*Turpeth. ana ℥ß.*
*Rhabarb.*
*Agarici trochiſcati ana ʒiij.*
*Scammon. præp. ʒij.*
*Macis,*
*Cinamomi,*
*Galangæ an. ʒiß.*
*Sacchari violati ad pondus omnium.*
*Doſis ʒj. cum juſculo.*

## CAPUT XI.

## DE ALIO PULVERE PURGANTE CATHOLICO.

R. *Radic. turpet. ℥ß.*
*Rhabarb.*
*Hermodact. ana ʒiß.*
*Fol. ſenſ. ſ. ʒijß.*
Diagridii ʒiß.
*Gummi de Peru ʒj.*

*Medull.*

*Medull. ſem. chartam.* ℥ß.
*Spec. Diatr. frig.*
*Zingib. ana* ℨß.
*Sacchari penidii.*
*Santali albi,*
*rubri,*
*Maſtiches,*
*Aniſi, Cinamomi,*
*Ligni aloes ana* ℈ij.
*Galangæ, Macis,*
*Zedoariæ ana* ℈j.
*Ol. Aniſi.*
*fœniculi ana gut.* vj.
*Fiat pulvis ſubtiliſſimus, cujus doſit à* ℨß. *ad* ℨj.

ALIUS.

R. *Fol. ſen. ſ. ſ.*
*Cremor. Tartari. ana* ℥ß.
*Extract. ſcamm.* ℨß.
*Sem. aniſi* ℨj.
*Margarit. præp.*
*Cinamomi,*
*Cortic. citri,*
*Garyophyll.*
*Galangæ ana* ℈j.
*Fiat pulvis, cujus doſis à* ℨß. *ad* ℨj.

PULVIS ALIUS CATHOlicus Laxativus.

R. *Fol. Sen. ſ. ſ.* ℥ß.
*Rhabarb.*
*Turbith. ana* ℨjß.
*Sem. Aniſi.*
*Cinamomi,*
*Garyophyll.*
*Galang. ana* ℨß.
*Ligni aloes* ℈ij.
*Diagridii* ℈iiijß.
*Cremor.* ♀ *ſemiunc,*
*F. pulu. ſubtil. detur ad ſcatulam doſis à* ℨj. *ad* ℈iiij.

ALITER.

R. *Fol. ſenæ.*
*Cremor.* ♀ *ana ſemiunc.*
*Rhabarb.*
*Turpeti.*
*Mechoacan. ana* ℨj.
*Hermodact.* ℨß.
*Spec. Diambr.*
*Diarrh. Abb. an.* ℨß.
*Fiat pulvis. Doſis* ℨj. *vel* ℨiß.
*Ol. aniſi. gut.* 10.

DE PULVERE ALIO purgante Catholico.

Non rarò quoq; mihi hic pulvis purgans catholicus præ cæteris placuit, qui non minor tàm viribus, quàm efficaciâ, illo jam deſcripto, & ſic lege Artis ad uſum Medicum conficitur.

R. *Spec. Diacarth.*
*Diaphenicon. an.* ℨiij.
*Diaturbit. cum*
*Rhabarb.* ℨvj.
*Fecular. Diagridii,*
*vel Extracti hujus* ℈ij.
*Gummi de Peru* ℈j.
*Specier. Diambræ.*
*Diamarg. frig. an.* ℈ijß.

Fiat pulvis, cui inſpergantur aliquot. gut. Ol. Garyophyllor. Citri. Cinamomi, &c.

VIRES

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0149-8

### VIRES ET USUS.

Hic Pulvis benignè & clementer purgat omnes ferè humores, propterea non modò laudabile, quod nimirum ita purgando in univerſos humores operationes perficiat mirabiles: verùm etiam, quod pro delicatioribus, nec non imbecilliori ventriculô laborantibus, & qui citra nauſeam alia purgantia admittere nequeunt, conferat optatatum medicamentum eſt, idemque præſtat, quod de vino Catholico Laxativo jam dictum eſt.

### DOSIS.

*A ℈j. ad ʒß. vel ℈ij. vel ʒj. in convenienti vehiculo. Hujus pulveris laxativi ſi quis ſumſerit ʒijß. addideritque conſerv. Citri,*

*Borrag.*

*Cortic. Citri minutiſſimè inciſ. an. ℈iiij.*

*Sachar., fini in aqua Roſar. diſſolut. unc. ij.*

Confeceritque Morſulos, quorum pondus pro adultioribus ſemiunc. vel 6. drachm. Habebit ille gratum atque omnium ori ac gulæ accommodatum Medicamentum laxativum, & ad omnes humores educendos aptum.

Pro doſi extemporaneâ poteſt eſſe ſequens formula:

R. *Spec. Diacarth.*
*Diaphænicon. ana* ℈j.
*Diaturbit. cum.*
*Rhabarbar.* ℈ß.
*Extracti Diagridii gr. iiij.*
*Gummi Gittajemu gr. iij.*
*Spec. Diambr.*
*gr. vij.*
*Oleor aniſi.*
*Fænic.*
*Citri ana gut: i.*

*Fiat pulvis pro purgando, vel Morſulus cum unc. j. Sacchari fini in aqua roſar. diſſol. vel beneficio gummi tragebanthi & ſacch: Penidii ſemi unc. globulus vel rotula ſigillo, ſi placet, exornanda.*

### PULVIS SENÆ WIERI.

R. *Fol. Senæ mundat.*
*Tartar. alb purg. vel Cremor.*
*Tartari ana unc. j.*
*Diagridii drachm ij.*
*Cinamomi.*
*Garyophyl.*
*Galang.*
*Sem. Ani. ſ. ana drachm.* j.

*Miſce pro pulvere. Doſis drachm.* j. *cum* ℈ß. *Spec. Diambræ.*

### PULVIS SENÆ PRÆPARATÆ D. Montagnani.

R. *Senæ drachm. xij.*
*Zingiberis,*
*Macis ana drachm. iij.*
*Cinamomi,*
*Tartari vel cremoris Tartari ana* ʒiß.

*Hæc in pulverem redacta commiſcantur.*

*Doſis, drachm. j. ante cænam.*

*Purgat caput mirabiliter.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0150-9

## CAPUT XII.
## De
## MORSULIS PURGANTIBUS OMNES HUMORES.

Sæpiſſimè accidit, ut ægri per morſulos, quibus aliàs adſueti, purgari velint, his, ut ſatisfacias, potes pro ipſis ſequentes morſulos laxativos concinnare, qui non modò in omnibus ferè morbis, verùm etiam omni ætati conveniunt.

R. *Turpeti,*
*Diagridii ana* ʒiſß.
*Gummi de Peru correcti oleô*
*Cinamomi* ʒj.
*Spec. Diamarg. frig.*
*Diarrh. Abbat. ana* ʒß.
*Saccar. candid. alb.* ℥iiiß.
*Saccar. albi finiß.* ℥v.
*Fiant morſuli ponderis* ʒß. ʒj. ʒiij. *vel* ℥ß.

### VIRES ET USUS.

Dantur hi Morſuli in affectibus
1. Cerebri.
2. Pectoris.
3. Stomachi.
4. Epatis.
5. Lienis.
6. Renum.
7. Veſicæ.
8. Et matricis &c.

### DOSIS.

*Datur* ʒj. *pueris, juvenibus* ʒij. *adultioribus* ʒiij. *vel* ℥ß. *vel* ʒv.

### DE MORSULIS DIAMOSCHI Dulc. Laxativis Dn. D. Cunradi Fromanni Phyſici in imperia- Northuſâ Ordinarii:

R. *Spec. diamoſch. dulc* ℈iiij.
*Cortic. citr. condit. minutiß. conciſ.*
*Tartari cryſtalliſat. an* ʒij.
*Turpeth.* ʒiiß.
*Magiſter. de gumm. peru* ℥ß.
*Diagrid. roſat.* ʒvj.
*Caryophyllor.* ʒij.
*Sacchar.* ℥iij *ſolut. in*
*aqv. anti ſcorbut. n. deſc.* ℥iß.
*aperitiv. n. deſcript.* ℥ß.
*acet. q. s.*
*In quibus antea per triduum fuerat ſolut. & tinct.*
*ſantal. rubr. pulveriſat.* ℥ß.
F. *Morſuli cujus doſis à* ʒiß. ʒij. *ad.* ʒiij.

Hos morſulos ob ſuavitatem & operationis certitudinem incomparabiles nemini vulgandos, conſtituerat author; ſed tùm amor, quo me proſequitur ſingularis, cùm boni publici juvandi ſtudium, quo detinetur totus, commúnicationem perſuaſerunt.

### ALIA FORMA MORSULOrum purgantium.

R. *Spec. Diacarthami.*
*Diaphænicon. ana* ʒß.
*Diaturbit. cum.*
*Rhabarb* ʒj.
*Extract. Diagridii,*
*gr. xxj.*
*Gummi Gittæ gr. viij.*
*Conſerv. Flor. anthos* ℈iiß.

*Borraginis,*
*Cortic. Citri condit. ana* ʒß.
*Sacch. alb. in aqua roſar, diſſolut.* ʒiij. *Fiant morſuli ponder* ℥ß. *addantur.*
*Ol: Citri,*
*Cinamomi ana gut. iij.*
*Sumatur numerô j.*

ADHUC ALIA FORMULA.

R. *Extracti Diagridii,*
*gum. guttæ ana* ʒj.
*Magiſterii perlar.*
*Hyacinth,*
*Corallorum*
*gr. xij.*
*Sacch. albi in aqua borraginis. quæ cum aqua Cinamomi ſit diluta.* ℥iiij. *vel* ℥v. *Fiant morſuli ſ. a. addendo ſub finem*
*Ol. Citri,*
*Aniſi,*
*Fœnic.*
*Caryophyllor.*
*ana gut. iij.*
*Dentur in Scatula.*

DOSIS.

*Doſis à* ʒj. ʒiß. *ad* ʒij.

DE

Morſulis Spec. Diacarthami Baſilienſibus, ſecundæ deſcriptionis.

R. *Diagridii,*
*Turpet. gumm. & alb. ana* ℥ß.
*Medul. ſem. Cartham.* ʒij.
*Zing. Cinamomi,*
*Cort. Citri ſicc. pul.*
*Carn. Cydon. ana* ʒß.
*Fiat pulvis. adde*
*Sacch. Cand. alb.* ℥ß.
*Sacch. alb.* ℥x.
*Fiant morſuli ſ. a.*
*Doſis pulveris eſt à* ℈j. *ad* ʒj. *Morſulorum verò à* ʒj.

## *CAPUT XIII.*
## DE SYRUPO LAXATIVO CATHOLICO.

R. *Fol: Sen. unc. j. ß.*
*Rad Mechoacan: Rhabarb.*
*Turpet. ana unc. ſem.*
*Spec. Diamoſch. d.*
*Diambræ ana* ʒj.
*Agarici trochiſchaci* ʒiij.
*Fibrar. Hellebr. nigr. correct.* ℥ß.
*Sem. Aniſi.*
*Fœniculi,*
*Cinamomi ana* ʒj.
*Craſſo modo hæc pulveriſato, & affundito in Vaſe idoneo Spir. Vini* ℥xx.
*Aqu: Apoplect.* ℥iß.
*Cinamom.* ℥ß.
*Digere omnia per quatuor dies, poſtea leniter in B. M. refrigere ſcentia exprime fortiter, & adde*
*Rhabarb. elect.* ʒiß.
*Pulver. roſmarin.*
*Flor. Cordial. ana p. 1.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0152-0

*Trochiſc. aliptæmoſchat.* ℨß.
*Croci contuſi gr. vij,*
*Flor. cartham.* ℈j.
*Diagridii* ℨij.

*Digere iterùm per quatriduũ poſtea fortiter exprime, expreſſum cola per colatorium laneum, ut ſubſtantia craſſa in colatorio permaneat; Hinc abſtrahatur humiditas ſupervacua ad mellis craſſitiem, & addatur Sacchari, quantum ſufficit. pro Syrupo.*

VIRES ET USUS.

Hic Syrupus optimè convenit delicatioribus, qui ob ſuavitatem cujuslibet gulæ propinari poteſt, contra ferè omnes morbùs: nam ſive adſit Cephalalgia, Apoplexia, Epilepſia, ſive adſit Tuſſis, proſtratus Appetitus, Nauſea, Dolor ventriculi, Lienis & Epatis affectus, Colica, uterinæ paſſiones, Calculus, Febris, tertiana vel quartana, nullum tibi hoc ipſo erit nobilius Catharticum. *Doſis à* ℥ß. *ad.* ℥j *vel* ℥iß.

## CAPUT XIV.

## De PASSULIS LAXATIVIS.

Hîc ſilentiô non prætereundæ paſſulæ laxativæ, quippe quæ non modò, ut de Syrupo Catholico jam dictum eſt, pro pueris, infantibus, aliisque qui infirmioris naturæ, fortioraq; medicamenta, vel ingrati ſaporis non facilè tolerare poſſunt, ob delicatam gulam, optimè conveniant: Verùm etiam non iniq; merentur laudem univerſalis Catholici Laxativi, ut paulò pòſt cùm deſcripſerimus earum confectionem, & uſum cum viribus indicaverimus, luculentiùs videre licebit: Harum autem præparatio eſt talis:

R. *Fol. Sen. mundat.* ℥iiiß.
*Rhabarbar.* ℥ß.
*Zingiber* ℨij.
*Galangæ,*
*Cinamomi,*
*Garyophyllor ana* ℈ij.

*Inciſa & contuſa infundantur in ſufficienti quantitate, aq. roſar. per horas quatuor vel ſex: Poſtea parum ebulliat & colat: impone paſſul. lotar. & Sacchar. fini albi ana* ℥vij.

*Ebulliant iterum, adde in fine cremorem Tartari* ℥ß. *& Spiritus Vitrioli parum.*

VIRES ET USUS.

Hæ paſſullæ puerorum & infantum, & eorum, qui à nauſeabundis remediis adeò abhorrent, ut quidvis pati malint, quàm de iis minimam guttulam deguſtare, corporibus expurgandis accommodatæ ſunt: nam ita leniter purgant ferè omnes humores, ut quivis ejus operationem facilè ferat: Interea ſatis ab omnibus humoribus ventriculus per ipſas evacuatur.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0153-6

DOSIS.

*Doſis, cochlear parvum ſeu ſem. unc. plùs minuve pro ratione ætatis.*

## CAPUT XV.
## DE SPIRITU PURGANTE.

Hujus compoſitio eſt talis:

R. *Spec. Diacarth. recenter diſpenſat.*
*Diaturbit. cum Rabarbaro ana unc.* jſs.
*Diaphœnic. an.* ℥j.
*Aromat. Roſat. Gabriel.*
*Diarrh. Abbatis.*
*Diagridii, ana* ʒj.
*Spirit. Vini q. ſ.*

*Digere hæc aliquandiu ſingulis diebus aliquoties movendo, poſtea per chartam bibulam filtra, & ſi opus, ad puriorem ſubſtantiam nova circulationis operâ fiat Spiritus catharticus.*

VIRES ET USUS.

Fiat hic Spiritus purgans ad diverſas capitis, aurium & oculorum diſtemperantias, Stomachũ quoq; optimè purgat, affectiones Epatis emendat, Splenis duritiem & denſitatem emollit & extenuat. Renibus & Veſicæ prodeſt, & matricis affectus præternat. emendat.

DOSIS.

*Doſis à* ʒij. *ad* ʒiij. *vel* ℥ſs.

DUO CLARETA PURGANTIA.

R. *Turpeti electi* ℥j.
*Mechoacan.* ℥ſs.
*Polypod. qv.* ʒvj.
*Peucedani,*
*Pimpinellæ ana* ʒij.
*Fol. ſen.* ℥iſs.
*Salviæ minor.*
*Majoran. ana.* ʒij.
*Roriſmarini* ʒj.
*Vini Rhenani lib. vj.*

*Stent in Vaſe benè cooperto & ſerventur in infuſione locô calidô, per 24. horas: Deinde colentur cum expreſſione forti. Colaturæ adde*
*Zingiberis* ℥j.
*Cardamom.* ʒvj.
*Cinamomi* ʒv.
*Sem. fœnic.* ʒijſs.
*Sacchari albiſs.* ℥x.

*Trajiciantur per chartam vel manicam Hippocratis, & fiat Claretum. Valet in pituitoſis corporis affectibus, & naturis frigidioribus. Doſis unc. iij. vel unc. iiij. vel unc. v. Uſa hôc eſt Illuſtrisſima quedã & magni nominis Perſona. Aliud, quo uſus eſt Vir quidam Nobilis, & Magnificus.*

R. *Turbeth. alb.*
*Radic. mechoacan. ana* ʒvj.
*Fol. ſenæ* ℥j. *Rad. Angel. Glyc.*
*Calami aromat. ana* ʒij.
*Fol. marrub. puleg roriſm. ana* ʒij.
*Vini Rhenan. lib. vj.*

*Aqu.*

*Aqu. Cichor ℥iij.*
*Sem. aniſi ʒij.*
*Stent in infuſione per 24. horas in loco calido. Expreſſis adde Zingib. Cardam. ana unc. j. Cinam, ſem. unc. garyophyll. ʒj rad. Ireos Flor. ſem. unc. Sacchari unc. xvj. Fiat Claretum. Valet in Cachexia & Hydrope*

DE ALIO SPIRITU PURGANTE.

℞. *Trochiſcor. albandal.*
*Diagrydii ana ſem. unc.*
*Spec. Diambr,*
*Diamoſch. d.*
*Trochiſcor. aliptæ.*
*moſchatæ ana ʒj.*
*Spiritus Vini q. ſ.*
*Digere aliquot diebus, poſtea decapulatam & filtratam Eſſentiam ad uſum probè ſerva.*

VIRES ET USUS.

Hic Spiritus Purgans per ſolam alvum in utroque ſexu, & in quavis ætate absque omni periculo, omnes humores viſcoſos, bilem utramqe pituitam, Ichoras atque flatus purgat ſi tertio quoque die manè ex hoc frigidè propinas à ſem. unc. usq; ad unc. j. vel ad ſummum ſeſcunciam donec ſatis venter ſolvatur & avertatur morbus.

ALIUS SPIRITUS CATHARticus Rulandi.

℞. *Spec Diacartham rec. diſpenſ.* ℥iij.
*Spiritus Vini Malvat. q. S. F. ſ. art. Spagyr. Spiritus Catharticus Filtrationis & Circulationis operâ, Aquæ purgantes & ſimplices ex Baccis Sambuci, aliisq; ut fiant, Vide Quercetanum l. 1. Pharmacop. reſtit. dogmat. c. 7. de Aqu. pag. 75.*

*Talem compoſitam & habet* Dn. *D. Blochvvitius in anatom.* Sambuc. *ſect. 3. c. 24. p. 188. & 189. & eſt ſequens.*

℞. *Aq. Sambuc. Quercetan. purg.* ℥ij
*Syr. de Succ. Bacc.* Sambuc.
*De flor. turion. ana* ℥ſs *miſc.*

SYRUPUS E BACCIS ITA FIT.

℞. *Succi ex recentibus & maturis baccis expreſſi & depurati* ℔iſs.
*Sacchar. Clarificat.* ℔j.
*Coq. parùm igne lento in Vaſe duplici ſeu* MB. *ad conſiſtentiam Syrupi liquidi.*

*Syrupus verò Turionum fit ita.*

℞. *Succi ex primis illis emergentis Sambuci Aſparagis ac turionibus expreſſi, & per ſubſidentiam à fæcibus depurati* ℔. ij.
*Sacch. alb.* ℔ i. ſs. *vel q. s.*
*Coquantur igne Balnei lento ad conſiſtentiam Syrupi, qui Cinamomi morſu electi unciâ dimidiâ, & Caryophyll. aromat.* ʒij. *aromatiſatus in Vaſe Vitreato reſervetur.*

His annectuntur Elixir & Tincturæ purgantes.

ELIXIR CITRI PURGANS Excell. Dn. D. Michaëlis.

℞. *Rad. Gialap.* ℔iſs.
*ſem. cartham.* ℔j.
*Gumm. de Peru.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0155-8

*ſcammon. roſat à ℥ß.*

*Extrahe cum Elixir citri, adde aliquid ▽ cinamom. & ſyrup. è ſucc. citri. doſ ʒij ʒiij.*

*Eſſentiam quis quocunque modo parare poteſt inſignior tamen eſt Dn. Oſwaldi Archiatri Elect. Bavar.*

*Reſcinde flavas citri cortices ſubtiliſſimè, relictam pulpam pone ſuper fornacem ſex vel octo dies, deindè exprime, ſuccum deſtilla per cucurbitam, exibit ſpiritus, ſpiritum vini æmulans, ſuperfunde corticibus, extrahet tincturam flaveſcentem, palato & oculis jucundiſſimam.*

*Corticibus, ne intereà temporis pereant, inſperge parum ▽ citri vel roſarum.*

DE PHALAJA RHUMELII.

Phalaja Rumelii eſt infuſ. rad. Gialap. cum ſpir. vini, ſi dein affundatur ſpirit. citri vel roſar. fit purgans jucundiſſimum. Præcipitari etiam poteſt, & inde fieri pilulæ.

TINCTURA CATHOLICA.

R. *Fol. ſen. el. unc. j. ß. turpeth. el. ʒvj.*
*Diagrid. Rhabarb.*
*Spec. Diagal. an. ʒij.*

*F. Cum Spiritu Vini, extractio Tincturæ, quæ mixta convenientibus omnes evacuat humores.*

TINCTURA CHOLAGOGA.

R. *Rhab. El. ʒvj.*
*Mechoac. el.*
*Turpeth.*
*Diagrid. an ʒij.*
*Cinamomi opt.*
*Liquirit. raſæ,*
*macis.*
*Sem. Citr. an. ʒj.*

F. *Tinctura cum Spiritu Vini.*

TINCTURA PHLEGMAGOGA.

R. *Turpeth. el. ʒvj.*
*Senæ el. unc. ß.*
*Diagryd. ʒij.*
*Cinamomi,*
*Caryophyll.*
*Zingib.*
*Galang. an. ʒj.*

*F. l. a. cum Spiritu Vini tinctura.*

TINCTURA MELANOGOGA.

R. *Fol. Sen. ʒvj.*
*Cryſtall. ♀r. unc. j.*
*Diagrid. ʒij.*
*Cinamomi.*
*Caryophyl.*
*Galang.*
*Aniſ. an. ʒj.*
*M. Cum. S. V.*
*F. tinctura.*

TINCTURA HYDRAGOGA.

R. *Sem. Ebul. ʒvj.*
*Chartam unc. ß.*
*Diagryd. ʒij.*
*Cinamomi,*
*Macis,*
*Zingib.*
*Anis. an. drachm. j.*
*F. Cum. S. V. Tinctura.*

TINCTURA IN DELICATIS.

R. *Prun. Damacenor. unc. j.*

*Vio.*

*Violarum. drachm. j. ſß.*
*Tamarindor.*
*Caſſiæ an. unc. ſß.*
*Mann. unc. j.*
*Fl. Cordial. an. p. ſß.*
*Sacch. Cand.*
*Penid. an. unc. ſß.*

*Fiat cum Vino tinctura approprianda & aromatiſianda ſuis convenientibus vehiculis ac homogoneis.*

TINCTURA AD FLATUS HYpochondriacos.

R. *Cort. arant. ſicc. drachm. iij.*
*Sp. Diaſen. laxativ. Braſavolæ* ℥iſß.
*Sem. anis.*
*Carvi,*
*Fœni. an. drachm. j.*
*Macis drachm. ſß.*
*Sacchar. unc. ſß.*
*Spiritus Vini unc. iij.*

*Miſce Fiat Tinctura.*

TINCTURA PURGANS ALIA.

R. *Flor Cordial. an. p. j.*
*Herb. Scariol.*
*Endiv. an. M. j.*
*Liquirit. raſ. dram. j.*
*Tamarind. unc. ſß.*
*Myrobal. Citr. drachm. j.*
*Sem. Citr.*
*Anis. an. drachm. j.*
*Rhab. el.* ℈ijſß.
*Fol. ſen.* ℥iiſß *Cinamomi. el.* ℥iſß,

*F. Cum Vino tinctura, quæ dabitur cum Syr. Roſ. & aq. cinamomi, ſi placet adde ad doſin Spiritus* ⊖l. *gutt. vj.*

TINCTURA ANTIPODAGRIca purgans.

R. *Herb. Beton.*
*Ivæ Artetic.*
*Capill.* ♀ *an. M. j.*
*Stæchad. Arab.*
*Salviæ an. p. j.*
*Myrrobalan. citrin. drachm. vj.*
*Polypod. q.*
*Liquirit. an. unc. j.*
*Agar. albiſſ. unc. ſß.*
*Cort. Helleb. nig. drachm. iſß.*
*Sem. Citr.*
*Caryophyllor.*
*Galang.*
*Sem. Anis. an. drachm. j.*
*Epithym. Cret.*
*Fol. ſen. el. an. unc. j.*
*Rhab. drachm. j.*
*Spicæ drachm. ſß.*
*Sacch. unc. ij.*

*Miſce & infunde cum Vino generoſo ſtillatitio, ac Tartariſato, fac in digeſtione f. Tinctura, quæ dabitur cum ſuis Vehiculis.*

TINCTURA ANTIPODAGRICA ALIA.

R. *Beton.*
*Meliſſ.*
*Scolopendr.*
*Capil.* ♀.
*Ivæ Arthet. ana M. ſß*
*Fl. Borrag.*
*Violar. ana p. ſß.*
*Galang.* ℥j.
*Cort. myrobal. Citrinor.* ℥iſß.

*Rhab.* ℈iiij. *Agar. albiſſ.* ʒj.
*Fol. Sen. el. unc. ſem.*
*Cryſt.* ♀*r. albis. unc. ſem.*
*Mann. unc. ſem.*
*Sacch. unc. iij.*
*F. omnium miſtura, deinde infuſio cum Vino Abſinthiaco q. S. Tincturam cola, filtra, ut artis eſt.*

TINCTURA IN PODAGRICIS.

*R. Turpeth. El.*
*Pulv. Senæ.*
*Diagryd.*
*Hermodact. ana.* ʒj.
*C. C. uſt. Spodii ana* ʒß.
*Cinamomi drachm.* j.
*Sacch. drachm. iij.*
*M. Infundantur pro tinctura cum Vino.*

TINCTURA HYSTERICA.

R. *Sem. leviſt. el. unc.* j.
*Agar. trochiſc. cum ſale gem unc. ſem.*
*Galang.*
*Zedoar.*
*Myrrh.*
*Sabin. ana unc.* j.
*Spiritus Vini q. s.*
*Fiat Tinctura.*

TINCTURA NEPHRITICA.

R. *Rad. Saxifrag. unc. j.*
*Lapid. Judaici unc. ſem.*
*Sem. Apii,*
*Ameos an. drachm. ij.*
*Aſparag.*
*Scord. ana M.* ß.
*Hederæ, geniſtæ,*
*Bacc. laur. an.* ʒij.
*Liquirit. Raſæ unc. j.*
F. *cum Vino extractio.*

*Plura Vide in antidot. Medico. Chym. Joann. Dan. Myly. pag. 610. & ſeqq.*

*His ceu non inutiles juxta & jucundas adjungo Aquas Solutivas ſequentes Gabrielis Ferraræ, Chirurgi Mediolanenſis, in Sylva Chirurgiæ ſuæ. l. 3. pag. 315. 316.*

AQUA SOLUTIVA.

R. *Rad. Cort. & fl. Ebuli an. unc. iij.*
*Rad. polypod. q. rec.* ℔ß.
*Rad. Cucumeris Aſin.* ʒiij.
*Ruſci unc.* iß.
*Sacch. unc.* 3.

Omnia invicem miſceantur, & per Balneum Mariæ deſtillentur.

AQUA DESTILLATA Solutiva, quæ ſine dolore & torminibus movet.

R. *Scammon. unc. 1.*
*Hermodact. unc. 2.*
*Sem. geniſt.*
*Cataputiæ minor.*
*Ebuli ana. ſemiunc.*
*Succi Ebuli.*
*Cucum. Aſin.*
*Helleb. Nigr.*
*Flor. Sambuci rec. ana unc.* iß.
*Rad. polypod. q. unc. vj.*
*Fol. Sen. el. unc. iij.*
*Sacch. rubr. unc. 8.*

*Aq.*

*Aqu. communis ſemel tantùm deſtillat.* ℔vj.

Omnia invicem contundantur, & per horas 24. in hac aqua infundantur, tandemque in Cucurbita vitrea per Balneum Mariæ deſtillentur, videbis exſtillare Aquam limpidisſimam, cuivis homini, modò bonæ ſit complexionis, uſurpandam.

Doſis ejus ſunt unciæ duæ, quæ ſumptæ octies vel decies movent: debilibus autem ejus non ultra unciam exhibetur, quemadmodū pueris uncia dimidia, infantulis autem una, aut duæ drachmæ, pro ut medico videbitur.

*Et hæc aqua ad nullum alium finem eſt inventa, niſi quia multi inveniuntur ætate grandiores, & minores, qui à medicamentis abhorrent, & potiùs velint mori, quàm quicquid purgantium uſurpare, in quorum gratiam, hæc & alia hujusmodi inveniuntur.*

Præter hoc autem, quod hæc aqua nullum habet ſaporem, ob quem nauſeabunda eſſe posſit, nullum etiam excitat dolorem vel tormina in ventre, ſed operationem habet admirabilem in iis, qui humoribus Catharroſis ſunt repleti.

Adimit quinetiam oppilationes & ob id hydropicos maximoperè juvat.

*Tandem & morbum Gallicum, & multos alios affectus curat, quos* brevitatis cauſa hîc non recenſebo.

# PARS VI.
# DE CATHARTICIS PARTICULARIBUS.

## *CAPUT I.*
## DE EXTRACTO CHOLAGOGO.

HActenus enarravi Purgantia univerſalia, vel quæ univerſos humores corporis humani perturbant: nunc accedo ad ea, quæ unumquemque humorem ſpeciatim aggrediuntur & educunt, & primò de Extracto Cholagogo dicam, quod ſic fit.

R. *Rhabarbar. Elect. unc. ij.*
*Diagridii* ℥iij.
*Gummi de Peru corr.* ℥iſs.
*Pulp. Colocynth.* ℥iij.

R *Aloes*

*Aloes Succotrin.* ℥j.
*Spec. Diarrh. Abbat.*
*Diatrion. ſantal.*
*Santali citrini ana* ℥j.
*Spic. Indicæ* ℈iiſs.
*Croci integri gr. vij..*
*Fiat ſ. a. Extractum.*

VIRES ET USUS.

Hoc Extractum Cholagogum clemens ſolutivum, & omni ætate utile; hinc Ori, Ventriculo & viſceribus gratum; Febribus & affectionibus bilioſis aptum: Arthritidi calidæ, Vertigini, Oculorum dolori, Ictero, & aliis ſeroſis, calidis & bilioſis affectibus ſalubre.

DOSIS.

*Datur à* ℈j. *ad* ℈iſs. *in forma pilulari. vel reconditur in pulpa pomi & æger ſuperbibat hauſtum brodii, vel gallinæ, vel carnis.*

## *CAPUT II.*
## DE EXTRACTO PHLEGMAGOGO.

HOc Extractum fit ſequenti modo:
R. *Agar. Trochiſcat.* ℥ij.
*Rad. Turpeti*
*Hermodact.*
*Fol. Sen. ſ. ſ..*
*Medull. ſem. Carthami enucleat. ana* ℥iſs.
*Rad. Eſulæ præparat.* ʒiſs.
*Trochiſcor. albandal.*
*Spec. aromat: roſat.*
*Diambræ,*
*Diamoſch. d. ana* ʒj.
*Macis.*
*Cinamomi ana* ʒſs.
Fiat Extractum, ut moris eſt.

VIRES ET USUS.

Morbis omnibus pituitoſis, & ex cauſa frigida ortis, mirificè confert, morbo præſertim articulari; humores enim pituitoſos & ſeroſos in articulis decumbentes mirum in modum educit.

DOSIS.

*A. gr. XXIIII. ad* ʒſs.

## *CAPUT III.*
## DE EXTRACTO MELANAGOGO.

R. *Fol. Sen ſ. ſ. unc. j .*
*Cortic. rad. Hellebor. nigr. præparat. ſemiunc.*
*Turpeti.*
*Myrobalanor. omnium ana* ʒiiſs.
*Diagridii,*

*Tro-*

*Trochiſcor. alhandal. ana ʒſs.*
*Flor. Cordial. ana p. 1.*
*Specier. Diamargarit. frig. ʒiſs.*
*Fiat Extract. cum ſpir. vini rectificato.*

VIRES ET USUS.

Purgat humorem Melancholicum, hinc ſangvinem defæcans eſt, & ſeroſa excrementa evacuans, omnibus cutis & cuticulæ vitiis, qualia ſunt pſora, id eſt, ſcabies, morphea, cancer, Elephantia, impetigo, item Melancholiæ maniæ, vertigini, & oblivioni confert.

## CAPUT IV.
## DE PULVERE CHOLAGOGO.

PRo tribus prioribus iſtis Extractis poſſunt in iisdem affectibus ſequentes pulveres præparari, & primo de pulvere cholagogo.

R. *Rhabarb. unc. 2.*
*Diagridii ʒiiſs.*
*Spec. Diatrion. ſant.*
*Diarrh. Abbat.*
*Spic. Indicæ ana ʒſs.*
*Maſtiches,*
*Cinamomi ana ℈j.*
*Croci gr. v.*
*Fiat pulvis, cui inſpergantur.*
*Oleor. Citri,*
*Aniſi, Fœnic. ana gut. 7.*
*Sacchari albi ad pondus omnium.*

VIRES ET USUS.

Pulvis hic clementer purgat, omnique ætati utile medicamentum, ori ventriculo & viſceribus gratum; febribus & bilioſis affectibus aptū; roburque addit Lienoſis & jecineroſis.

DOSIS.

*Datur à ʒj. ad ʒiſs. vel. ʒij.*

PULVIS CHOLAGOGUS
Quercetani.

R. *Rhabarbari elect. unc. ij.*
*Flor. Violarum ʒij.*
*Roſ. pallidarum,*
*Hyperici ana ʒj.*
*Spec. Diatrion ſantal.*
*Maſtichis,*
*Cinamomi ana ℈ſs.*
*Scamoniæ præp. ℈ij.*
*Sacchari violati ſemiunc.*
*Miſce fiat pulvis. Doſis ʒj.*
*Sumatur ex juſculo.*

## CAPUT V.
## DE PULVERE PHLEGMAGOGO.

PRo extracto Phlegmagogo poteſt in gratiam eorum, qui pilulas deglutire non valent, hic pulvis ſubſtitui.

 *R. Agar*

℞. *Agar. Trochiſc. unc. ij.*
*Rad. Turpet.*
*Hermodact.*
*Medull. ſem. cartham.*
*an. unc. iſs.*
*Fol. ſenæ ſ. ſ. unc. 1.*
*Spec. Dialacc.*
*Diacurcum. una ℥j.*
*Fiat pulvis, cui inſperſis*
*Oleor. Aniſi,*
*Citri,*
*Elixir proprietat.*
*Spirit. ⊕li ana gut. 6.*
*Addatur Sacchar. ad pondus ſpecierum omnium.*

VIRES ET USUS.

Vacuat hic pulvis pituitam craſſam ac crudam: ob id confert affectibus inde exortis, Arthritidi nimirum, Podagræ, Gonagræ, dolori ſpinæ, & aliorum juncturarum; Ventriculi, Colicæ, cæterisq; qui è phlegmate oriuntur, affectibus opitulatur.

DOSIS.

*A ℥j. ad ℥iſs. per ſe vel in Vino.*

PULVIS PHLEGMAGOGUS Quercetani.

℞. *Spec. Diacarthami ℥ij.*
*Agarici trochiſcat. ℥ſs.*
*Turbeth.*
*Hermod. ana ℥j.*
*Miſce. Doſis ℈ij. in juſculo.*

## *CAPUT VI.*

## DE PULVERE MELANAGOGO.

II, qui ex Melancholico affectu malè ſe habent, pro Extracto Melanagogo, in eodem caſu poſſunt hoc pulvere uti.

℞. *Fol. ſen. ſ. ſ. unc. iſs. (ſtipites enim excitant flatus.)*
*Turpet. Elect.*
*Myrob. omnium ana ℥iij.*
*Rad. Hellebor. nigr. præparat.*
*Cryſtall. Tartari ana ℥ij.*
*Sem. aniſi.*
*Fænic.*
*Spec. lætif. Galen. ana ℥ſs.*
*Fiat pulvis ex his omnibꝰ, cui inſtilles.*
*Oleor. Citri,*
*Cinamomi,*
*Roſmarini,*
*Garyophyll. ana gut. 5.*
*Addendo Sachari Anthoſati, quantum ſufficit.*

VIRES ET USUS.

Hic pulvis educit Melancholicos humores, ob id confert Maniæ, vertigini, oblivioni, & cutis vitiis, qualia ſunt Pſora, id eſt, Scabies, Morphæa, Cancer; Elephantia, Impetigo, &c.

DOSIS.

*Datur ana ℥j. ad ℥iſs. vel ℥ij. per ſe, vel in vino, vel in carnis brodio.*

Hic cùm ſæpiſſimè mentionem fecerim,

fecerim, de radicum hellebori nigri ſtyriaci præparatione, lubet eam hic adjicere, quæ fit modo ſequenti.

R. *Cortices Hellebori nigri abjectis truncis, eosq; infunde in vino Rhenano, per unum atq; alterum diem, poſtea exime illas, & ipſas alii novo vino infunde; Hoc ſi factum, per dies duos exſiccandæ in loco calido, atque uſui reſervandæ ſunt.*

*Alii Hellebori nigri correctionem cum phlegmate ⊕li meliorem judicant.*

## NOTA.

Semel jam pro ſemper, ut ajunt, monendum eſt, quod in affectu melancholico quovis, ubi ſingula ferè præ ſiccitate ſqualent, fluida medicamenta maximè conveniant: ſi verò æger purgandus nihilominùs formam ſiccam expetat, poteſt quidem ejusmodi concedi, poſt horam tamen exhibeatur potiuncula, ut ita pulvis, pilulę vel quidvis aliud eò melius diluantur.

Felicior operatio expectari poteſt, ſi melãcholico veſperi detur eſſentia ♂ liquida &c. ita enim in obſtructis viſceribus non facilè ſequentis diei purgatio termina movebit.

## PULVIS MELANAGOgus Quercetani.

*R. Senæ ℥j.*
*Aniſi,*
*Fœniculi dulcis ana ʒj.*
*Cinamomi ℈ij.*
*Cryſtallorum Tartari ʒvj.*
*Sacchari ℥iß.*
*Doſis ʒiß.*

## Alius Domini Henrici Julii Bökelii M. Doctoris.

*R. Cremor. ♀ri ℥ß.*
*Oculor. cancrorum præp.*
*C. C. uſti præp. ana ʒß.*
*Gummi gutt. ʒiij.*
*Corall. rubr. ʒß.*
*Ol. citri.*
*Cinamomi,*
*Anthos. ana gut. iij.*
*Miſce F. pulvis.*
*Doſis à ℈j. ad ʒß.*

## *CAPUT VII.*
## De PULVERE HYDRAGOGO.

*Seroſis ſuccis evacuandis confert pulvis Dn. D. Job. Michaëlis uſualis in hydrope.*

R. *Cryſtall. ♀ri ʒj.*
*Epat. rubr. ℈iß.*
*Magiſt. gumm. de Peru gr. xxiiij.*
*⊖ geniſtæ gr. xviij.*
*°°° aniſ. gvj.*
*M. pro tribus doſibus.*

VEL.

R. *Pulver. ſoldanell, ʒij.*
*Fol. ſen. ʒiß.*

*Turpeth.*
*Rhabarbar. ana ℈ß.*
*Sacchar. ʒj.*
*Lumbricor. terreſtr. præp. ℥ß.*
*M. F. Pulvis.*

*Vel ſi placet hydragogum ſub formâ Electuarii.*

R. *Conſerv. cochlear. ℥ij.*
*Magiſt. antim. chalyb. ℥j.*
*perlar.*
*oculor. cancr. à ʒß.*
*Spirit. ⊖lis ℈j.*
F. *Electuar. quant. nuc. moſchat. ſumendum manè & antè cænam.*

## *CAPUT VIII.*
## DE RESINA, ET MAGISTERIO SCAMMONII.

SCammonium fit ex herbæ Scammonii ſucco, quæ noſtratibus convolvulis non abſimilis, hodiè præter alia Exotica, hortis noſtris adſuevit: Hic ſuccus non niſi correctus in uſum Medicum venire debet, ne inteſtina, quibus aliàs inimicus, abradat. *Uſitatisſima autem* correctio eſt hæc: Scamonium tritum in malo Cydonio, paſtâ obvoluto, coquitur. E pomo refrigerato Scammonium eximitur, uſuique ſervatur, & Diagridium nominatur.

Recentiores alii hoc modò præparant: Scammonio in mortario tenuisſimè trito affundunt Spiritus Vitrioli, aut olei Sulphuris, per Campanam facti; item olei deſtillati aniſi, vel fæniculi aliquid; exempli gratiâ ad unc. 1. Scammonii, Spiritus Vitrioli, vel olei Sulphuris ſcrup. ß. olei verò aniſi gut. xxvj. addunt, diligenterque omnia agitant, ut fiat maſſa, inſtar picis viſcidæ.

R. Ejusmodi Scammonii præparati q. ſ. ſuperfunde Spiritum Vini ad ſupereminentiam usque quatuor digitorum, & digerendo in Balneo ſolve. Calida adhuc trajiciantur per chartam bibulam ad feces intercipiendas. Quod tranſiit, infundatur in aquam frigidam ſimplicem, *vel roſatam*, & tota Scammonii Eſſentia ſoluta ab omnibus ſordibus, & viſcoſitate quodammodo perpurgata, picis inſtar coagulabitur. Exime, inque formam malaxando redige, quam velis. Super porphyrium in pulverem poſtea verti poteſt albisſimum. Hæc Reſina Scammoneæ, ſive Scammonium more Spagyrorum depuratum, baſis ferè omnium purgantium eſt. Multus enim uſus ejus eſt in Medicina, præſertim cùm nulla ferè medicamentorum forma ſit, quam non induat.

Quando enim cum ſucco cydoniorum, ſaccharo, & Spiritu vini vaſe optimè clauſo, maceratur, Spiritu

ritu poſteà decolato, purgatorium jucundum concinnabis, cujus doſis ad cochlear unum vel duo ſatis potens. In Spiritu ſolutum miſce Electuario Citriorum, vel Cydoniorum, circa finem decoctionis, ad lentum calorem decoquendo, Spiritum, & Electuarium Citri, vel Cydoniorum purgans præſtò habebis.

## CAPUT IX.

## DE SCAMMONIO ROSATO.

℞. *Spir. Vitrioli cum Spiritu Vini prius rectificati unc. iij. Roſar. rub. exſicc. unc. iß. Infundatur, donec Spiritus rubicundus evadat; quem per chartam filtra, atque in eo diſſolve Scammonium crudum inſtar pultis, iterumque exſicca, & hunc laborem, vice ſecundâ & tertiâ repete. Tandem adde pauxillum Spir. Roſar. & (piſtillo prius Ol. amygdal. dulc. illinitô) tere fortiter, ut fiat maſſa; ex qua deinde cum Ol. Stil. Roſarum & Cinamomi formentur Trochiſci fragantiſſimi & ſuaviſſimi odoris, qui per plurimos annos inviolati ſervari poſſunt.*

VIRES USUS ET DOSIS.

Diverſos humores, imprimis autẽ flavam bilem citra moleſtiam evacuat, & è vaſis & ſangvine exhaurit; Hinc in multis morbis evacuatione egentibus magno cum fructu exhibetur. Leniter enim & ſine moleſtia alvum ſubducit. Doſis à granis xv. vel xvj. ad xx. usque in vehiculis appropriatis.

Secreta Scammonii Calcinatio, ab excellentiſs. Doctore, Dn. Nathane Voigt/ Medico Serveſti ordinario, communicata.

*Lateribus tribus in quadratura junctis imponatur charta, cui Scammonium pulveriſatum ſit inſperſum, ſuperſtratis ejusdem magnitudinis lateribus totidem. Chartæ ſubſternantur ſulphuratæ quibus accenſis leni flamâ fit calcinatio Scammonii, & correctio, quemadmodum & Opii, diciturq; diagridium* ♃*ratum.*

*Quercetan. veram Scammon. præparat. fieri cum ſucco Limonum; ait, cum quo procedit, ut capite 7. dictum. Vid. Pharmacopeam Reſtit. c. 15.*

*Alii cum ſucco citri.*

*Crollius imbibit Diagrydium puriſſimum ſucco clarificato Roſar. pallidarum (vel ſylveſtr.) fortè Damaſcen. ſeu Provinc. addit ſpir.* ⊕*li guttam unam vel alteram; atque excic-*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0165-3

*cat calore ſolis vel retro fornacem idque repetit multoties (20. vel 30.)*

*Doſis à gr. vj. ad xij.*

*Brendelius diſſolvit Scammonium in ▽ deſtillatâ actu frigidâ fumariæ vel alterius. Sic ſubſidet picrea quadã ſubſtantia, à quâ decantat liquorem ſupernatantem: idque repetit, novam ſcilicet aquam affundendo, quoties ▽ albicantem colorem contraxerit. Coagulat deindè decantatas ▽s leni calore ad ſiccitatem.*

*Doſis ad gr. xij. &c.*

*Vid Brendel. in chim. in art. form. redact. ſect. 2. c. 4. pag. 73. & ſeqq.*

EXTRACTUM DIAGRIdii Aromatiſatum Franckofurtenſium.

R. *Cinamom.*
*Zingiber.*
*Caryophyllor.*
*Macis*
*Nuciſtæ*
*Cardamomi*
*Calam. aromat.*
*Aniſi*
*Corticum Arantiar. an.* ʒiſs.
*F. Extractum cum S. V.* ℔iſs.

2. R. *Diagryd.* ℥iij. *extrahe itidem Spiritus Vini s. a.*

Utrumque Extractum conjunctim digere, Spiritum Vini abſtrahe ad conſiſtentiam extracti.

*Doſis gr. xv. ad* ℈j.

ELIXIR SCAMMONII CROLLIanum, ſeu Pilulæ Scammonii:

Ex Scam̃onio *crebris imbibitionibus* ſucci Roſar. (ut ſupra) imprægnato, extrahe Tincturam ſ. a. digerendo cum Spiritus Vini opt. (in quo ſem. aniſi fænicul. cinam. & ſpicanardi macerata) decanta & abſtrahe Spiritus Vini conſiſtentiam duriuſculam, vel quod melius præcipita cum ▽ roſar. & lava..

R. *Hujus Extract.* ℥j.
*Succ. cydonior. depurat.* ℥iiij.
*Roſar. rubr. depurat.* ℥j.

*M. & coagula ad conſiſtentiam pilularum.*

*Doſis à gr. x. ad. xx.*

## CAPUT X.
## DE TARTARO SCAMMONIATO.

R. *Tincturam Scammonii jam deſcriptam,* ℥ſs. *eamque conjunge cum* ♀⊕ *lat. unc. ij. Conjuncta in B. loca, menſtruumq; ad ſiccitatem evoca.*

VIRES.

Purgat per inferiora, & tollit omnes obſtructiones, ſi miſceatur cum gr. v. Panchymagogi Crolli.

A. ſcrup. j. ad drachm. ſs. datur. Cum ♀ro ⊕lato & Reſina ſcammonii fit egregiũ chatharticũ hunc in modum.

R. ♀ri

R. ♀ri ⊕lati drachm. ſs.
Reſin. Scammon. gr. vj. viij. vel Scrup. ſs.
Olei aniſi, fœnic. an. gut. 2.
Miſce & da ſecurè.

VEL.

R. ♀ri ⊕lati ſcrup. iſs.
Cryſtall. Tartari ſcrup. ſs.
Reſin. Scammon. gr. viij.
Miſce. S. Purgier-Pülverlein auff einmal/ Morgens frühe vor dem Morgen-Brodte zu genieſſen.

ALITER.

R. Cryſtall. Tartari drachm. ſs.
Tartari ⊕lati ſcrup. j.
Reſin: Scammon. gr. iiij. vel vj.
Ol: aniſi,
Cinamomi an. gut. ij.
Fiat pulvis.

VEL,

Rec. Reſin. Scammon. gr. x. vel xv.
Tartari ⊕lati ℥ſs.
Salis Tartari: gr. ij.
Ol. Citri gut. ij.
Fiat Pulv. S. Purgier-Pülverlein.

VEL.

R. Scamm. Spagyr. more depurg. gr. xij.
Gummi de Peru gr. iiij.
Spec. Diambr. ℈ſs.
Tartari ⊕lati ℈j.
Ol. Cinamomi gut. ij.
Fiat Pulvis.

ALITER.

R. Reſin. Scammon. gr. vij,
Specier. Eleſcoph.
Diacarth.
Diatartari an. ℈j.
Aſpergantur Spir. Samb. Fiat pulv. Sign. Purgier-Pulver auff einmal. in Arthritide.

VEL.

R. Reſin. Scammon. gr. x.
Magiſter, Galapiæ gr. xij.
Cryſtall. Tartari ℈j.
Ol. fœnic.
Aniſi an. gutt. ij.
Fiat pulvis. Detur unâ vice.

VEL.

Rec. Reſin. Scamm. gr. xj.
Cremor. Tartari ℈j.
Tartari ⊕lati ℈ſs.
Ol. aniſi,
Citri an. gut. j.
Fiat pulvis.

Hujus Reſin. Scam. ſi aliquid cum farina, & aqua Roſar. miſcueris, hoſtiam purgantem conficere potes.

Aliàs è Diagridio, pro more officinarum, correcto, tales purgandi formulæ concinnantur, exempli gratiâ,

Rec. Diagrydii gr. xviij.
Syrup. violar. ℥iſs.
Aqu. Endiviæ ℥iiſs.
Fiat potiuncula purgatoria.

VEL.

Rec. Manna granat. ℥ſs.
Syrup. Violar. ℥iſs.
Diagrydii gr. xviij.
Ol. Citri gut. j.

*Fiat Mixtura Cathartica.*

VEL.

Rec. *Diagrydii gr. x. vel xv.*
*Pulver. turpeti ſcrup.* ß.
*Medullæ ſeminis Carthami gr. vij.*
*Spec. Diambræ ſcrup. ſem.*
*Ol. aniſi, Fœniculi ana gut.* ij.
*Fiat pulvis.*

VEL.

Rec. *Reſin. Scammon. ſeu Scammonii more Spagyricorum depurgati gr. x. vel xv.*
*Conſerv. Roſar. rub.* ℥ij. ß.
*Oleor. Citri,*
*Gariophyllor. an. gut.* j.
*Fiat Mixtura Cathartica.*

VIRES, ET USUS RESINÆ SCAMMONEÆ.

Inter purgantia fortiora primas tenet Scammonium: Quod calidum & ſiccum eſt in tertio gradu, & promptè & citò è diſtantioribus locis, præcipuè Bilem, poſteà pituitoſos ſeroſosq; humores trahit.

DOSIS.

*Datur à gut. v. ad x. in prædictis aquis, brodio carnis, morſulis, rotulis, vel Syrupis, vel Conſervis, &c.*

## USUS EXTERNUS.

1. Vertici & Naribus illitum Catarrhos ſuſpendit, Memoriam & caput confortando.
2. Sic quoq; rubedini Naſi, Puſtuliſq; faciei confert.
3. Oculorum affectus, cujuscunq; generis ſint, curat.
4. Dentium dolores, cùm dolenti denti cum goſſipio inditur, ſedat.
5. Eodem modô quoque Auditus reparatur.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0227-8

6. Ventriculi concoctionem promovet.
7. Colicæ Flatibus, Ructibusq; confert.
8. Dolores dorſi, Renumq; obſtructiones curat.
9. Tumores, Apoſtemata, Contuſiones ſanat.
10. Iis, qui Apoplexiâ, Paralyſi, affectibusq; Arthriticis laborant, optimè convenit.
11. Pectore quando illinitur, Sputum promovet, Tusſim lenit, Aſthma aufert & Phthiſi opitulatur.

Externè vel ſolùm partibus affectis illinitur, vel aliis ungventis admixtū adhibetur.

His meritò & jure optimo accenſetur, Viri Clarisſimi & Experientisſimi, Dn. Doctoris Hermanni Conerdigni, Medici & Practici olim celeberrimi in Saxonia, Aqua Cynosbati cum Vino Malvatico, quod ita paratur.

R. Fruct. *Cynosbat. cum nucleis q. v Contunde & affunde vini malvat. q. ſ. macerentur per triduum, aliquoties in dies agitando; poſt deſtillentur per Balneum, & fiet Aqua omnium præſtantisſima*

S. Hagenbuten-Waſſer.

*Valet ad Calculum, alternis diebus veſperi cubitum ituro Cochleari uno vel ij. pota cum aqua diuretica.*

ALIUD DIURETICUM.

R. *Magiſter. oculor. cancr. g. vij.*
*Salis abſinth.*
*Fraxin. an. gr.* iij.
*Succin. volatil. gr. iiij.*
*M. F. pulvis* S. Treib Pülverlein.

VEL:

R. *Sem. Dauc. Cretic.* ℈ij.
*Cinamom.*
*Spicæ an.* ℈j.
M. *F. Pulvis.*

VEL:

R. *Spirit. Ebul.* ℥ß.
*Tartari* ʒj.
Aqu. *Petroſelin.*
*aſparag.*
*Fænicul. ana* ℥j.
*Magiſter. 69.* ℈j.
M. F. *hauſtus.*

ALITER:

R. *Salis cichor. gr. vij.*
*geniſt.*
*Corticum ovor. an. gr.* ix.
*Miſce.*

VEL:

R. *aqu. alkekeng.*
*Ononid. ana* ℥iß.
Spirit. *terebinth.* ℈ß.
*Salis.*
*Ol. ana gutt. ij.*
*Miſce.*

CAPUT

## CAPUT III.

## DE
## SPIRITU DESTILLATO DIURETICO.

Hic paratur modo qui præſto ſequitur.

R. Rad. *Vincetox.*
*Valerian.*
*Pimpinell. an. unc. j.*
*Liquiriz.*
*Beton.*
*Capill.* ♀*ris ana* M. j.
*Sem. bardan.*
*Fœnic.*
*Milii Solis,*
*Aniſi,*
*Cuſcutæ,*
*Baccar. junip ana* ℥ij.
*Fruct. alkekeng. numero x.*
*Flor. geniſtæ p. ij.*
*Vini albi. q. ſ.*
*Deſtillentur ſecundùm artem.*

### VIRES ET USUS.

Eſt Efficax Diureticum, quod morbidam illam materiam excernit, per veſicæ & Renum meatûs urinam movendo.

### DOSIS.

*Datur à cochleari j. ad duo vel plura, prout morbus requirit.*

### OBSERVATIO.

Diuretica non niſi evacuato corpore uſurpanda, quia cruditates ſecum ferunt ad venas, undè obſtructiones, & putredines fiunt.

Quando in univerſo corpore, vel circa Epar multi humores pravi hærent, prius per alvum eſt inſtituẽda purgatio, poſtea per διουρητικά. Sic quoque in initio morbi vix Diuretica conveniunt. Nam cùm in initio morbi materia ſit plerunq; copioſior, quæ utiliter per urinam evacuari non poteſt: commodum eſt differre hæc Medicamenta, donec materia nonnihil minuta ſit.

### TINCTURA DIURETICA ET APERITIVA:

R. *Tartari acidi pulveriſ.*
*Tartari* ⊕*lat. an.* ℥iſs.
*adde*
*Spirit.* ♀. *correct.*
*Vini rectificat. ad* ℥ij ℥iij.
⊕*li.*
⊖*lis ana* ℥j.

Infunde hæc omnia mixtim in vitro benè munito, ſtent in digeſtione per tres Septimanas, decanta & filtra.

Doſis gutt. xx. in ▽ cochlear. Centaur. min. raphan.

PARS

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0229-2
DFG

# PARS VIII.

# De DIAPHORETICIS PRÆCIPUIS è METALLIS MINERALIBUS ET VEGETABILIBUS CONFECTIS.

AD hanc Medicamentorum claſſem nimirùm univerſalium evacuantium, quæ hactenꝰ expoſuimꝰ, meritò pertinent ὑδρωτικὰ, à nonnullis etiam διαφορητικὰ dicta, ſudores provocantia. Nam ſi natura per vias priores, nimirùm per alvum, vel urinam materiam morbificam expellere commodè non poteſt, habet illa adhuc aliam viam, per quam eam evacuet, nimirum poros cutis, per quos non rarò concitatis ſudoribus noxios humores expurgare poteſt. Sudor etenim totum corpus evacuare valet. Nam etiamſi primò è corporis ambitu & habitû evacuat: humores tamen etiam à reliqua corporis parte, & primò quidem è venis & majoribus arteriis, deindè & aliis partibus omnibus evacuare poteſt, è quibus nimirum humores commodè ad venas, & hinc ad ambitum corporis propelli poſſunt. Nam ex cavitatibus ventriculi, inteſtinorum, uteri. & ſimilibus commodè ad habitum corporis non detruduntur; & ſunt aliæ viæ, per quas ex iis longè faciliùs evacuantur. Idem autem humor, qui, ut ſuprà diximus, per urinas evacuatur, per ſudores expellitur, humor nimirum aquoſus. Hunc enim non totum renes attrahunt, ſed pars quædam ejus, ut cum ipſo ſangvine miſceatur, & poſteà ille faciliùs in univerſum corpus diſtribui queat, relinquitur in venis, qui poſtea, cùm perfecerit officium ſuũ, vel inſenſibiliter evaporat, vel per ſudores è corpore exturbatur.

Deindè poteſt per ſudorem evacuari humor quilibet bilioſus tenuis, ſicut & alii, ſi attenuentur. Sicut videmus, quòd natura in Febribus è putridis humoribus quibuscunq; utiliter ſudores moveat, & morbi reliquias per eos diſcutiat. Undè etiam in inveteratis & frigidis affectibus, ut deſtillationibus diuturnis, Paralyſi, Iſchiade, & aliis articulorum doloribus, ſudores utiliter arte provocantur. Variorum autem

autem ſunt hæc ὑδρωτικὰ generum, quorum quædam è mineralibus, vel Metallis, quædam è vegetabilibus, vel animalibus parantur, ex quibus tantùm jam nunc ſelectiora, notisſima, elegantiora, nobiliora & ſæpiùs probata in medium producemus.

Sit igitur primum, cui primus locus meritô ob virtutis excellentiam attribuitur Mercurius Diaphoreticus Solaris, quod quidam etiam Aurum Diaphoreticum appellare ſolent.

## *CAPUT I.*

## De MERCURIO DIAPHORETICO SOLARI, *VEL* AURO DIAPHORETICO.

Cape unc. 1. Liquoris illius gummoſi, extillantis in præparatione Mercurii vitæ; *Rectifica eum ſepties; cui adde auri purisſimi ℥ij.* in Aqua Regis diſſoluti, & fiet maxima ebullitio. Pone vitrum ſuper cineres calidos ad horas 4. Tandem per Alembicum ex arenâ menſtruũ ternâ deſtillatione evoca. Ultimô pulverem cum aqua cordiali ablue, & exſicca. Habebis ita Diaphoreticum præſtantisſimum. Vid. Anatom. ☿rii Unzeri p. 252.

### De ALIO MERCURIO VITÆ DIAPHORETICO.

Recipe Mercurii ſublimati & Antimon. Reguli ana lib. 1. indita Retortæ vitreæ, in arenâ, igne mediocri pellantur, ut exeat Oleum butyraceum. Hujus oleoſi liquoris ſume unc. iiij. rectificetur ſemel *vel bis, rectificatumq; indatur vitro amplo & capaci* inſtillando ei guttatim Spiritûs Nitri optimè rectificati unc. ij. vel unc. iij. & fiet ebullitio. Deſtilla poſtea hunc liquorem ex Retortâ ad ſiccitatem usque. Terram exime, probeque tere, cui iterum exſtillatus liquor ſuperfundendus eſt cum unc. 1. vel circiter novi Spiritus Nitri additione. Deſtilla iterum. Poſtea pulveri trito, tertiô reaffunde hunc liquorem, denuò recentis *Spiritus* Nitri nonnihil addendo, *eundemq;* per deſtillationem ad *ſiccitatem* abſtrahendo. Maſſam in *fundo* cucurbitæ reſtantem *tere ſubtiliter* & ſicca. Ab hoc *pulvere* Mercuriali S.

V. aliquoties cohobando deſtilla, tandem eum ſiccatum ad uſum ſerva.

### VIRES ET USUS.

Utriusq; hujus ☿rii Diaphoretici pulvis eſt theſaurus ſummus, præſertim verò Solaris, in multis magnis morbis, operans efficacisſimè per ſudorem, & aliquando etiam per urinam, nec debilitat ægrotantes, ſed ratione additi Auri, mirè confortat. Datur igitur

1. In Peſte.
2. Podagra.
3. Lue Venerea.
4. Hydrope.
5. Febribus.
6. Lepra.
7. Morphæa, Herpete, Scabie.
8. Morſu canis rabidi.
9. Ulceribus malignis.
10. Obſtructionibus & doloribus Lienis.
11. Calculo, &c.

### DOSIS.

*A gr. 3. ad 4. vel 5. vel 6. cum liquore vel alio vehiculo, ut Aquâ Sambuci, Veronicæ, Carduibenedicti convenienti. Vide Anatom. Merc. Unzeri p. 253.*

### OBSERVATIO DE AQUA REGIS.

Aqua Regis inde nomen accepit, quòd Aurum tanquam Regem Metallorum ſolvit; *paratur verò* ſi inter deſtillandam Aquam fortem Sal Ammoniacus, vel etiam communis adjiciatur: vel ſi in Aqua forti purâ Sal Ammoniacus diſſolvatur, atq; iterum deſtilletur. Exempli gratia.

R. *Aqu. Fort. comm. lib. 1.*
*Salis Ammoniac. &*
*Nitri ana ℥iiij.*

*Pellantur per Retortam primò lento, poſtea forti igne, & exibit aqua Regalis.*

In his vide Andream Tentzelium in Exegeſ. Chym. pag. 385.

## CAPUT II.
## DE FLORIBUS ANTIMONII FIXIS ET DIAPHORETICIS.

*Recip.*

*Calcem Antimonii & Salis Nitri ana lib. ß. Mixta invicem, ollæq; indita, ad ignem carbonum calcinentur per horam 1. vel amplius. Poſteà effractâ ollâ, exime materiam, illamq; in pulverem contere.*

*Pulveri huic, tantundem dicti Salis*

*lis Nitri adde, iterùm per horam calcina, & tere. Et hic labor tertiâ quoq; vice, ſemper novum ſalem addendo, repetatur. Tandem contritâ materia, Sal ille per effuſionem aquæ calidæ à pulvere albo Antimonii, qui in fundo ſubſedebit, ſeparetur. Pulvis probè edulcoretur & reſervetur.*

VIRES ET USUS.

Hi Flores Antimonii Fixi Diaphoretici ſatis validè eliciunt ſudorem, ut ſæpiùs expertus ſum. Ergò exiſtunt ſingulare, tàm Præſervativum, quàm Curativum omnium contagioſorum ac Peſtilentium affectuum, ut ſunt: Peſtis, Febres, Lues venerea, Scabies, Pleuriſis, Morbilli, Papulæ, &c.

DOSIS.

*Dantur gr. v. vel vj. vel viij. vel x. prout neceſſitas exigit, cum vino generoſo, vel aquâ Bezoardica, vel* Cardui *Benedicti, vel Angelicæ.*

Qui volunt hiſce floribus Antimonii fixis addere & alia hujus generis Medicamenta, ſequentes formulas obſervare poſſunt; Ut:

R. *Flor.* ♁ *fixor. &*
*Diaph.* ʒj.
*Nitri præp.* ℈iiij.
*Dividatur in vj. æquales partes:*

VEL:

R. *Flor.* ♁ *fixor. &*
*Diaph.*
*Salis Abſinthii ana* ℈ij.
*Dividatur in tres æquales partes.*

VEL.

R. *Flor.* ♁ *fixor. &*
*Diaph. gr.* 24.
*Lapidis prunellæ gr.* 6.
*Salis centaurii minor. gr.* 3.
*Dividatur in duas æquales partes.*

R. *Flor.* ♁ *fixor. &*
*Diaph. gr.* 12.
*Spec. elect. de gem.* ℈j.
*Nitri præp. gr.* 3.
*S.* Hertz- und Schwitz-Pulver.

VEL:

R. *Flor.* ♁ *fixor. &*
*Diaph.* ℈ß.
*Salis Abſinth. gr.* 10. *vel* 15.
*da ſecurè.*

VEL:

R. *Flor.* ♁ *fixor. & Diaph.*
*C. C. ſine igne præp. ana* ℈ß.
*Lapidis Bezoard.*
*Salis* A*bſynthii ana gr.* 7.
F*iat pulvis pro Doſi.*

VEL:

R. *Flor.* ♁ *fixor. &* Diaphor. ℈j.
*Lapid. Bezoard. gr.* 6.
*Lapid. prunell. gr.* 4.
*C. C. Philoſoph. præp. gr.* 4.
F*iat pulvis, dividatur in* 3. *æquales partes.*

VEL:

R. *Flor.* Antimon. *fixor. & Diaph.*
*C. C. ſine ign. præp.*
*Salis* C*ard. benedict. ana* ℈ß.
*Lapidis Bezoard. gr.* 6.
M*iſce.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0233-0

VEL:

R. *Flor. Antimonii fixor. & Diaphor. ana gr. 6.*
*Smaragd.* Hyacynth. *præparat. ana gr. 4.*
*Subigantur in mortario lapideo cum gut. 3.* Spir. *⊕li.*
*add.* Pulveris *Epilept. ℈ſs.*
*Ambræ gr. 1.*
*Lapid. Bezoard. gr. 3.*
*Prunellæ gr. 6.*
*Miſce. Sign.* Hertz-und Schweiß-Pulv.

R. *Flor. Antimon. fixor. & Diaph. gr. 24.*
*Salis* Cichor.
Centaur. *min. ana ℈ij.*
*Lapidis prunellæ gr. 6.*
*Trochiſc. de viper. ℈ſs.*
*Dividatur in 3. æquales partes.*

## *CAPUT III.*

## DE TURPETO MINERALI DIAPHORETICO.

Recip.

M*Ercur. 3. vel 4 ſublim. Pone eum in aquam communem, in quâ laminæ ♂ jacent. Poſtea parum coque & revificabitur ☿. Hujus optimè depurat.* R. *℥ſs. &* Olei *⊕li ℥iſs.* Miſce *in cucurbitâ parvâ, cui ſuperimponatur Alembicum. Poſtea Ol. Vitriol. per deſtill. abſtrahe à ☿ & in fundo reſtabit pulvis albus ſuper quem reaffunde novum Ol. Vitriol. Denuò, ab eodem abſtrahe. Tertiâ vice* R. *☉. ʒſs. diſſolve in aqua Regis, & quando ab oleo videbis pulv. reſol. tunc affunde tuum ☉ ſimiliter diſſol. & aqua abſtrahatur per deſtillationem, primùm lento igne, deinde forti, adeò ut candeſcat. Quod fixum non erit, illud ſublimatione elevabitur in Alembic. Reſiduum, quando refrixerit, igneſcat in tigillo per ſemihoram. Poſtea acredinem per repetitas abluitiones ab eo tolle. Et ſic habebis pulverem flavum, fixum ac dulcem.*

VIRES ET USUS.

Arcanum ſummum in variis & multis morbis operans feliciſſimè per ſudorem & urinam. Hinc datur in
1. Peſte,
2. Podagra,
3. Hydrope.
4. Febribus.
5. Scabie.
6. Sudore Anglico.
7. Leprâ.
8. Pleuriſi.
9. Ictero.
10. Menſium retentione.

DOSIS.

*Doſis à gr. 5. vel 7. in aqua Bezoardi-*

*zoardica, vel alio vehiculo liquido Diaphoretico.*

## De
## BEZOARDICO SOLARI.

Pone in matracium colli oblongi, ſpumæ duorum draconum, benè rectificatæ, unc. *ij*. Liquefacias igne moderato : & Spiritus ſalis ſulphurei uncias totidem paulatim ſuperfunde. Cumq; prius drachm. j. auri fini diſſolveris in aqu. Philoſophicâ, quæ bis deſtillatione ad aurum tantò magis aperiendum & attenuandum abſtrahenda; aurum deinde, tertia vice, in nova aqua diſſolvendum, effundendumque ſuper primam liquoris gummoſi deſtillationem, quæ clara eſſe debet, & ſubrubicunda, *atque in parvam cucurbitam ponenda: atq; omne id, quod* egredi poteſt, in arena deſtillandum. Dein rurſus aliæ duæ Spiritus Salis ſulphurei unciæ ſuperfundendæ; & in ſabulo, ut prius deſtillandum, dando ignem magnum, circa finem, ut terra, quæ in cucurbitæ fundo manet, benè exſiccetur. Hæc poſtea in crucibulum ponenda, & inter carbones, Per horam, ad ruborem usq; ignienda.

### USUS.

Singulare remedium in Lue Venereâ, Peſte, Podagra, Hydrope, Febrib9, &c. Doſis ſex ad 10. grana.

## De
## AURATO DIAPHORETICO.

*R. Feces Reguli Antimonii, easq; reduc in lixivium per digeſtionem, vel ebullitionem; illudq; calidè per chartam emporeticam trajice. Huic lixivio frigefacto, adde parum aceti deſtillati; & videbis paulatim fundum petere. Lixivium per inclinationem ſepara: crocumq; reiteratis multis ablutionibus dulcoratum & ſiccatum ſeorſim collige, & ad uſum ſerva.*

### VIRES, USUS, DOSIS.

Hoc inſigne eſt ſudorificum, & ſangvinis mundificativum, multis morbis depellendis aptisſimum, ſi in cõvenienti liquore exhibeatur.

*Doſis à ſcrupulo ſemis ad inte*grum.

## De
## ANTIMONIO DIAPHORETICO.

R. *Antimonii, Salis petræ, ana libram unam. Pulveriſata ſimul miſce: & pone crucibulum inter accenſas prunas, ut candeat. Tum injice uncias duas, aut circiter hujus mixtionis; & ſtatim crucibulum operi, donec fumus & ſtrepitus ceſſet. Poſtea amoto operculo, novos pulveres injice & claude; ita ad finem continuando. Tandem da ignem liquefactionis, ad horæ quadrantem. Vaſe refrigerato, materiam exime & tere: miſcendo, ut ſu-*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0235-2

*pra cum ana ſalis petræ, eodem modo calcinando, & elaborando, ut ſuprà. Materiam tritam ex abluitionibus edulcoratam, reverbera in vaſe terreo clauſo, viginti quatuor horas; donec pulvis fiat candidus: cujus* Doſis *gr. xv.* Vid. Tyr. Chym. Beguin. p. 304. & Notas in Croll. pag. 270.

De
## BEZOARDICO LUNARI.

Diſſolve Lunam in Spiritu Salis petræ, ad deſcriptionem Beguini, ut pondus ejus benè augeatur. Deinde eâ in aquam viſcidam, per digeſtionem redactâ, funde unam ejus partem ſuper decem partes liquoris gummoſi, benè rectificati liquefactique, & *ſuper hâc mixturâ ſpiritũ* ſalis petræ *bis aut ter deſtilla, dando* ignem magnum, circa finem. Tandem hæc materia, in crucibulum poſita, per horam unam & dimidiam ignienda, atq; ſuper ea, in pulverem redactâ, ſpiritus vini comburendus.

### USUS.

Doſis eſt à ſex ad octo, grana, ad cerebri affectus; eſtq; ſpecificum ad omnes morbos muliebres.

De
## BEZOARDICO MARTIALI.

Redige Martis regulum in pulverem ſubtilem, & miſce cum dupla quantitate Mercurii metioriſati. Dein deſtilla, per retortam omnem liquorem gummoſum, qui ſpiritu nitri, ut dictum fixandus. Convenit omni fluxui hepatico.

De
## BEZOARDICO JOVIALI.

*R. Reguli Antimonii ℥ tres, ſtanni Anglicani purificati unc. duas, funde ſimul, & redige in pulverem ſubtilem: admiſceq; duplam Mercurii ſublimati quantitatem, & ſecundùm artem, butyrum antimonii, per cornutam deſtilla: quod rectificandum, & ſpiritu ſuprà dicto fixandum.*

Doſis à duobus ad tria grana. Provocat ſudores ſatis copioſos. Vid. Notas in Croll. pag. 270.

De
## ALIO BEZOARDICO,

Quod Bezoardicum minerale appellatur.

R. *Spumæ venenatæ duorum draconum, ſive butyri Antimonialis, vel liquoris gummoſi, ex Antimonio crudo, &* Mercurio *ſublimato deſtillati, ſemel rectificati, uncias quatuor. His calore reſolutis, ſuperfunde Spiritus Salis balſamici, ſeu Spiritûs Nitri, uncia, totidem. Deſtilla ex arenâ omnem liquorem, ad ſiccitatem usq;. Terram exime, & probè tere; eiq; liquorem deſtillatum reaffunde, cum unciis duabus ſpiritus recentis balſamici,*

*mici, & deſtilla ut priùs. Huic pulveri trito reaffunde liquorem deſtillatum cum aliis unciis duabus, ut ſuprà: & procede rurſus, ut prius; Maſſam tritam trade Vulcano docimaſtico examinandam, per aliquot horas; materiam continuè agitando rudiculâ ferreâ purâ. Tandem eam alcohol vini ab eâ aliquoties abſtrahendo rectifica, ut remaneat pulvis ſiccus & candidus.*

USUS.

Uſus ejus ſingularis eſt in omnibus affectionibus peſtilentibus & febribus malignis populariter graſſantibus. Eas enim è centro educit & evellit, ſudores potentisſimè movendo. Exhibentur ejus grana quatuor, quinque vel ſex, in extracto Angelicæ: vel infunduntur in aqua Carduibenedicti vel Ulmariæ; aut adjectis aliquot granis ſalis abſinthii, & camphoræ eſſentiâ propinantur in aqua theriacali, horis decem ab infectione: doſisq; reiteratur, ubi opus. In Eryſipelate capitis etiam curando promptisſimum eſt remedium.

## CAPUT IV.

## DE SULPHURE AURATO DIAPHORETICO.

Recip.

*Calcis vivæ, Salis uſti & ♀ri calcinati anaticè. Superfunde aquam communem, fiat lixivium, quod ſæpè colando clarificetur: hoc Antimonio crudo pulv. ad 4. vel 5. digitos infunditur, & per horam circiter coquitur. Deinde ſedimentum quietè colligitur, Lixivium ſi clarum eſt, transfunditur. Fæcibus additur novum, proceditur q; ut prius, donec tota tinctura extracta ſit. Lixivio omni confuſo inſperge Acet. deſtillat. & videbis Crocum auratum ſtatim in fundum deſcendere; Lixivium deinde per inclinationem ſepara, & prædictum pulverem Croceum optimè ablutum, edulcoratum & deſiccatum ſeorſim collige, & reſerva.*

VIRES & USUS.

Hoc Sulphur auratum Diaphoreticum easdem in Medicinâ vires & virtutes habet, quas ſupra in primo & ſecundo, & aliis ſequentibus capitibus, Diaphoreticis adſcripſimus.

DOSIS.

*Doſis à gr. 5. vel 8. ad 10. in aqua Carduibened. vel alterius ſudoriferi.*

*Vid. Notas in Croll. p. 270. & Tyr. Begu. pag. 304.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0237-3

## CAPUT V.

## DE AQUIS SPIRITIBUS THERIACALIBUS.

AQuæ Theriacales ita appellantur, non adeò propter Theriacæ ingreſſum, ſed quòd cuncta, ex quibus componuntur, vim Theriacalē, ut ita loquar, habeant, hoc eſt, cor contra venena ſtabiliant, illudq́; lætius reddant. Ex his ſequentes capiti huic annumerabimus.

### De AQUA THERIACALI SIMPLICI.

*R. Theriacæ Venetian.* ℥iij.
*Aqu. vit. rectificat. lib.* 1.

*Miſce, ſtent in digeſtione per aliquot dies. Tinctam aquam decanta, & recentem affunde, donec non amplius tingatur: & ita ſerva ad uſum.*

### De Alia Aqua Theriacali ſimplici.

*R. Spir. Vini rectificat. vel qui melior, ſuper corticibus citri adhuc ſemel deſtillati lib.* 1.
*Camphoræ cum pauco ole. Amygd. dulc. tritæ* ℥j. *vel* ℥jß. *vel* ℥ij.
*Croci integri in petiâ ligati q. ſ. pro generando aureo colore. Stent aliquot dies in Sole, & colentur.*

### De Aqua Theriacali compoſita.

*R. Theriacæ Andromach.* ℥ij.
*Mithridatii Damocr.* ℥j.
*Radic. Tormentill.*
*Zedoariæ,*
*Angelicæ,*
*Diptamni albi ana* ℥ß.
*Flor. Calendulæ,*
*Anthos,*
*Herb. Scordii ana p.* ij.
*Bacc. Juniper. M.* j.
*Specierum liberant.* ℥ß.
*Camphoræ* ʒvj.
*Spiritus Vini rectificat. q. ſ.*

*Stent in digeſtione per aliquot dies, ſingulis diebus ſemel movendo, poſtea deſtillentur ſecundum artem, & reſerventur.*

### VIRES & USUS.

Quantis viribus hæ Aquæ Theriacales præditæ contra peſtem & omnes morbos Epidemiales ſint, innumeri teſtari poſſunt, qui hactenus iis ſummo cum fructu uſi fuêre, tàm ad præſervandum, quàm ad curandum. Prætereà dantur in

1. Ictero.

2. Catarrhis.
3. Hypercatharſi.
4. Vermibus.
5. Scabie.
6. Podagra.
7. Febribus.

aliisq; ejus generis morbis.

DOSIS.

Doſis cujuslibet eſt cochl. unum vel cum ſemiſſ.

## Altera Aqua Theriacalis.

R. *Spir. Vini generoſi, & non alterius ex tritico, diligentiſſimè rectificati* ℔. xxx.

*Theriac. Androm. Det.* ℥xv.
*myrrh.* ℥vij.
*Croci* ℥iſs.
*Rad. Petaſitid*
*Dipt. ana* ℥ſs.
*Imperator.*
*Vincetoxici ana* ʒij.

*Digerantur per horas 24. & deſtillentur ſummâ diligentiâ lentiſſimo igne. Doſis à* ʒj. *ad* ʒij. *vel* ʒiij.

## De SPIRITU THERIACALI CAMPHORATO.

Spiritus Theriacalis Camphoratus ſecundùm artem ſic elaboratur;

R. *Theriacæ Andromachi* ℥v.
*Myrrhæ rubræ* ℥iiiſs.
*Croci oriental.* ℥ſs.
*Camphoræ* ʒiij.
*Spiritus Vini rect. q. ſ.*

*Indantur omnia cucurbitæ erectæ, præter Camphoram & Crocum, quæ imponantur Alembico, clauſisq; cautè juncturis ſtent in balneo per dies quatuor, ita tamen, ut nihil deſtillet, poſteà lento primùm igne, hinc fortiori deſtillentur; quidam deſtillatum ſpiritum materiæ iterum affundunt, & digerunt, & deſtillando hunc laborem tertiâ vice repetunt.*

*Quidam non deſtillant, ſed poſt digeſtionem per inclinationem tinctum ſpiritum auferunt, & affundunt recentem ſpiritum tamdiu, donec non ampliùs tingatur, Spiritum Vini tinctum poſtea ad medietatem ſaltem abſtrahunt.*

### VIRES & USUS.

Habes hîc Spiritum Theriacalem, ſubtiliſſimum, calidiſſimum & penetrantiſſimum, qui in aquâ Cardui-benedicti exhibitus ad miraculum ſudorem prolicit, ac σπέρμα σηπεδονῶδες in totum disjicit, ac diſſipat, id quod non uno, ſed multis experimentis in Peſte Northuſanâ, quæ viguit Anno 1626. compertum habemus. Præterea expurgat caput, pectus, & reliqua corporis membra, illaq; confortat, ac in priſtinum ſtatum reducit.

Illis quoque confert, qui Hydrargyro inuncti ſunt. Medullam enim penetrat, & quicquid noxium reperit, expellit.

Sangvinem mundificat. Luem Veneream curat. Omnis generis Febres radicitùs extirpat.

Icterum, Pleuriſin, & Dyſenteriam tollit.

In Epilepſia, Apoplexia, cæterisq; cerebri affectibus conducens eſt Medicamentum, &c.

DOSIS.

*A ʒſs. ad ʒj. vel ʒiſs. vel ʒij. in aqu. Carduibened. vel alio liquore Diaphoretico.*

OBSERVATIO.

Dandus eſt hic Spiritus, antequam Febrilis ardor, aut capitis calor nimis increverit.

### Alius Spiritus Aqua Theriacalis.

R*epetatur deſtillatio alterius Aquæ Theriacalis paulò ante dicti, & indatur roſtro Alembici camph.* ʒiii ſs. *Iſte Spiritus abſtractus Cryſtallinus ſervetur uſui.* Sig. *Spiritus Aquæ Theriacalis camphoratus.*

### Extractum Specierum Theriacalium.

Remanentia de novo alio Spiritu Vini lib. 6. extrahatur, donec emoriantur. Tinctura omnis collecta abſtrahatur, & deinceps ad debitam conſiſtentiam inſpiſſetur, liquidioris extracti tamen, & benè purgatam,

## CAPUT VI.
## DE
## DIAPHORETICO PARACELSI IN PERACUTIS, vel Mixturâ ſimplici Andernaci, aut Mixtura de tribus, ſeu Mixtura Vitriolata.

IN frequenti uſu hodiè apud plurimos Spiritus ille è Spiritu ⊕li, Spiritu ♀ri & Spiritu Theriacali Camphorato compoſitus, quē plerię; Andernaco, ſed rectius ex t. 7. c. 8. de vitriolo p. 189. & 190. Paracelſo Authori attribuunt, & Diaphoreticum Paracelſi in peracutis nominant: Nonnulli Mixturam ſimplicem, vel de Tribus, vel vitriolatam. Componitur autem ad hunc modum.

R. *Spiritus Theriacal.* Camphor. *part. v.*
*Spiritus Tartari correcti part.* iiij.
*⊕li correct. part.* j.

*Hi Spiritus invicem miſceantur, & ſtent per aliquot ſeptimanas in digeſtione in vitro anguſti orificii, vel in balneo, vel in hypocauſto calido, poſtea transcolentur & uſui reſerventur.*

NOTA:

Obiter quidem hic monendum eſt, Paracelſum d. l. nullo modo Spiritum

Spiritum 🜔li communem, ſed ſtriatum, aliquoties de calcinato abſtractum ſumere; vel imbibere 🜔lum S. V. & deinde inſtituere deſtillationem, ac ſæpiùs repetitam cohabationem.

Loco hujus Spiritus 🜔li poteſt Sp. 🜔li Philoſophicus, Spiritus 🜔lis ſtriatus & benè depuratus, vel etiam Spiritus trium mineralium addi.

VIRES & USUS.

Hæc Mixtura reverà ſuperat, & longo ſtadio poſt ſe relinquit omnes alias aquas Theriacales ſeu Peſtilentiales, & cætera quævis Antidota, quocunq; etiam nomine appellanda veniant. *Quia in illa latitant omnia ea, (ut ita dicam) re*quiſita, ad perfectam, abſolutamq; curam peſtilentium morborum propriè ſpectantia, ſeu pertinentia. Deobſtruit enim, ſeu aperit egregiè, venenatos vapores, ſeu Spiritus, tetro ac fædo miaſmate pollutos, inſtar occulti ignis potentisſimè exurit, & per extimam corporis ſuperficiem educit, omni etiam internæ corruptioni ac putredini reſiſtit miraculosè, ac tandem naturam corporis mirificè inſtaurat, ac corroborat: Præterea ad omnes viſcerum obſtructiones reſerandas, ad pleuritidem, ad menſtrua provocanda, uterumq; calefaciendum mirè commendatur.

DOSIS.

*Doſis in adultioribus* ℥j. *vel* ℈iiij. *cum aqu. Scordii vel Carduibenedict. in junioribus* ʒß. *vel* ℈ij. *plus minusve pro ætatis ratione. Vid. Croll. pag. 170.*

*Doſin extemporaneam ſi expetas, potes talem ita inſtituere:*

R. *Spiritus Theriacalis camphor.* ʒj.
*Spir.* ☿. *rectificati* ℈j.
🜔*li gut. vij.*
*miſceantur, & dentur unâ vice in vehiculo ſpecifico.*

OBSERVATIO.

Interdum pro diverſitate affectuum, unius vel alterius, Spiritus doſis imminuatur, vel augeatur?

*Alii pro vulgari Spiritu Vitrioli,* alium aliô modo deſtillatum recipiunt, de quo Sennertus pag. 1218. aliquando pro *D*iaphoretico hoc Paracelſi vel Mixtura de Tribus, hac uſus ſum compoſitione.

R. *Aqu. vel Spiritûs Theriacal. Camphorati* ℥ß.
*Spiritus cornu cervi* ʒiij.
*Salis Cornu Cervi volatilis* ℈ß.
*Aceti Bezoardici* ℥iij.
*Miſceantur in vitro.*

DOSIS.

*Doſis coch. duo, vel tria in vino tepido.*

*Hæc mixtura non minor in Peſte Diaphoretico ipſo Paracelſi, quæ, ut verum fatear, multis & innumeris tulit*

 *auxi-*

*auxilium, qui neglectâ hâc aliàs jamdudum ultimum diem obiiſſent.*

OBSERVATIO.

Spiritus Cornu cervi per Retortam deſtillatur, ut ex lignis Spiritus deſtillari ſolent: Sal inter deſtillandum adſcendit, & collo Retortæ, poſt deſtillationem, adhærens colligitur.

Acetum verò Bezoardicum ſic efficitur:

℞. *Radic. Petaſit.*
*Elenii:*
*Pimpinell.*
*Angelic. ana* ℥vj.
*Bac. juniper.* ℥iſs.
*Cortic. Citri ſicc.* ℥j.
*Cymar. rutæ,* ℥vj.
*Herbæ valerian.*
*Scordii,*
*Scabioſ.*
*Carduibened. ana* Mj.
*Flor. roſar. calend.*
*Anthoſ. ana p.* j.
*Camphoræ* ℈ij.
*Croci* ʒj.

*Inciſa & contuſa infundantur omnia in Acet. Garyophillor. hortenſ. lib. iij. vas benè opertum quotidiè agitetur, & poſt aliquot dies fiat colatio.*

OBSERVATIO.

Quando mox ab initio morbi ingentiſſimus calor febrilis ægrum exercet, iſq; toto corpore vehemẽter æſtuat, tunc à Diaphoretico Paracelſi abſtinendum, tanquam à nimis calido ſudorifero, ejusq; loco uſurpandum aliud temperatâ qualitate præditum, & citra inſignem aliquam calefactionem, halitus venenatos disjiciens, ac per cutim expellens, quale eſt hoc Acetum Bezoardicum, vel Mixtura ex ipſo *Aceto, Spiritu* Cornu cervi, ejusdemq; *ſale & aqua Theriacali* camphoratâ.

DOSIS.

*Ægro de hac Mixturâ præbeatur* ʒiſs. *vel* ʒij. *de* Aceto *verò hoc cochlearia 2. 3. vel 4. ad ſudandum.*

## CAPUT VII.
## DE ELIXIRI DIAPHORETICO PESTILENTIALI.

HOc Elixir equidem reſervandũ eſſet ad locum, ubi de Peſtilentialibus Medicamentis nobis ſcribendum; verùm cùm non modò in Peſte conveniat, ſed etiam in aliis à putrefactione exortis, & cæteris

Diaphoreticis non inferior ſit, detinere me non potui, quin hic ejus compoſitionem publicarem.

R. *Flor.* 🜍 *talium, quos infrà ſub titulo de floribus* 🜍. *deſcribemus* ℥iij.

*Affunde Olei Juniper. è baccis, quantum ſufficit, Olei ſuccini rectificati partem quartam ad oleum baccar. juniper. Stent in digeſtione in balneo, vel arenâ ſæpiùs movendo, donec flores lentè, & ſine aduſtione ſolvantur & liqueſcant. Poſtea habeas Theriacæ Venetianæ (alii ſumunt Theriacam Andromachi, vel Mithridatium Damocratis, quippe quæ temperatioris qualitatis, & non ita calida, ut Theriaca Venetiana) lib. 1. ex qu. t. optimo Spiritu Vini Tincturam extrahes, quam à ſpiritu vini ſeparatam ſeorſim ſervato; poſtea extrahe eodem ſpiritu Radicum Elenii, Angelicæ Baccarum juniperi contuſarum & mixtarum ana* ℥iij. *& Tincturam à Spiritu vini in balneo ſeparatam, miſce cum Tincturâ Theriacæ, & affunde Oleum juniper. & Succini Floribus* 🜍 *eſſentificat. ac per chartam bibulam filtrat. Omniaq; circula lentiſſimo cinerum calore per quatuordecim dies, & reſerva uſui.*

VIRES ET USUS.

Hoc Elixir more debito paratum, & adminiſtratum, ſecretum ſingulariſſimum invenimus in Peſte, aliiſq; morbis Epidemicis, ac venenatis profligandis, & ad miraculum quaſi expellendis, id quod nos ipſi experientiâ multorum annorum edocti teſtari poſſumus.

Anno enim 1626. cùm peſtifera lues ſatis ferociter in patriam & concives noſtros ſæviret, meminimus majorem partem eorum, qui conſilium noſtrum ſecuti tempeſtivè, hujus Elixiris ſumptione, bis vel ter elicuerunt ſudorem, contritâ & compreſſa ſic, in ipſis initiis morbi; veneni malignitate, integrè convaluiſſe, & ex hoc lethifero morbo eluctatos fuiſſe feliciter, vix uno atq; altero extinctis, qui tardiùs nonnihil ad ejus uſum acceſſiſſent.

DOSIS.

*Adultioribus dedimus* ℈ij. *cum aceto* R*oſarum, vel aquâ Scordii; junioribus verò* ʒſs. *cum eodem aceto, vel alio convenienti liquore. Et felicem indè effectum (quemadmodum diximus) in ciendo ſudore, & veneno expellendo, vidimus & obſervavimus.*

OBSERVATIO.

Flores 🜍ris ad parandum hoc Elixir alii aliter præparant, ut etiam doctiſſimus ille Crollius, qui hujus laudabilis & potentis Medicamenti compoſitionem in Baſil. Chym. pag. 228. paulò luculentiùs tradidit, quorſum Lectorem remiſſum volo.

Allium cum magni præſervativi locum habeat, inde Elixir alliatum,



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0243-6

ſequenti modo paratum, quovis mane cochlear unum vel per ſe, vel cum ſtillatitia Card.bened. aut Veron.aqua magno fructu exhibemus.

℞. *Alliorum expurgator. num. 20. contundantur, alembico imponantur, affunde Spiritus Vini rectificati ad 4. digitor. eminentiam, deſtilla ex B. per cobobia, ſemper nova Allia addendo, in ultimâ deſtillatione adde Camphoræ in Petia ligatæ collo alembici appenſæ ℨj. Deſtilla ut priùs, habebis præſtantisſimum Elixir alliatum.*

Sic in Millefolii herba integra cum floribus latet ſecretisſimum arcanum contra Peſtem, quâ ſolâ Veſpillones in maximis peſtibus ſeſe tueri conſveverunt. Hinc Petrus *Dröetus lib. d. Peſt. ut ad Emunctoria venenum trahatur, radicem* & folia millefolii cum Sale communi cataplaſmatis inſtar pro Bubonum celeriore eruptione adhibuit.

Sic decoctum Millefolii ſingulo mane cum aceto ſumtum ad ℥ij. mirè juvat. Eodem decocto ſuffimigantur manus, veſtes, cæteraq; indumenta magno juvamento. Idem decoctum à peſte correpto quotidiè hauſtum ſtatim venenum ad emunctoria pellit. Aceto acerrimo calendulato, vel Roſaceo, vel Rutaceo cui millefolii flores incoxerint, ſpongia imbuitur, & maximi ſecreti loco naribus admovetur.

Sic pulſatillam ſeu potentillam Matthiolus ex Dioſcoride ad Peſtis præcautionem quovis modo aſſumptam miris prædicat Encomiis. D. Claudius Deodatus Panthei Hygiaſtici l. 3. c. 27. pag. 221. a & b.

## *CAPUT VIII.*

## DE SPIRITU TARTARI.

TArtarus certò cothurnus ferè omnibus pedibus aptus. Modò enim agit digeſtivum, modò fit Purgativum, modò vires Diaphoretici præſtat, & hæc omnia prout ej9 præparatio inſtituitur. Diaphoreticum ſi ipſum expetas, Spiritum ex ipſo, modô, qui jam præſtò ſequitur, elicies.

℞. *Tartarum pulveriſatum & ablutum aquâ; hic indatur Cucurbitæ luto obductæ, & aperto igne deſtilletur inſtar aquæ fortis.*

*Ignis primò ſit lentus, poſtea fortificetur, donec omnes Spiritus exierint, & recipiens nubibus repletus iterum factus pellucidus. Aqua primùm emanat; deinde fœtidum oleum; ſeparentur per tritorium. Aqua ſeu ſpiritus primùm corrigitur & rectificatur*

*in cellario collocando octiduum ingelidam, aut madidam arenam, poſtea deſtillatur per Alembicum, & rectificatur bis vel ter, ut fiat purus.*

OBSERVATIONES.

*Ingratus odor hujus Spiritus non tolli poteſt absq; virium amiſsione. Alii aliter conantur fœtorem vel corrigere, vel planè auferre.*

*Plurimi ſupra Garyophyllos illum ſpiritum rectificant, vel digerunt aliquot guttis Olei Vitrioli cum duobus vel tribus cochlearibus Spiritus Vini, & poſteà miſcent cum Tartari Spiritu, ſic fœtor ille perit. Sunt qui aquæ roſarum aliquid propter odoris emendationem miſcent. Fœtor ille ingratus non omninò deformidandus, ſimilia enim ſimilibus curantur, & ſic in Peſte, vel aliis venenatis morbis exhibitus magno ſucceſſu fœtidos è corpore ſudores copioſè expellit.*

VIRES ET USUS.

1. Præ omnibus ferè aliis Medicamentis & Arcanis hoc ſolùm excellit in tollendis omnibus obſtructionibus & putrefactionib9 Lienis.

2. Si ter quotidiè exhibeatur, multùm facit in Paralyſi; totum enim corpus penetrat & roborat, quod in hoc morbo maximè requiritur.

3. In Hydrope etiam feliciter utimur cum aqua Soldanellæ & Ebuli. Aſſimitur etiam cum Oleo Vitrioli, & tunc aquas per urinam pellit, quicquid hâc via non perficitur, difficulter tentabitur alia.

4. Vitia menſtruorum retentorum corrigit.

5. Initia Lepræ profligat.

6. In Eryſipelate cum æquali pondere Theriacæ circa finem morbi ℨj. exhibetur, ita tamen, ut venæ ſectio in robuſtioribus præcedat.

7. Icteritiam & inde omnes exortos morbos expellit.

8. In Lue Venerea ſingulare eſt Medicamentum, ſi Turbit. minerale exhibeatur, vel Mercurius vitæ propinetur. Expellit enim è centro Luem internam, poſtea cruſtæ oleô Gvajacinô inunctæ decidunt.

9. *A centro ad circumferentiam* ſeu ad ſuperficiem expellit omnem ſcabiem latentem, Serpiginem, Lentiginem.

10. Provocat ſudorem.

11. Prodeſt Pleuritidi & Anginæ.

12. In morbis capitis etiam utimur.

13. In Febribus.

14. In contracturis.

15. In puncturis laterum.

DOSIS.

A ℈j. *ad* ℈ij *in aqu. Specificis & convenientibus. Vid. Croll. pag. 157.*

*Ex Spiritu* ♀*ri paratur Elixir* ♀*ri hunc in modum:*

R. *Spiritûs* ♀*ri* ℥iſs.
*Croci,*
*Myrrhæ,*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0245-7

*Aloës ana ℥iiij.*
*Stent hæc aliquot dies in loco calido, poſteà colatum uſui reſervetur; quòd verum Elixir ☿ri ſuperans operationis præſtantiâ ipſum Spiritum ☿ri.*

## CAPUT IX.
### DE
# SPIRITIBUS DIAPHORETICIS.

### DE
### SPIRITU CARDUIBENEDICTI.

SPiritus eliciuntur non modò ex Metallis & Mineralibus, verùm etiam ex vegetabilibus; ſed ſingulorum peculiaris eliciendi ratio. Ex herbis parantur ſequenti modô:

R. *Folia Carduibenedicti viridia, conſcindantur minutim, addatur parum fecum, & aliquid aquæ nonnihil tepidæ affundatur, & poſt dies aliquot, ubi fermentatio peracta, & deferbuerunt, deſtillentur per veſicam. Ab aqua deſtillata Spiritus per Phiolam ſeparetur. Et ut ſemel hoc moneam, ubi plus aquæ eſt, prima rectificatio per cucurbitam fiat, hinc per Phiolam.*

### VIRES & USUS.

1. Confert Capiti.
2. Concoctionem promovet.
3. Sangvinem reddit purum.
4. Urinam prolicit.
5. Sudorem naturalē promovet.
6. Anglicum Sudorem cohibet.
7. In Peſte & Febribus tàm præſervativum, quàm Curativum.

### DOSIS.

Doſis drachm. ſem. ad drachm. j. vel drachm ij. in convenienti vehiculo. Ex herba Carduibenedicti paratur extractum Spiritû Vini, quod habet eaſdem vires & virtutes, quas jam de Spiritu ejusdem enarravimus. Sal quoque ex herba Carduib. extrahitur ejusdem virtutis & efficaciæ.

### DE
### SPIRITU SAMBUCI.

R. Baccas Sambuci conquaſſatas & expreſſas, ſtent in vaſe ligneo, donec incipiant fermenteſcere: adde fæcum vini, vel cereviſiæ partem 12. vel quantum libet, vel ſatis eſt, & ſinito fermentari: poſteà deſtillentur, & aliquoties egreſſi Spiritus rectificentur in Balneo.

### VIRES ET USUS.

Magnus certè honor *Sambuco* arbori in re Medica debetur, & longè major, quàm ſecundum antiquitatum Authores quosdam in templis ipſi erat olim, & religione. Nam non modò Diaphoreticum

elegans eſt, verùm etiam convenit in

Capitis morbis.
Hydrope.
Peſte.
Febribus.
Oculorum vitiis.
Podagra.
Morſu *canis* rabidi, vel al*terius* venenati animalis.
*S*cabie, Lue Venerea, aliisq; hujus generis pluribus affectibus.

DOSIS.

A drachm. j. ad drachm. ij. in vehiculo convenienti.

Alii ſic parant:

R. *Baccas Sambuci maturas in* clibano lentô calore exſiccatas, craſsô modô contuſas, admiſce tertiam partem polentæ hordeaceæ: optimè permiſta in doliolum ex ligno querno conjice, & aquam ferventem, in qua aliquid lupuli priùs maceratum fuerit, affunde, vaſeq; benè clausô per dies quatuor, vel quinq; fermentari ſinito. Ad digeſtionem fermentationemve accelerandam aliquid fæcum vini vel cereviſiæ adjicito, &, ut priùs, deſtillato & rectificato.

Verùm prior modus, utpote ſimplicior & purior, huic à plurimis non immeritò præfertur.

Conficitur etiam *S*piritus *S*ambucinus ex aquæ *S*ambuci deſtillatæ parte aliqua, ſi per vitrum longi colli, ſeu phiolam lentô Balnei calore pars *S*pirituoſior, duodecima circiter, ſeparetur, Spiritus habebitur fragrantisſimus & ſummè penetrans.

Vel paretur *S*piritus florum Sambuci eô modô, quem præſcripſit Quercetan. l. 1. pharmacop. dogmat. reſtitut. c. 7. de Aq.

Nec multò abſimilem modum adhibuit Dn. Sennertus. Inſtit. Med. l. 5. part. 3. Sect. 3. c. 5.

Nota: Placentam in veſica poſt Aquarum deſtillationem relictam, *quam caput mortuum Chymici nominant non inutiliter abjice, ſed re*ſerva ad uſus practicos, ad dolores videlicet Capitis & vigilias vel deliria.

De
SPIRITU COCHLEARIÆ:

R. Fol. cochleariæ recentia q. v. Contuſa leniter & conciſa groſſo modo, deſtillentur adjecto vino bono odorato, non præviâ putrefactione, in quâ multi volatiles Spiritus evaneſcere poſſent. Condenſati vapores, ſtriis concentrati in alembico, excipiuntur vaſe vitreo oris anguſti, & ad uſum ſervantur. Oleũ ſi ſupernatat, *idem etiam* colligatur, in quo antiſcorbuticæ vires eminentius inſunt.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0247-9
DFG

*Doſis Spiritus ad ℈j. olei ad gutt. j. ij. cum Sacchar. unde Elæoſaccharum Cochleariæ.*

Elegans Compoſitio eſt hæc:

℞. *Spirit. Flor. Sambuc.*
*Cochlear. apt.*
*Mixtur. ſimpl. pro acut. an.* ℥j.
M. *Doſis* ʒj. *in vehiculo convenienti:*
*In Febribus,*
*Scorbuto,*
*Scabie,*
*Affectione Hypochondriacâ.*

## SUDORIFERUM ALIUD CUM CAMPHORA.

℞. *Spirit. Cochlear.* ℥iiij.
*Camphor.* ʒij.
*Croc. Oriental.* ℈ſs.

*Stent in digeſtione vitro optimè munito per aliquot dies coletur & ſervetur uſui.*

*Doſis à gutt. xij. ad xx. in convenienti vehiculo.*

## OBSERVATIO.

*S*piritus cochleariæ non debet fieri per fermentationem, utpote qua ⊖ ejus volatile, unâ cum ♎ omne avolat, nec etiam cum *Spir.* Vini rectificatiſſimo, qui ſcilicet nullum imbibit ⊖, nec per alembicum vehere valet, ſed potius deſtruit, aſt per ♎ ex ſeculi deſtillatum aquoſum, cujus vi ⊖lia ſolvuntur ac unâ cum ſubtiliori ejus parte alembicum tranſcendunt, relictâ in cucurbitâ parte aquoſiori & inutili.

Eandem ob rationem ⊖ ♀ri opt. calcinatum feliciùs extrahitur & tinctura ejus rubicundior fit à Spiritu frumenti aquoſo & vili ac à *S*piritu Vini rectificato & recoliſato. *S*alina ſcilicet ab aquoſis reſinoſa à *S*piritibus faciliùs ſolvuntur, quæ etiam ratio eſt, quod *S*accharum in Vino & *S*piritu Vini aquoſo facili, in ♎ autem vini rectificato nullo ferè negotio liqueſcit. Unde quoq; ♁ium optimè à vino, jalappa verò à Spiritu Vini extrahitur, ſcilicet ſimile ubiq; amat ſimile ac ipſi ſeſe aſſociat, ſicut ſi capiti mortuo aqua ex eo deſtillata ſuperfundatur, facilè ab eo recipitur ac imbibitur, alia autem aqua ſi affundatur, ſupernatat.

Vid. Dn. D. Möllenbrocius tr. d. Varenis cap. 13. p. 114.

## De SPIRITU ABSINTHII.

Spiritus Abſinthii ſic paratur: Accipe ſummitat. Abſinthii q. v. affunde aquæ q. ſ. ſtent in digeſtione per dies aliquot; poteſt & quid fermenti adjicier. Deſtilletur per veſicam; exibit aqua, olei quippiam continens. Oleum per ſeparatoriũ ſeparetur, Aqua tota cucurbitæ vitreæ indatur, atque in B. M. aliquoties

ties rectificetur,& ſaltem pars ſpirituoſior abſtrahatur.

VIRES & USUS.

Epati mirè confert. Ergò curat

1. Hydropiſin, in aqua Abſinthii.
2. Icterum, in aqua Chamomillæ.
3. Colicam, in aqua Mentæ.
4. Pleuriſin, in aq. Papav. Rhæad.
5. Promovet ſudorem, Urinam, Menſtrua, Secundinam, in aqu. Artemiſiæ vel Sabinæ.

DOSIS.

*A ℈j. ad ℈ij. vel ℈iij.*

## De SALE ABSINTHII.

Circa hujus Salis confectionem anſa *mihi præbetur, præter ea, quæ ſuprà lib.* 1. part. 1. cap. 8. de Salibus diximus pauca & hîc adponendi.

Continet autem res ferè omnis ſalem duplicem, unum volatilem, alterum fixum. Hic ignem ſuſtinet, & in cineribus relinquitur: Ille calorem & ignem nō ſuſtinet, ſed avolat & calcinatione diſcutitur; nonnulli eſſentialem dicunt. Sal prior eſt iterùm duplex: unus eſt, qui plerunq; vel è Metallis vel Mineralibus deſtillando, vel per retortam, vel per Alembicum, efficitur, elevatusq; concreſcere ſolet in collo vel roſtro Retortæ vel Alembici; Alter, qui ex aliquibus plantis, quæ eo abundant ita paratur:

R. *Plantæ alicujus magnam quantitatem, contunde, & affuſa aqua multa in vaſe magno coque. Decoctum cola & fortiter exprime, Colaturam iterùm coque ad mellis conſiſtentiam. Succum hunc pone in vaſe vitreo in locum frigidum, & Sal Cryſtallinus concreſcet, efficacior illô, qui è cineribus elicitur. Eodem modô etiam ex quibusdam ſuccis paratur.*

*Poſterior, qui ignem ſuſtinet, & è cineribus relinquitur, ſic conficitur. Exempli gratiâ:*

R. *Herbam Abſinthii ſiccam, eamq; combure in olla vel fictili, vaſe concluſo. Ex cineribus per aquam purum fac lixivium clarum, & aquam novam toties affunde, donec omnis ſalſedo extracta ſit. Lixivium filtra & in fictili vaſe, vel tigillo, ad carbones lentô igne coque, ut aqua exhalet, & ſal relinquatur: hunc ſolve, filtra, & coagula, donec ſalem candidiſsimum habeas.*

OBSERVATIO.

Quælibet herba, quam pro confectione Salium expetas, colligatur eo tempore, quando ad maturitatem venerit; aliàs parum ſalis accipies.

Herba alia plus ſalis ſuppeditat, alia minùs. Ex aliis puriorem ſalem, ex aliis impuriorem, & qui diligentiori atque exactiori clarificatione opus habeat, accipis.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0249-3

Lixivium ex cineribus filtratum, & in vaſe fictili ad dimidium coctū, ſi ponatur in locum frigidum in vaſe vitreo, vel fictili, ſal candidus concreſcere ſolet.

E Salibus poſſunt elici olea ſequenti modô:

R. *Salis Abſinthii q. v. hoc diſſolve in Spiritu Vini rectificato, pone in fimo equino ad digerendum per octo dies; poſteà deſtilla per Alembicum, & exibit Oleum, quod rectificabis, ut moris eſt. Alii in cella ſuper tabula vitrea reſolvi hoc ſal ſinunt in Oleum, quod rectificetur per Balneum. Doſis gut. xij. vel xv.*

VIRES & USUS.
Salis Abſinthii.

*Quid de viribus Salis Abſinthii* ſentiendum, ex eo cognoſcere licet, quòd Theophraſtus ipſo curare potuiſſe 14. morbos gloriatus ſit.

1. Nam contra Hydropiſin, in aq. Endiviæ exhibetur felicisſimè.
2. Aufert Icterum utrumq;, in aqu. Cuſcutæ.
3. Colicæ & Doloribus ventriculi, in aqua Mentæ confert.
4. Pleuriſin curat, in aqua Papaveris, rheadis.
5. Epatis, Venarum Meſaraicarnm Lienisq; obſtructiones reſerat, in aqua Chamomillæ.
6. Capiti prodeſt, in aqua Betonicæ.
7. Promovet Calculum, Urinam, Sudorem, & Menſtrua, in aqu. Sambuci.
9. Vermes necat, in aqua Santonici.
10. In Scabie, in aqua Scabioſæ, confert.
11. Anglicum ſudorem cohibet in aqua Carduibened.
12. Concoctionem mirè promovet, in vino vel aqua Menthæ.
13. In Contracturis, Podagra, &c. *in aqu. Ivæ Artheticæ.*

*Doſis à ℨß. ad ℨj. in vehiculis prædictis.*

OBSERVATIO.

Cineribus, ex quibus ſal paratur, ſi addideris quartam partem ♀ris, & ſimul calcinaveris, donec Sulphur conflagret, ſal candidisſimum ſic elicies, absque ullâ rectificatione.

## *CAPUT X.*
## DE
## ACIDULA, LAVACRO, ACETO, VEL CLYSI ANTIMONII.

Recip.

Recip.

A*Ntimonii,*
*Sulphuris,*
*Nitri ana* ℥iiij.

Alii hoc pondus obſervant:

R. ♁nii ℥iiij.
*Nitri* ℥iiiſs.
*Sulphuris* ℥iij.
*Tartar.* ℥j.

*Fiat pulvis ſubtiliſſimus.*

*Poſteà tibi ſit in promptu Retorta longiori ventre, in cujus parte poſtica ſit tubulus; hæc collocetur in fornacem, eiq; Recipiens, quod aquæ cichorei menſuram contineat, adaptetur. Deindè ubi igne incaluit Retorta,* ʒß. *vel* ʒj. *partitis vicibus injiciatur, & poſt quamlibet particulam injectam foramen, vel tubulus claudatur, atq; hoc per integram diem continuetur. Alii pro aqua Cichorei aquam petularum, id eſt,* (Bircken-Safft) *ſumere ſolent: quia aqua Betularum vernalis Acidulis proportionatur. Argumentô hoc: quia per id tempus maximè aquâ abundant betulæ, ſub quod è centro terræ ſub æquinoctio in terræ ſuperficiem ſcaturit naturæ hoc Mercuirale ſal acidum, ſive radicale. Naturæ humidũ, ex quo cũcta revireſcunt.*

*In principio clyſis hæc vehementer ſulphur olet: quod tamen ſenſim exhalare ſolet. Eſt autem Antimonii Acidula lavamentum mineræ Antimonialis calcinatæ per nitrum & ſulphur, vehens in ſeſe eſſentiales acidos, ſive Mercuriales Antimonii Spiritûs fixos ſeu ſtabiles factos per acidos ſpirit. fixos ſtabilesq; Nitri & Sulphuris.*

## USUS ACIDULÆ ANTIMONII.

Proprietates hujus ſunt: incidere, coagulare, dolores medicari, & auferre, habere vim Bezoardicam. Harum proprietatum ſunt hæc effecta: incidere bilem craſſam, tenuem & fluentem verò incraſſare, ſuâque vi anodynâ bilis fervorem dolorificum & angentem tranquillare, putridos humores expurgare & venenatos ex illis vapores, imò malignam ipſam putredinem, corrigere, reducere, compeſcere, & expurgare per ſudores. *Præterea* Tartarum educere & per urinam expurgare.

Hinc ejus uſus erit in febribus ardentibus, anxiferis, putridis; apoſtematibus internis, angina catarrhis, ardore & anorexia ventriculi, ſcorbuto, præſervatione peſtis, cholera, dyſenteria &c.

Uſus ejus ab extrà eſt mitigare & reſtringuere ardorem ulcerum & tumorum: incidere & lenire ſcirrhomata: ſiſtere hæmorrhagias ſive narium, ſi jugulo applicetur, ſive aliarum partium: & ad quæ præterea cunq; lac virginis chirurgorum, aut ſal ſacchari Saturni extrà poteſt conducere.

Cauſa demonſtrationis eſt ſal Mercuriale in hac clyſi, continens in ſe eſſentiale ſulphur anodynum, quod eſt de naturâ Vitrioli. Hoc magnum ſecretum eſt unum ex Archivis doctorum Chymicorum.

DOSIS.

Datur à Cochleari uno ad duo in vino vel alio vehiculo ſudativo.

NOTA.

Quidam aquæ cichorei, vel Betularum ante deſtillationem addere ſolent unc. j. Spiritus Sulphuris vel Nitri.

In defectu hujus Acidulæ aliquando ſequenti mixturâ ſudoriferâ (quæ ſæpiùs supplevit vicem quarumlibet Acidularum) uſus ſum.

R. *Spiritûs ligni Guajaci* ℥iß.
*🜖ri* ʒvj.
*🜍ris acidi* ʒß.
Nitri ℈j.
*Extract. ſummitat. fumar.* ʒj.
*Ligni ſaſſafr.* ʒß.
*Theriacæ* ℈j.
*Aquæ fumar.*
*Carduibened.*
*Sambuci ana* ℥iß.
*Cichor.*
*Betularum ana* ℥ß.
*Aqu. deſtill. radicis Chinæ* ℥j.
*Miſce in fictili.* S. Schweiß-*Mixtur.*

DOSIS.

*Dantur tria cochlearia in brodii carnis ſex cochlearibus. Poſſunt etiam ſuperbibi quatuor vel quinque cochlearia de eodem brodio.*

NOTA.

Aliquando locô Spiritûs Nitri ſubſtitui Spiritum C. C. quô medicamentô multùm hactenus præſtiti per DEI gratiam.

## De THERIACA KONERDINGII è CITRO.

R. *Conſerv. citri ſacchar.* ℥iij.
*Theriacæ* ℥j.
*Lapidis Smaragd.* ʒß.
*Terræ ſigill.* ʒiiß.
*Specier. elect. de gemm.* ℈ij.
*Syrup. de ſucc. citri q. ſ.*
*Fiat Mixtura.*

DOSIS.

*Doſis eſt à* ʒj. *ad* ℥ij. *per ſe, vel in aqua* Carduibened. *acetoſæ, &c.*
*Conducit hæc Theriaca in Pleuritide,*
*Peſte,*
*Angina,*
*Febribus,*
*Eriſypelate,*
*Omnibusq; morbis Epidemiis.*

## ALIIS HÆC COMPOSITIO PLACET.

R. *Conſerv. citri ſacchar.*
*Mithridatii,*
*Theriacæ an.* ℥j.
*Terræ ſigillat. opt.*
*Spec. liberant. ana* ʒj.
*Lapidis Bezoard. gr. xxx.*
*Syrup. de ſuc.* Citri *q. ſ.*
*Miſce.*

THERIACA ♃ii.

Hûc

Hûc non incommodè refertur & hæc ♁nii Theriaca.

R. ♁nii *Diaphor. part. j.*
*Theriac. opt. Androm. part. ij.*
*Miſce. f. Electuarium. Doſis à gr. 15. ad 20.*

## CAPUT XI.
## DE EXTRACTO LIGNI GVAJACI.

Recip.

R*Aſuræ ligni Gvajac.* ℥iij.
*Cort. Gvajac.* ℥iſs.

*Stent in digeſtione Spiritûs Vini per 15. dies, & ſeparentur toties, donec omnis vis extracta ſit: hunc liquorem deſtilla, donec in mellis conſiſtentiam abeat. Tunc materiam calentem effunde in patinam terream, in qua aqua frigida continetur, & ipſa materia ſtatim coagulabitur inſtar picis, vel aloës.*

OBSERVATIO.

Hoc Extractum eſt præſtantiſſimum Sudativum, & remedium Bezoardicum, quod nullas corruptiones in toto corpore relinquit.

Sudorem & Urinam mirificè provocat, ipſamq; alvum dejicit.

DOSIS.

*A pilulis, inſtar piſorum, duabus ad tres, vel ad ſummum quatuor, in corporibus robuſtioribus, ſuperbibitâ aquâ ſudoriferâ.*

*Sunt qui Extractum hoc ita miſcent:*

R. *Hujus Extracti* ℥ß.
*Ambræ gr. x.*
♁*nii Diaphoret. fixi* ʒj.

*Miſce. Doſis* ℈j. *Alii addunt Eſſent. Juniperin. &c.*

OBSERVATIO.

Præſtat ſumere aquam Carduibened. Spiritu ⊕li acidulam tactam, eodemq; menſtruo parare Extractum.

## CAPUT XII.
## DE CORNU CERVI PRÆPARATO.

Recip.

COrn. Cervi, idque per ſerram in fruſtula diſſectum; pone in ollâ figulina, non vitreata in fornacem, in qua conficiuntur lateres vel ollæ, ſtetq; in ipſâ, donec album colorem acquirat, poſtea aufer illud & aqua Carduibened. læviga, donec

inſta

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0253-2 DFG

inſtar pollinis fiat, poſtea illine illud in tabulam vitream, quod reſiccatum in ſole vel hypocauſto uſui reſerva.

De

## CORNU CERVI VITRIOLATO.

Aliis, ut *Andreæ Tentzelio*, arridet hæc præparatio cornu *Cervi*, & appellatur Cornu Cervi vitriolatum.

R. Cornu Cervi prædicto modo uſti, vel calcinati, in illudq; inter lævigandum, in lapide porphyrio, ſeu mortario vitreo aſperge Spiritus Vitrioli paulatim tantum, quantum ſufficit, pro conformandâ paſtâ; Ex hac ſubitò ſuper tabulam *ducta, & complanatâ formulæ fiant* quadratæ, vel rotundæ, & qualescunque placuerint, ad modicum calorem reſiccandæ.

### OBSERVATIO.

Miraberis ſanè magnam copiam Spiritus Vitrioli in Cornu Cervi abſorberi, nihilq; tamen aciditatis poſt exſiccationem ſupereſſe: Aliquando pro Spiritu Vitrioli Aqua Theriacalis Camphorata adhibetur, unde amabilem croci colorem acquirit.

### VIRES & USUS.

Vis hujus cornu cervi Philoſophicè præparati eſt ſudores commovere, & per eos omne, quod in corpore morbidum, evacuare. Ergò eſt conveniens Medicamentum.

1. In Febribus.
2. Peſte.
3. Calore præternaturali.
4. Vermes quoque necat.
5. Dyſenteriæ.
6. Morbillis Papulisq; opitulatur.
7. Calculum minuit.
8. *Scabiem curat.*

### DOSIS.

Doſis à ſcrupulo uno ad duos, vel tres in vehiculo convenienti.

De

## MAGISTERIO CORNU CERVI.

Hujus præparatio eſt talis:

*R. Cornu Cervi limati, vel torno in fruſtra minutim confracti* q.v. Affundatur Spiritus Salis, vel ⦶li, & ponatur in locum calidum ad ſolvendum in formam lactis & albicantis liquoris. Solutiones aquâ frigidâ irrigantur. Trajiciantur per chartam bibulam. Spiritus Nitri ſeparetur, & exſiccetur pulvis albicans, ſpongioſus, farinareus, in chartâ Emporeticâ filtri loco relictus.

Alii filtrato *inſtillant* ∘°∘ ♀ri & præcipitant.

### OBSERVATIO.

In Spiritus ſeparatione absq; affuſione aquæ cautè procedendû, ne, quod facilè accidit, Spiritus Nitri,

tri, cum ſoluto cornu cervi flammam concipiat.

### VIRES ET USUS.

Præſtans eſt Diaphoreticum, quod omnes ſordes corporis, per poros ejicit, non ſine magno ægrotantis adjumento. Maximè eſt ejus uſus in

1. Febribus.
2. Peſte.
3. Scabie.
4. Dyſenteriâ.
5. Hydrope.
6. Calculo.

### DOSIS.

*A ℈ß. ad ℈j. in aq. conven.*

### ALIUD:

*R. Cornua raſpata & ſolve in acet. præcipitaq; per oleum 🜿ri vel 🜖li.* Edulcora ablutione cum ▽ Hinc ſiccata ſerventur.

### OBSERVA:

Magiſterium præcipitatum cum °o° 🜿ri flaveſcit, è contra cum oleo aliquo minerali e. gr. 🜖li, evadit candidum.

## ALIA DESCRIPTIO Magiſterii ſeu Extracti Cornu Cervi.

R. *Spiritus Vini, ſpirit.* Vitrioli ana partes æquales. Miſce & affunde raſuræ Cornu Cervini, ut Tinctura extrahatur. Craſſamentum nigrum abjice, & tincturam extractam filtra, rurſusq; menſtrui exhalatione coagula.

Uſus. Diaphoreticum eſt inſigne in febribus malignis, omnibusque aliis morbis, in quibus cornu cervino locus eſt.

## Aliud C. C. Magiſterium in formâ liquidâ

R. *Salis C. C. volatilis,*
*Spiritus Vini ana.*
*Uniantur deſtillando.*

### DOSIS.

*Datur à gut. 5. ad 10. vel 12. Maximum* Diaphoreticum.

## De CORNU CERVI PHILOSOPHICÂ, & ſine igne calcinatione.

*Calcinatio hæc commodè in veſicâ perficitur coctione continuâ,* mediante aquâ dulci, per cujus vaporem cornu in collo veſicæ, quâ parte maximè attingi & penetrari queat, ſuſpenſum, jucundo & miro modo ad perfectam albedinem absq; flammis violentis, vires aliàs exurentibus, (ut in vulgari calcinatione fieri ſolet) calcinatur. Veſicæ autem quarta pars ſit vacua, & ſi inter bulliendum aqua evaneſcit, affundatur alia fervida, usq; dum fumigatoria hæc calcinatio (quicquid enim hac methodo calcinatur, non immeritò per fumigationem calcinatum dici poteſt) penitùs abſoluta fuerit.

### VIRES, USUS, DOSIS.

Cornu Cervi ita præparatum vi ſuâ diaphoreticâ Unicornu æquiparandum; omnibus enim cordis affectibus confert, & contra omnia venena mirificè præſtat; inſuper, morbo Regio, Dyſentericis, Cœliacis, ſangvinem exſcreantibus, veſicæ doloribus, vulvæ fluxione laborantibus &c. prodeſt.

NOTA:

Liquor pro C. C. Philoſ. præparando adhiberi poterit vel aqua ſimplex, deſtillatave appropriata, vel ſuccus decoctumq; medicæ intentioni reſpondens.

Opus hoc eſt fere trium dierum.

*Recentiores faciunt modo compendioſiori, dum coquunt in aquâ* calida ſemper ebulliendo, usq; dum ſatis eſt. Vel in aquâ calcis vivæ, aut lixivio Salis Carduibenedicti.

Modus calcinandi more Philoſophico Keslerianus cent. 3. cap. 26. non negligendus eſt.

## AQUA EX TYPHIS CERVINIS, Leiſchkolben-Waſſer.

R. Cornua Cervi novella ſangvine adhuc ſucculenta, in fruſtula conſcinde, deſtillaq; in MB. aut VB. vel per ſe vel cum pauco vino generoſo, donec omnis liquor extillarit. Aqua hæc eſt decantisſima & in febribus malignis utilisſima.

*Doſis, Cochl. ß. per ſe vel cum Spirit. C. C. gutt. ij. miſta cum Syrupo Citri ſudorem in malignis potenter movet.*

## GELATINA SEU GALREDA C. C.

R. Raſur. vel Limaturæ cornuum, cortice nigro prius amoto, vel osſium C. C. coque vel digere aliquandiu in ▽ commun. ſtillatitiave appropriatâ, hinc coque & filtra calidè, vel exprime per linteum dum calet liquor, & in gelatinam concreſcat albam.

NOTA:

Quod ſi oſſa & cornua nimis dura ſunt, acuari ▽ poterit liquore aliquo acido, nim. Spirit. ⊖l. aceto Deſtill. &c.

*Doſis pro Infantibus* ℈j. *pro adultis* ʒj. ʒij. *vel Cochlear. dimid.*

Diaphoreticum & cordiale eſt in febribus malignis.

Poteſt etiam extractio fieri cum Spiritu Ligni Sancti & Ebeni, & pretioſior eſt.

Alii antequam congelaſcit addunt ambr. gryſ. in aqu. roſar. infuſ. q. v. Tinctur. Cinamom. in vino fact. ʒj. Vel etiam magis compoſitum reddunt, addendo flor. roſar. rad. ſcorzoner. ſem. fœnicul. aniſi, & aliis aromatib.

CAPUT

## CAPUT XIII.

# DE PULVERIBUS BEZOARDICIS.

EX Cornu Cervi Philoſophice præparato quidam conficiunt pulveres Bezoardicos ad varios uſus hunc in modum.

R. C. C. *Philoſ. præpar.*
*Terræ Lemniæ ana* ʒj.
*Sem. Citri excoct.*
*acetoſ.*
*Salis Carduibened. ana* ℈ij.
*Rad. Tormentill.*
*Diptamni.*
*Biſtortæ ana* ʒß.
*Boli Armeni præp.* ʒj.
*Margarit. præpar.* ℈ij.
*Oß. de corde cervi numero* 3.
*Lapidis Bezoardici,*
*Oriental.* ℈j.
*Spec. liberant.* ℈iiiß.
*Ex mixtis fiat pulvis, cujus doſis* ʒß. *vel* ℈ij.

## DOSIS EXTEMPO-RANEA.

R. C. C. *Philoſoph. præpar.* ℈j. *vel* ʒß.
*Salis Carduibened.* ℈ß.
*Lapidis Bezoardici gr.* 6.
*detur cum aqua ſudorifera.*

## ALIUS PULVIS BEZOAR-DICUS EX C. C.

R. C. C. *Philoſoph. præp.* ʒvj.
*Pulveris ſuccini præp. alb.* ʒij.
*Terræ ſigillat. Turcicæ* ʒiß.
*Sem. Citri excoct.*
*Rad. Zedoariæ,*
*Angelicæ ana* ℈iiij.
*Petaſit.* ʒj.
*Sal. Abſinthii,*
*Scordii ana* ʒj.
*Flor.* 🜍*ris ſubl.* ʒij.
*Cort. Citri* ℈ij.
*Fiat pulvis, cujus Doſis à* ℈j. *ad* ʒj.

## ALIUS PULVIS DIAPHO-RETICUS BEZOARDICUS.

R. *C. C. Philoſoph. præp.* ʒij.
*Lapidis Bezoard. orient.* ʒijß.
*Unicornu* ʒj.
*Oß. de cord. cerv.* ℈ij.
*Terræ ſigillat.*
*Boli Armeni veri præp. ana* ℥ij.
*Smaragdi præparat.* ʒiß.
*Rubin.*
*Sapphyr.*
*Hyacynth. Cryſtall.*
*Margarit. coral. rubr. albi.*
*Semin. Citri excort.*
*Cinamomi ana* ʒij.
*Ambræ,*
*Moſchi ana* ℈j.
*Fiat pulvis, cujus Doſis* ℈j. *ad* ʒj.

### VIRES & USUS.

Diaphoretica hæc ſunt ſtupenda & efficaciſſima ſecreta in omnibus

& ſingulis morbis, qui per ſudores curari volunt, nimirùm in
Febribus,
Peſte,
Scorbuto,
Lue Venereâ,
Variolis, Dyſenteria,
Cæterisq; Morbis Epidemiis, & omnis generis imbibito lethali veneno, ut etiam omnibus caſibus, in quibus Bezoardicis & ſudoriferis eſt locus.

## PULVIS BEZOARDICUS alius è C.C.

R. ♁nii *Diaphoret.*
*Sem. acetoſ.*
*Terr. Sigill. ana* ʒj.
*Rad. ſcorzoner.*
*Contrajerv.*
*Doronici Rom. ana* ʒß.
*C. C. ſine igne præp.*
*Sem. Citri ana* ℈ij.
*Corall. rubr. præp.*
*Marg. præpar. ana* ʒß.
*Rad. Diptamni.*
*Tormentill. ana* ℈ij.
*Fiat pulv. ſubtiliſſ.*
*Doſis* ʒß.

ALITER:

R. C. C *ſine ign. præparat.* ʒijß.
*Terræ ſileſ.*
*Boli Armenipræp.*
*Radic. dictamni.*
*Contrayervæ,*
*Tormentill.*
♁ *Diaphoret. præp. ana* ℈j.
*Fol. auri fini, num.* 2.
*Fiat pulvis.*
*Doſis* ʒß. *ad* ʒj.

## DE Pulvere noſtro Diaphoretico Bezoardico.

Hic Pulvis paratur ex ſequentibus:

R. *Terræ ſigillatæ.*
*Boli Armeni præp.*
*Corn. Cerv. uſti præp. an.* ʒiij.
*Rad. Diptamni.*
*Tormentill.*
*Zedoariæ ana* ʒij.
*Sem. acetoſ.*
*Citri excortic.*
*Carduibened. ana* ʒj.
*Lapidis Bezoardici,*
*Camphoræ ana* ℈j.
*Auri Diaphoretici gr.* 18.
*Fiat pulvis ſubtiliſſimus.*

### VIRES ET USUS.

Hic pulvis datur in
1. Febribus.
2. Peſte.
3. Dyſenteria.
4. Variolis.
5. Venenis.

Venenatorum animalium morbus, &c.

### DOSIS.

*Datur à* ʒß. *ad* ʒj. *in aquâ convenienti, & ſpecificâ.*

CAPUT

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0258-0

## CAPUT XIV.

# DE VARIIS SUDORIFERORUM FORMULIS.

HOrum Diaphoreticorum ordine enarratorum, etiamſi non magnus acervus; ſufficiant tamen hæc pauca, tanquam ex multis ſelectiora & præſtantiora: ex quibus, ſi lubeat, medicinæ Tyro infinita alia, ad plurimas medendi intentiones, Diaphoreticorum genera concinnare poteſt hunc in modum:

R. *Salis Abſinthii* ʒj.
*Tartari ⊕lati* ℈ij.
*C. C. uſt. præparat.* ℈j.
*Mercurii Diaph. gr.* 8.

*Fiat pulvis, detur in pyxide lignea vel charta. Signetur pulvis duabus vicibus vel tribus in convenienti vehiculo ſumendus.*

ALIUD EXEMPLUM:

R. *🜿ri ⊕lati* ℈iiij.
*Salis Abſinthii.*
*Carduibened. ana* ℈ijß.
*Sacchari candi albi* ℈j.

*Miſceantur, & dentur tribus vicibus.*

ALIUD:

R. *Aqu. Carduibened.* ℥ij.
*Acetoſæ* ℥j.
*Spiritus 🜿ri gut. x.*
*♀ris gut.* 5.
*Salis Abſinthii* ℈j.
*Carduibened.* ℈ß.
*C. C. uſti præpar. gr.* 7.
*Syrup. acetoſ. citri* ℥j.

*Fiat potio Diaphoretica.*

ALIUD:

R. *Aqua Acetoſ.*
*Scordii ana* ʒiß.
*Salis Carduibened.*
*Abſinthii ana* ℈j.
*Chamomill.* ℈ß.
*Syrup. de Carduobened.* ℥j.

Fiat mixtura. Sign. Potio præſtans ad omnia Febrium genera.

ALIVD.

R. *Pulv. Diaphoret. noſtri*
C. C. *uſti præpar. ana* ℈j.
*Sulphuris aurat. Diaph.*
*Salis Carduibened. ana* ℈ß.
*Margarit. præp. gr.* 8.

Miſceantur & dentur duabus vicibus in aquâ Carduibened.

ALIUD:

R. *Aqu. Veronicæ,*
*Acetoſæ ana* ℥ß.
*Spiritus Theriac.*
*Camphorat.* ℈ij.
*Carduibened.*
*Abſinthii ana* ℈ß.
*Mercurii Diaph.*
*Solaris gr.* 2.

 Fiat

Fiat potio ad Febres, Scabiem, Pleuriſin,&c.

ALIVD.

R. *Etracti Theriacæ* ℈ij.
*Rad. Angel.*
*Carduibened. ana* ℈j.
*C.C. uſti præp.*
*Spec. liberantium ana* ℈ß.

*Fiant pilulæ inſtar piſorum, quarum Doſis non excedat* ℈j. *vel* ʒß.

ALIUD.

R. *Spiritus Theriacal. camphor.*
*Tartari.*
*Carduibened.*
*Abſinthii ana* ʒß.
*Salis abſinthii,*
*Carduibened. ana* ℈ß.

*Miſceantur invicem & detur* ʒj. *in aqu. Sambuc.* ℥ijß. *horis matutinis in Hydrope.*

Aliud.

R. ☿*ri* ⊕*lati* ℈ijß.
*Salis abſinthii,*
*Chamomillæ,*
*Carduibened. ana* ʒß.
*Pulveris lithontrib.* ℈j.

*Miſceantur,& detur* ʒß *in aqu fænic. & Carduibened. ana* ℥iß.

Aliud.

R. *Rob. Sambuc.* ℥ß.
*Extract. Theriac.*
*Carduibened. ana* ℈j.
*Salis abſinthii,*
*Chamomillæ ana* ℈ß.
*Turpet. mineral. Diaphoretici gr. 4.*

*Commiſceantur invicem & dentur* ℈iiij. *vel per ſe, vel in vino tepido, vel alio vehiculo.*

Aliud.

R. *Diaphoret. Paracelſi* ʒij.
*Spiritus Theriacal. campb.* ʒjß.
*Tartari* ʒß.
*Abſinthii,*
*Carduibened. ana* ℈j.

Fiat mixtura, ex qua capias ʒj. in vehiculo, ad morbum curandum apto.

Aliud.

R. *Aqu. Artemiſ.*
*Chamomill. ana* ℥iß.
*Spiritus Theriacal campb.* ʒjß.
*Salis abſinthii* ℈j.
*Chamomillæ,*
*Artemiſiæ ana* ℈ß.

Fiat potio ad retenta menſtrua commovenda.

Aliud.

R. *Extract. Theriacæ ſcrup. I.*
*Salis abſinthii,*
*Carduibened. an. ſcrup. ſem.*
*Syrup. acetoſ. Citri* ℥j.
*Aqu. acetoſ.* ℥iß.
*Aceti ſcordii* ʒj.

Diſſolvantur Extracta, & Salia, & dentur.

Aliud.

R. *Extract. Theriacæ,*
*Salis Chamomillæ,*
*Abſinthii,*
*Pulveris Diaphoret. noſtri an. ſcrup. ſem.*

*Mercu-*

*Mercurii Diaphoretici ſolaris gr.* 2.
*Magiſter. perlar.*
*Corall. ana gr.* 4.
*Sacchar. roſar.*
*Syrup. acetoſ citri ana* ℥ſs.
Fiat Electuarium ſudoriferum, unâ vice capiendum.

Aliud.

R. *Spec. liberant.* ʒij.
*Corall. præparat.*
*Margarit. præpar ana* ℈ſs.
*Flor.* ♎*ris* ʒſs.
*Theriac. Andromach.* ʒj.
C. *Syrup. acetoſ. citr. F. Electuar. Doſ.* ʒß. *in aquâ Scabioſæ in peſte & Sudore Anglico.*

Aut:

R. *Elect. Diaſcord. Fracaſtor.* ʒij.
*Bezoartic. mineral. gr. x.*
*Salis* C. C *Volatil. gr.* iij.
*Sacchari parum F. Bolus.*

Aliud.

R. *Extract. junip.* ʒiij.
*Rob. ſambuc.* ℥ſs.
*Extract. Theriacæ,*
*Mithridatii ana ſcrup. ſem.*
*Salis abſinthii,*
*Juniper.*
*Chamomill.*
*Card. bened. ana gr.* 6.
*Spir. ſambuci,*
*Rotul. manus Chriſti,*
*perlat. an. ſcrup.* 4.
*Conſerv. Citri* ʒj.
*Syrup. Citri q. ſ.*

Miſceantur exactè. Eſt ad promovendos menſes & Scabiem curandam valdè utile Medicamentum.
*Doſis* ʒij.

Aliud.

R. *Aqu. Carduibened.*
*Scabioſ.*
*Fumariæ ana* ℥j.
*Extract. Theriac.*
*Salis Abſinthii,*
*Juniper.*
♀*ri* ⊕*lat. ana ſcrup. ſem.*
*Spiritus Tartari gut.* 5.
*Syrup. de Cortic. Citri,*
*Rotul. manus Chriſti,*
*Perlat. ana* ℥ſs.
Invicem miſceantur, & dentur unâ vice ſcabie laboranti.

Aliud.

R. *Aqu. Card bened.* ℥iiiſs.
*ſambuci* ℥jß.
*Rob. ſambuci* ʒjſs.
*Antimon. diaphor. gr.* 7.
*Miſce. ſign. Potio ſudorifera.*

VEL:

R. *Aqu. fumar.* ℥iij.
*Card. bened.*
*Scabioſ.*
*ſambuci ana* ℥j.
*Spiritus ſambuci* ʒſs.
*Tartari gut.* 10.
*Rob. ſambuci* ʒjß.
*Salis fumariæ ſcrup. ſem.*
*Miſce. ſign. Hauſtus ſudorifer.*

VEL:

*R. Pulv.*

℞. *Pulv. ſem. Card. bened.*
*Card. Mariæ ana ſcrup.* ſs.
*♁nii diaph. gr.* 7.
Salis *Card. bened.*
*Fumariæ ana gr.* 6.
*ſacch. candi* ʒj.
*Fiat pulvis pro Doſi una.*

VEL:

*R. Bezoardic. mineral. gr. viij.*
*♁ Diaphoret. gr. vj.*
*⊙ fulminant. legitimè edulcorati à ſalibus gr. ij.*
Magiſter. *C. C. gr. vij.*
*Fiat pulvis ſign.* Schwitz-Pülverlein *in* Scabioſen oder Zimmet-Waſſer zu nehmen.

SIMILITER:

*R. C. C.* Philoſ. *præparat.* ℈ſs.
*Ceraunogryſ. gr. iij.*
*M. F. Pulv. hydroticus in hydrope.*

VEL:

R. *Bezoard. mineral. antimonial.*
*♀ris aurati gr. ij.*
*C. C.* Philoſoph. *præpar.*
*Laudan. opiat.*
*Extract. theriac. an. gr. j.*
*Mixtione factâ diligenti.*
S. Schweiß-Pülverlein. *ante Paroxyſmum febrilem.*

AUT:

*R. Flor. ✻ coralliſ.* ℈ſs.
*In charta, ſign.* Schwitz-Saltz.

VEL:

*R. Salis C. C. volatil. gr. vij.*
C. C. *Philoſoph. calcinat.* ℈ſs.
*In charta* S. Schwitz-Pulver.

ALITER.

*R. Salis viperar. gr. vij.*
*C. C. Philoſ. præpar. gr. viij.*
*In charta datur pro valido ſudore D. horis matutinis in vino.*

## Pulvis Diaphoreticus in Scorbuto Dn. D. Möllenbroccii.

*R. ♁ Diaphoret.* ʒj.
*C. C. ſine △ præparat.* ʒiſs.
*Bezoardic. ♂* ℈j.
Mercurialis ℈ſs.
*Mineral. ſimpl. gr. xv.*
*Lapid.* Bezoard. *or. v. gr. viij.*
*Fol. aur. N. ij.*
*M. F. pulvis. D. in charta & ſign.* Schweiß-Pulver.
*Doſ.* ℈j. *in aq. antiſcorb. Dorncreil. vel Frommanni.*

VEL:

R. *♁nii diaphoret. ſcrup. 1.*
*Pulv. flor. ſambuc. gr. 6.*
*Ligni Guajaci gr. 4.*
*Rob. ſambuci* ʒiiſs.
*Miſc. Sign.* Schwitzung.

VEL.

*R. Ligni Guajaci* ʒij.
Saſſafras. ʒj.
*Radic. chinæ* ʒſs.
*Sem. Card. bened.* ℈j.
*Fraxini,*
*Viticis ana* ℈ij.
*Coque ad* ℥vj. *in ſufficienti aquæ quantitate, adde*
Salis *fumariæ* ʒſs.

*Detur*

*Detur in fictili. S.* Schweiß-Tränck-lein auff 2. mal.

Vel.

℞. *Theriacæ* ʒß.
*Extract. ligni ſancti* ℈ß.
*Salis abſinthii gr. 8.*
*Miſce. Sign.* Schwitzunge auff 1. mal.

Vel.

℞. *Extract. ligni ſancti gr. 24.*
*Conſerv. borrag.*
*Bugloſſ. ana* ʒij.
*Theriacæ* ʒj.
*Ol. Citri gut. 2.*
*ſacchar. Candi alb. parum.*
*Fiat bolus. S.* Schwitz-Lattwerge auff drey mal.

Vel.

℞. *Salis abſinthii,*
*Card. bened.*
*Centaur. minor. ana* ℈ß.
*ſyrup. de ſcordio,*
*Card. bened. ana* ℥j.
*Magiſterii C. C.*
*Lapidis Bezoardici an. gr. 11.*
*Spir. ⊖li gut. 4.*
*ſambuci* ʒiß.
*Miſce. S. in vaſculo mundo* Schweiß-Safft auff zwey oder drey mal.

VEL SIC:

℞. *Extract. card. bened.*
*Fumariæ ana* ℈ij.
*Diſſolvantur in aqua fumariæ & ſambuci ana* ℥j.
*Extract. Mithridatii gr. 3.*
*M. S.* Schweiß-Träncklein auff zwey mal.

VEL.

℞. *Herb. acetoſ.*
*ſcabioſ.*
*fumariæ,*
*ſcordii ana p. 2.*
*Aqu. fontan. q. ſ.*
*Colatur. R.* ℥iij. *adde*
*Extract. card. bened.*
*Ligni ſaſſafr.*
*fumariæ, ana* ʒß.
*ſacch. candi* ℥ß.
*M. S.* Schweiß-Träncklein auff zwey mal.

VEL:

℞. *Raſur. lign. ſaſſafr.* ʒij.
*Rad. chin.* ʒj.
*Herb. ſcord.*
*ſcabioſ.*
*Fumar. ana p. 1.*
*aqu. card. bened. fumar. an.* ℥vj.
*Spir. 🜍ris* ℈j.
*Tartari* ʒß.
*Ligni guajac.* ℈iiiß.
*Coque. Colatur. adde*
*Syrup oxyſ. ſ.* ℥j.
*M. S.* Schweiß-Träncklein *pro tribus vicibus.*

VEL:

℞. *Raſur. ling. Guajac.* ʒj.
*ſaſſafr.* ℥ß.
*rad. Chin.* ʒiß.
*Aqu. fluviat.* ℥iii.
*Coque & colatur. adde*
*Syrup. acetoſ. citri* ℥ß.
*Cinamomi* ℥ß.
*M. S.* Schwitz-Waſſer auff ein mal.

VEL:

R. Theriac. vel Mithridat. ʒß.
Extract. ligni ſanct. ℈ß.
ſalis abſinthii,
Fumar. ana gr. 5.
Conſerv. borrag. ℥ß.
M. ſign. Schwitz-Zucker auff 1. mal.

VEL.

R. Raſur. lign. Guajac. ʒij.
ſaſſafr. ʒj.
rad. chin. ʒiß.
Sem. Card. bened. ʒß.
Card. Mar.
Fraxin. ana ℈ij.
Coqu. in ſ. q. aquæ. ad ℥iij. adde
Salis abſinthii,
Fumar. ana ℈j.
Detur in fictili. S. Schweiß-Tränck-lein auff zwey mal.

VEL:

R. Raſur. lign. ſanct. ℔ j.
Cortic. ejusdem ℥iiij.
Rad. chinæ ℥ij.
Sarſaparill.
Lign. ſaſſafras ana ℥iß.
Paſſul. minor. ℥ iiii.
rad. ſcorzoner.
glyzyrrhiz. ana ℥j.
Coque in aqu. fontanæ ℔. xvj. ſ. a. in ollâ novâ vitreatâ ad conſumptionem medietatis Doſ. ℥vj. horis matutinis & veſpertinis. ſign. Schweiß-Tranck.

VEL.

R. Remanentiam priorem
Paſſul. minor. ℥vj.
Jujubar. num. xxx.
Glyzyrrhyz. ℥iiij.
Aromatiſentur Cinamomo modico & ſaccharo ad gratum ſaporem, pro potu ordinario. ſign. Tiſch-Tranck.

VEL:

R. Extract. ligni ſancti gr. 25.
Card. bened.
Mithridatii ana ſcrup. 1.
Conſerv. citri,
Syrup. d. cortic. citri ana ℥ß.
Magiſt. C. C. gut. 4.
Spir. Tartari gut. 5.
M. ſign. Mixtur zum Schweiße/auff 3. oder 4. mal.

VEL:

R. Aqu. Card. bened. ℥j.
ſcordii,
fumariæ ana ℥ß.
Spir. C. C.
Tartari,
Aqu. Theriacalis camphorat. ana ſcrup. 1.
M. ſign. Schwitz-Wäſſerlein.

VEL:

R. Aqu. Card. bened. ℥iß.
Fumar.
Centaur. minor. ana ℥ß.
Spir. citri
Zedoariæ ana ſcrup. 1.
♀ris gut. vj.
ſambuci ſcrup. ſem.
Syrup. acetoſ. citri ℥ß.
M. in fict. ſign. Schwitz-Waſſer.

VEL:

R. Aqu. Cuſcut. ℥j.

ſcabioſ.

ſcabioſ.
fumar. ana ℥ß.
Spiritus ſambuci ʒj.
Lapidis Bezoard.
Salis abſinthii.
rutæ ana gr. 4.
M. ſign. Schwitzunge,

VEL:

R. Aquæ ſcordii,
rutæ,
ſambuc. ana ℥ß.
Salis abſinthii ſcrup. 1.
Rob. ſambuc. ʒij.
Salis Sambuci gr. 3.
M. ſign. Schwitz-Wäſſerlein. in Eryſipelate.

VEL:

R. Spir. ♀ri ſcrup. 1.
Salis abſinthii,
Perlar.
Corall. ana gr. 4.
C. C. Phil. præp. gr. 5.
Aqu. Card. bened. unc. 1.
ſcabioſ.
Abſinthii ana ſemiunc.
Rotul. man. Chriſt. perl.
Syrup. d. cortic. citri ana ſemiunc.
M. ſign. Schwitzunge pro una vice.

VEL:

R. Aqu. ſcorzoner.
Centaur. minor.
Card. bened. an. ℥ß.
Theriacal. ℥j.
Extract. ſcord. ℈ß.
Syrup. acetoſ. citr. ℥ß.
Miſtur ſimpl. gutt. x.
M. F. Potiuncula.

VEL:

R. Extract. rad. contraxerv. ℈ß.
Syrup. ſcord. ℥ß.
Aqu. ſcorzoner. ℥j.
ſign. Schwitz-Tranck.

SIC:

R. Mixtur. ſimpl. ʒj.
Syrup. ſcord. ℥ß.
Aqu. Carduibened. ℥j.
M. ſign. Schwitz-Wäſſerlein auff 1. mal warmlecht zu geben.

VEL SIC:

R. Rob. Sambuc. ʒij.
C. C. uſt. & philoſophicè præparat. gr. 7.
Tartari albi vitriolat.
Salis Juniper.
Abſinthii ana gr. 4.
Spiritus Juniper. ſcrup. 1.
Salis gut. 2.
Aqu. Scabioſæ, unc. 1.
Veronicæ,
Fumariæ ana ſemiunc.
Fiat hauſtus ſudorif. pro Scabie.

ALITER:

R. Sem. Naſturtii ſcrup. 2.
Raphani,
Carduibened. ana ſcrup. 1.
Contundantur probè, & infundantur in aqu. Fumariæ unc. 2. per horas aliquot. colaturæ adde
Spiritus Tartari ſcrup. ſem.
Tartari albi ⊕lat. gr. 5.
Spiritus Salis gut. 3.
Flor. ſambuc. ſcrup. ſem.
Syrup. acetoſ. citri
d. limon. ana ſemiunc.
In Variol. vel Scabie.

## CAPUT XV.

# DE QUIBUSDAM OBSERVATIONIBUS IN CIENDO SUDORE SCITU NECESSARIIS.

Cùm in exhibitione Medicamentorum, præſertim Diaphoreticorum circumſpectè agendum ſit, (Medicamentum enim niſi dextrè adhibeatur, & in ipſius uſu tempus, ætas, ſexus, natura, conſvetudo, vel aliæ circumſtantiæ diligenter conſiderentur à Medico, ipſum parum prodeſſe, multùm verò nocere experientia compertum eſt) hinc facere non potui, quin hîc auctarii quaſi loco circa ſudorem ciendum & *medicamentorum ſudoriferorum exhibitionem*, *hæc ſequentia ob*ſervanda & notanda lectori *obji*cerem.

1. Sudores non ſunt provocandi, niſi corpore probè evacuato.

2. Calidis, & Bilioſis Diaphoretica, præſertim quando valdè calida, minus conveniunt, cùm ex ipſorum uſu Epatis inflammatio, & totius corporis extenuatio ſequi poſſit.

3. Diligenter attendendum, ne ſimus nimii in ſudore provocando. Sudor enim, ſi nimis copioſus ſit, vires valdè labefactat, corpus exſolvit, & tabefacit. Quapropter ſæpiùs mediocriter ſudores movere, commodius eſt, quàm uno, qui modum excedat, vires proſternere. Hinc multum aberrare videntur ii, qui dicunt, ægrum graviſſimo morbo laborantem oportere, ſtragulis undiquaque tectis ad horas 4. vel 5 continuè ſudare, *ubi tamen binas* ad ſummum horas, pro una vice ſudare, ſufficere, natura & experientia docent.

4. A ſudore horror non bonum.

5. Sudores ſaluberrimi cenſentur in omnibus acutis morbis, ſi in diebus decretoriis oriantur, febremq; *finiant, aut ubi toto corpore æqua*liter inſudante æger morbum faciliùs ſuſtinere videtur. Contra inutiles, qui id efficere non valent.

6. Sudorum omnium peſſimi ſunt frigidi, & ubi caput duntaxat & facies, aut cervix inſudat, quippe qui in acutâ quidem febri mortem, in mitiore verò morbum diuturnum ferè ſignificant.

7. Quâ corporis parte ſudor, ibi morbus.

8. Sudor multus per ſomnium factus, copioſiore cibo corpus uti ſignificat. Quòd ſi parcius epulanti hoc accidat, vacuatione indigere, ſciendum eſt.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0266-5
DFG

9. Sudor multus calidus, aut frigidus ſemper fluens, humiditatem in robuſto quidem supernè, imbecilli verò infernè vacuandum eſſe demonſtrat.

10. Sudores in diebus judicatoriis ſi fiant, periculoſi, præſertim qui ex fronte tanquam guttæ & fiſtulæ ſalientes pelluntur, frigidiq; valde atq; multi; neceſſe eſt enim talem ſudorem multâ vi & labore, & longâ expresſione exire.

11. Sudor non eſt provocandus, donec corpus probè ſit evacuatum, hoc eſt, in declinatione.

12. Quando aliquis ſudat immodicè, tùm ſudor nequaquam frigidis abſtergatur; *ſic enim pori obſtruuntur, ut nihil ſudoris ampliùs ſuccedere posſit.*

13. Quidam lento ſudore madeſcunt, & hoc fit ob nimiam ſangvinis tenuitatem ac pororum raritatem.

14. Quotiescunq; ſudaverint tunicati, maximè graciles, expedit mutare tunicam, ne córpus lædatur infrigidato ſudore.

15. Quæ dantur in forma ſolida, ut ſunt pulveres variorum generum, ad ſudandum, non citò operantur, ergò ipſis liquida, ut ſunt aquæ aliiq; liquores, meritò præferenda, utpotè res, quæ minus concoctione & digeſtione in ventriculo indigere ſoleant.

16. Quibuscunq; ſangvis phlegmaticus, & viſcera naturaliter ſunt calida & robuſta, his phlegmatica ſuperfluitas ad cutim copiosè propellitur, & candida morphæa ſæpiùs maculatur. Hoc autem illis præcipuè contingit, quibuscunq; crebrò ſub veſtibus ſudor concluditur.

17. Sudor multus frigidus calidusve, ſemper fluens; frigidus graviorem, calidus minorem morbum ſignificat.

18. Patiens facto per Diaphoreticorum aſſumtionem, ſufficienti ſudoris elicio, retecto ſeu aperto, in quo recumbit lecto, non nudum corpus aëri frigido objiciat; ſed lin*teis moderatè calidis & ſiccis, ſudorem undiquaq; ab omnibus cor*poris partibus blandè abſtergendo, quietè in lecto novis lodicibus conſtrato, ſe contineat, omnemq; auræ frigidæ appulſum vitet.

19. Non durante, vel peracto ſudore, ſi ægrotantium vires forte fatiſcant, easdem cordialibus Medicamentis reſtaurare non negligamus.

20. Tempus aptisſimum eſt ſudores commovere, niſi necesſitas aliud imperet, quando *cibus concoctus* eſt. Sudor enim *ſi provocetur* crudis humoribus *in venis* hærentibus ii in *univerſum* corpus rapiuntur, unde *plurima* mala ſequi posſunt.

21. Omnium optimum autem tempus eſt nocturnum, utpote ubi calor internus concentratus fortior eſt, externus debilior.

22. Sudor in iis qui ad ſudandum non ita proclives ſunt, provocari poteſt in hypocauſto calido, vel ſtufa ſudatoria, beneficio vaporũ, ex vino vel decocto ſudorifero ſilicibus ignitis aſperſo excitatorum. Alii Spiritum Vini carbonibus aſpergunt. Sic Lotichius conſil. or. lib. j. obſerv. 15. c. j. modum facillimè ſudandi habet in cupâ, quem adhibuit in Duce Franciſco Carolo Saxo Lauenburgico, cum Anno 1631. Menſe Jun. Hamelii à Cæſareanis *captivus detineretur, & febri duplici tertiana corripiretur. Hic enim* exhibito ſudorifero ingreſſus eſt cupam bene contectam, capite ſaltim exſerto. In hâc poſitâ erat patella vel ſcyphulus argenteus unus (vel plures) in cujus fundo erant grana juniperi contuſa, & his ſuperni fundebantur Spiritus Vini ter à phlegmate optimè ſeparati aliquot unciæ, accendebaturq́; è papyro. Si materia combuſtilis deficit, aut extingvitur aliàs, nova ſubſtitui poteſt.

Sed cavendum, ne liquor accenſus effundatur, aut nimis exſuperet, alioquin periculo rem non carere præmonet.

Optimus enim Princeps Philippus Landgravius Haſſiæ illo genere banei *Buzbachii non ita diu* ſuffocatus dicitur.

23. Ambr. Paræus ad movendos ſudores teſtaceas lagenas aqua calidâ plenas lateribus & fæmorum in terſtitio ſubmittit. Quidam panes è furno calidos cum Spiritu *Theriacali Camphorato cordi vel umbilico applicant. Nonnulli* plantis pedum vel hypochondriis imponunt lateres ignitos linteis involutos, vel veſicam bubulam aut ſuillam aquâ ferventi impletam. Vid. Walæum m. m. p. 67. inprimis autem Tenzelinm exegeſ. Chymiatr. ſect. 5. de mantello ligneo ſudorifero.

# PARS IX.
## DE
# CONFORTATIVIS VARIIS,
## RARIORIBUS & PRÆCIPUIS.

AD finem feliciter perducta parte octavâ, in qua abundè ſatis de Diaphoreticis diſſeruimus, ſupereſt tandem, ut quemadmodum ordo hujus Tractatûs poſtulat, varios quoque, atq; probatos modos præparandi, elaborandique CONFORTATIVA ad Medicum uſum imprimis accommodatos feliciter tradamus & annectamus. Etſi autem varia atque infinita penè Præparationis genera medicamentorum confortativorum à Spagyris hactenus inventa atque excogitata fuerint, nec etiamnum hodie multi induſtrii deſint artifices, qui ſagacisſimi ingenii vi, ſeu adminiculo ſubinde plures novasq; indagent & rimentur Confortativorum Formulas: Nos tamen ex omni numero, non niſi paucas quasdam, easque quidem ſecretiores præparationes, partim ex Authenicorum quorundam Authorum ſcriptis ac monumentis publicis mutuatas ac depromptas, partim verò ex ſecretis non nullorum præſtantisſimorum Chymicorum codicibus manuſcriptis excerptas ac deſcriptas, partim etiam à nobismet ipſis experientiâ (abſit omnis jactantia) propria ita cognitas, elaboratas ac perſpectas, ordine nunc ſubjiciemus.

## *CAPUT I.*

## DE AQUA CONFORTATIVA PRETIOSA.

℞. *Aquæ Carbuncul.*
(cujus deſcriptio extat in libro Medico Gabelkof. pag. 390. part. 5. apud Sennert. Schröderum, pasſim, & paulo poſt pag. ſeq.)
*Cinamomi,*
*citri.*
*Aqu. vitæ mul. ana ℥iij.*
*In his diſſolv.*
*Confect. alkeker. ʒiij.*
*Mag. Perlar.*
*Corallor.*
*Hyacynth. ana. ℈j.*
*Benè omnia hæc agita, & per chartam bibulam transcolata uſui repone.*

VIRES & USUS.

Aqua hæc eſt præſtantisſima, corroborans omnes corporis facultates. Nam reficit Spiritus tàm vitales, quàm animales & naturales. Conducit univerſis cerebri affectibus, ut Apoplexiæ, Epilepſiæ: Cor corroborat mirificè, ejusque defectioni & Palpitationi medetur? Ventriculum faſtidientem corrigit, & ad priſtinum ſtatum reducit. Tabidis, Tusſientibus prodeſt, ſubvenit Lienoſis, Epaticis, Podagricisque, eos qui à longo morbo debiles adhuc ſeſe

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0269-4

ſeſe recolligunt, roborat, lætitiam & gaudium gignit, totumque corpus incorruptum conſervat & cuſtodit.

DOSIS.

*Datur à cochleari uno ad duo, vel per ſe, vel in alio vehiculo.*

OBSERVATIO.

Aqua hæc non diu durat, ergò ejus non magna copia una vice præparanda.

## De AQUA CARBUNCULI quæ ſub nomine Maximiliani Imperatoris circumfertur.

℞, *Flor. Roriſmarin. ſeu Anthos*
*Lilior. convall.*
*Violar. Martial.*
*Borragin. ana ℥vj.*
*Herb. Majoran.*
*Salviæ minor.*
*Lavendul. ana ℥iij.*
*Menth. rubr. ℥j.*
*Nuc. moſchat:*
*Zingiber.*
*Mac.*
*Caryophyllor.*
*Cinamom.*
*Cardamom.*
*Granor. Paradiſ.*
*Cubebar.*
*Galangæ*
*Bacar. juniper.*
*Viſc. quern.*
*Corylin,*
*Sem. poeon. excortic.*
*Raſur. C. C. an. ℥j.*
*Incidantur & infund. in Vini Malvatici ℔. iiij.*
*Aqu. Lavendul.*
*Roſar.*
*Fragor.*
*Spic. an. ℔iij.*
*Vini alb. Generoſ. ℔ij.*
*Stent in Infuſione per menſem in loco frigido, poſtea adde.*
*☉ foliat.*
*Margarit.*
*Oſſ. de C. C.*
*Lapid. peccar. an. ℥ß. alij ʒß.*
*Moſch. ℈ij. vel q. v.*
*F. s. a. deſtillatio. in* MB.

Verum cum ☉ margaritæ, lap. Percarum, Oſſ. de C. C. & ſimilia deſtillationi non ſubjiciantur, ſed potius id quod pretioſiſſimum eſt, cum fecibus abjiciatur; Itaque horum ſolutiones aquæ jam deſtillatæ addere ſatius eſt. Aurum verò foliatum ornatus & ſplendoris gratia imponatur.

Uſus hujus aquæ ſpirituoſæ internus frequens eſt, in aquis cordialibus ac cephalicis: miram n. vim habet ſpiritus vitales, animales ac naturales ſuſcitandi, calefaciendi, viſcera omnia & præcipue nervoſum genus corroborandi; extrinſecus ibidem uſus & creber ejus in Epithematibus

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0270-6

matibus cordialibus ac pulſuum, in catharris frigidioribus, Paralyticis membris, cephalalgiâ, &c.

De
## AQUA CAPONIS.

℞. *Caponem, abſcinde caput & pedes, exenteretur, & pingvedo removeatur. Incidatur minutim & affundantur.*

∇ *Bugloſſ.*
*Borragin.*
*Cortic. citr.*
*Cichor.*
*Acetoſ.*
*Roſar. an. q. s.*
*Flor.* Stechad. *Arabic.*
*Anthos*
*Bugloſ.*
*Borragin. an. P. i. vel iij.*
*Santal. alb.*
*Citrin. an.* ℨj.
*Macis* ℨß.
*Croci* ℈j.
*Spec. diamargarith. frigid.*
*Diatrion ſantal. an.* ℨß.
*Cinamom.* ℥ß.
*Pomor. Citri num. iij.*
*Vini* Malvatic. *vel Rhenan. q. ſ.*
F. *Deſt. ſ. a. Doſis à* ℥ß. *ad* ℨvj.

Monet tamen Dn. D. Sennertus Inſt. Med. & cum ipſo Dn. D. Zvvelfer Palatinus animadverſ. in Pharmacop. Auguſtan. p. mihi 289. animalia vel ad totalem ipſorum exſiccationem deſtillata, nil præter aquam quandam elementarem emittere.

De
## AQUA MIRABILI AD COLLAPSAS VIRES.

℞. *Vini* Malvatici, *vel Rhenani lib. 3.*
*Flor.* R*oſmarin.*
*Bugloſſæ,*
*Borragin.*
*Roſar. ana M. j.*
*Cort. Citri ſicc.*
*Ligni Aloes ana ſemiunc.*
*Cinamomi unc. j.*
*Fiat deſtillatio ſecundùm artem.*
℞. *Hujus deſtillatæ aquæ lib.* iß. *in eademq; diſſolve.*
*Confectionis Alkekerm. ſemiunc.*
*Ambræ Gryſeæ* ℨj.
*Mixta uſui reponas.*

### VIRES & USUS.

Aqua hæc non minùs, ut præcedens eſt admirabilis ad collapſas vires reſtaurandas, & ſpiritus vitales corroborandos & reficiendos, quæ Elixiri vitæ non immeritò æquiparanda. Hinc deliquio cordis ſubvenit; contra palpitationem cordis remedium eſt præſentiſſimum; ventriculo imbecilli, aliisque nutritioni inſervientibus inſtrumentis ſuccurrit; Epati, Lieni, & iis, qui Phtiſi laborant, aliisq; deploratis affectibus auxiliatur; Senibus & qui invalidi femoris, virilitatem amiſſam potenter

tenter reſtituit. Hac & ejus generis aliâ ægrotantes jamjam morituros, magnâ adſtantium admiratione, quaſi è ſepulchro ſæpiſſimè revocatos memini.

DOSIS.

*A cochl. uno ad duo.*

OBSERVATIO.

In morbis calidis poteſt temperari vel ſpiritu, vel aqua roſarum, vel alio vehiculo refrigerante.

Huc etiam referendum Elixir vitæ Matthioli ſup. lib. 5. Dioſcor. c 7. pag 907.

Item Aqua vitæ Langii in diſpenſatorio Auguſtano, pag. 214.

Item Aqua Vitæ aurea ex Millefolio Tabernæmontan. l. 1. Herbar. c. 29. pag. 388. H.

Aqua item vitæ compoſita Ulſtadii in cælo Philoſophorum. pag. 338. & ſeqq.

Sic etiam efficaciſſimum & reconvaleſcentium, & imbecillium ſenumq; reſtaurativum Medicamentum, ſitisq; haud vulgare ſedativum hoc modo parabis.

R. *Spiritus Vini Alcooliſati & Tincturæ vel Roſarum vel Florum tunicæ impregnati* ℔. 1.
*Sacch. cum ſpirituRoſar. ſoluti.* ℔ 1.
*Extract. confect. Alchermes unc.* ſs.
*Liquoris auri ſcrup.* 1.
*moſchi,*
*ambræ ana gr.* 10.
*Miſce in pelicano, ad ſuum tempus circula, filtra, uſui repone.*

Sic R. *Flavedinis cort. citr. rec.* ℔ j. *in mortario lapideo probè tundantur: affunde ſpiritus vini communis* ℔ vj. *macerentur* 24. *horis, mox lento igne per veſicam deſtillentur: Deſtillatum additis novis corticibus poſt macerationem, lento balnei calore deſtilletur. Huic adde tincturam croci & Elixiris proprietatis Paracelſi q. ſ. Habes inſigne Elixir ad peſtem, morboſq; contagioſos, & cordis roborationem. Doſis manè cochlear* 1. Claudius Deodatus *l.* 2. *Panthei Hygiaſtic. c.* 16. *pag.* 160. *a.*

## AQUA VITÆ VITAM prolongans.

R. *Cinamomi El.*
*Cubebar.*
*Galang.*
*Garyophill.*
*N. Moſcat.*
*Zingib. ana unc.* iij.
*Salviæ* ℔ſs. *unc* ij.
*Hæc omnia macera in* ℔ij. *unc.* iiij. *Aqu. vitæ opt. & circulatæ & deſtilla.*

Hâc aquâ M. Gallus, Caroli V. Imperat. Medicus uſus, vixit annos 129. Ranzovius.

## De AQUA VITÆ RESTAURANTE.

Pro iis, qui ob fortunam tenuiorem ſumptuoſa Medicamenta comparare ſibi non valent, poteſt talis aqua vitæ reſtaurans præparari.

R. *Vini*

R. *Vini boni Rhenani vel alterius temperati lib.* iiiß.
*Cortic. citri ſicc.*
*Fol. Meliſſæ,*
*Ocymi.*
*Flor. borrag.*
*Bugloſſ.*
*Anthoſ. ana* M. ß.
*Cinamomi acut. unc.* 1.
*Macis* ℥ij.
*Spec. Diamargar. frigid.*
*Diarrh. Abbat. ana* ʒiij.
*Ligni Aloes,*
*Santali alb. ana* ʒiß.

Inciſa & contuſa indantur vitro benè clauſo, & agitentur quotidiè aliquoties. Poſtea deſtillentur.

### VIRES ET USUS.

*Hæc Aqua vitæ eſt cordiale excellens,* quod priori ad collapſas vires in operatione & temperaturâ, quàm proximè accidit. Nam corpus ſanum conſervat, læſum priſtinæ ſanitati reſtituit. In confortatione cerebri, memoriæ & cordis conducit. Contra Tabem, Ariduram & Marcorem ſenilem datur: Fortificat humidum vitæ & naturam in omnibus membris. Contra tremorem & pulſationem cordis, item animi deliquia exhibetur. Fætum in utero fortificat. Convaleſcentes ex longis morbis mirificè reficit, multisq; aliis affectibus medetur.

### DOSIS.

*Datur à cochl.* j. *ad duo vel plura.*

## De ALIA AQUA VITÆ RESTAURANTE.

R. *Cinamomi elect.* ℥ij.
*Flor. Borrag.*
*Roſar.*
*Anthoſ.*
*Lilior. Convall.*
*Herb. Meliſſæ.*
*Majoran. ana M.j.*
*Cort. Citri ſicc.*
*Arantiar. ſicc.*
*Santali albi,*
*Citrini ana* ℥ß.
*Ligni aloes optim.* ʒijß.
*Macis,*
*Garyophillor.*
*Croci ana* ʒß.
*Vini Rhenani boni q. ſ.*

*Inciſa & contuſa macerentur in vino, & ſtent aliquot dies in digeſtione in loco calido, poſteà deſtillentur.*

### DOSIS.

*Doſis prioribus conſona.*

### VIRES ET USUS.

Parùm differt hæc aqua vitæ reſtaurans à prioribus aquis confortativis. Nam uſu compertum eſt, illam mirum in modum vires reficere, alere, & jam deſperatos refocillatis viribus ſanitati reſtituere.

Poſſunt, ſi placeat, aliquot folia

auri fini ei immiſceri, quibus non modò potentior, verùm etiam viſu jucundior ægris exiſtit.

Alii tingunt hanc aquam vitæ violis cæruleis, aut ſyrupo violaceo cæruleo, vel ſpiritu vini Rhodoſaccharato, & efficiunt ita Medicamentum confortativum, ſcilicet tàm naturæ, quàm oculis, & lingvæ valdè gratum.

Hîc cum mentio fiat de ſpiritu vini Rhodoſaccharato, quo plerunq; aquæ & ſpiritus tinguntur & edulcorantur, non ingratum, ſpero, fore Lectori, quando obiter de eo pauca hîc enarrem. Hactenus autem multi in eo ſeſe exercuère, quomodo modum excogitare posſent Saccharum ita præparare, ut cuilibet liquori mixtum ſolvatur facilè, & omnibus partib9 miſceatur, neque unquam ſubſideat. Ideoq; varii variè id tentare conati ſunt. Quidam enim id efficere ſperârunt Aceto, quidam alio menſtruo; verùm ne quis dubitet, quem modum ſequatur, in ſequentibus hoc expeditum dabo.

R. *Sacch. Candi albi pulv. lib. j.*
*Aqu. Roſar. odor. lib. iſs.*

Mixta ſtent in loco calido, & conquaſſentur aliquoties, ut ſaccharum melius liquefiat. Quo facto, affunde lentè Spiritûs vini non adeò recens rectificati lib. ij. Repetitâ filtrationis operâ per chartam leucophæam, donec nimirum & ſapor, & conſiſtentia placet. In ipſo, vel aliis Aquis, vel Spiritibus vitæ, ſi colorum varia delectamenta ipſi conciliaveris, idque rebus, & ejusmodi ſpeciebus vires nihil imminuentibus, veluti: prò viridi, exſiccato Petroſelino; pro rubro, ſerico rubro, tincturâ Garyophyllorum coronatorum, vel Santalo, pro Citrino, Santalo cum Croco &c. oculis & palato valdè placebis.

Plures ejus generis Aquæ & Spiritûs vitæ confortativæ his ordine enarratis adhuc addi poſſent, quorum Medicamentorum ingens numerus in libris Medicorum ubique exiſtit, verum cùm plerunq; ex longâ aromatum calidorum ſerie, utpote Zingibere, Pipere, Zedoariâ, Galangâ, Cardomom. minor. &c. conficiantur, & non ita tutò, ut ipſorum Authores ſibi perſuadent, in omnibus morborum generibus dari poſſint, ſed tantũ in frigidis affectibus conveniant, libet ipſis ſuperſedere, ſilentioque præterire: & his paucis quidem, ſed tamen ſelectioribus, & tàm in frigidis, quàm calidis morbis ſummâ cum ſanitatis utilitate exhibendis, hoc in loco contentum fore Lectorem confido.

## Alia pro Epithemate Cordis.

R. *Aqu. Roſ. unc. viij.*

*Acetoſ.*

*Acetoſ.*
*Nymph.*
*Bugloß. an.* ℥iij.
Santalor. omnium.
Coralli utriusq; à ℥iß.
Croci ℈ß.
*Acet. unc.* ß.
*Campb. gr. iij. F.*

*Epithema Cordis Regioni applicandum, ut & pulſibus. Andernacus.*

## ALIUD EPITHEMA CORDIALE:

R. *Aqu. roſar.* ℥iiij.
*Nymph.*
*Violar. an.* ℥ij.
*Bugloſſ.*
*Meliſſ. an.* ℥ß.
*Vini albi odorif.* ℥j.
*Pulv. ſem. acetoſ.*
*Corall. rubr. præp.*
Santal. citrin.
*Alb. an.* ℥ß.
Cortic. citri ℈j.
Croc. ℈ß.
M. F. *Epithema.*

### VIRES.

Cordi refrigerium affert, Syncope correptos excitat, paño ſcarlato ſuſceptum cordisq́ regioni tepidè impoſitum.

### ALIA.

R. *Aqu. Roſar.*
*Intybi,*
*Bugloß. an.* ℥iiß.
Cichor. ℥iß.
*Sp. Diamarg. fr.* ℥ß.
*d. gemm.*
*Santali citrin.*
*Corall. rub. an.* ℈j.
*Raſur. Ebor.* ℈ß.
*Marg. præparat. gr. xij.*
*Croci gr. ij.*
*Vini,*
*Acet. Roſar. an.* ℥ß.

*Linteum vel ſpongia his omnibus imbuta, horâ una vel ſesqui-horâ antè cibum Cordis Regioni applicetur, per æſtatem frigidum, ſæpiusq; mutetur. Idem:*

### VEL:

R. *Aqu. Bugloß.*
*Acetos. an.* ℥iij.
*Roſar.* ℥ij.
*Vini albi* ℥ß.
*Sp. Diamarg fr.*
*Oßis myrobalani an.* ℥j.

*Cinamomi gr. v. M. ſimul cum pauco Scarlatæ granata. F. Epithema tepidum Regioni Cordis admovendum. Rondeletius. Horum Vices explent Sacculi præſcriptis ad hanc intentionem Aquis imbuti, ut ſequitur:*

R. *Pulv. Diamarg. fr.* ℥ß.
*Flor. Borrag.*
*Bugloſſ.*
*Nymph. an.* ℥ j.
*Campb.* ℈j.

*Raſur. panni coccinei q. ſ. ad excipiendum hûc pulverem: Sindoni include. F. ſacculus in forma cordis, qui modicè Aqu. Roſ. & Bugloſſ. Spiritu Roſ. irrigatur. Heurnius.*

Alius:

R. *Fl. Bugloſſ.*
*Borrag.*
*Roſar.*
*Meliſſ. an.* M. ſs.
*Cinamomi Elect.*
*Caryophyll.*
*Macer. an.* ℥ſs.
*Lign Aloës* ℈j.
*Cort. mal. citri,*
*Spec. Diambr. an.* ʒj.
*Oſſ. Cord cervin.* ℈ſs.
*Croci* ℈j.
*Contritis omnibus F. è ſerico Sacculus cordi admovendus. Fuchſius.*

Sacculi pro pulſibus Practici cujusdam feliciſſimi.

R. *Sp. d. gem. fr.* ℈ij.
*Diamarg. fr.* ʒſs.
*Cordial. temper.* ℈j,
*Flaved. cort. citr* ʒſs.
*Fl. Roſ. rubr.*
*Citr.*
*Violarum. an. p.* j.
*Borrag. p.* ß.
*Maſtich* ℈j.
*Ex obiter inciſis & fractis. F. duo ſacculi ex ſindone rubra, pro pulſibus.*

Aqua ad iſtos Sacculos ejusdem.

R. *Aqu. Roſar. odoriſ* ℥ ij.
*Borrag.*
*Violar. an* ℥ij.
*Acet. Rub Idæi,*
*Violarum ana* ℥j.
*Anodyn mineral.* ʒj. M.
S. Waſſer zu dem Pulß tüß ein.

## CAPUT II. DE AQUA IN DELIQUIIS.

Accidit ſæpiſſimè, ut homo ex morbo graviſſimo ita imbecillis fiat, quò deliquia crebrò patiatur; quibus ſequenti Aquâ obviam itur, undè non immeritò præſenti titulo inſignitur.

R. *Aquæ roſar. in baln. deſtill.* ℥ij.
*Lavendulæ.*
*Cinamomi,*
*Vitæ reſtaur. an.* ℥iß.
*Acet. flor. tunicar.* ℥ij.
*Roſar.* ℥iß.
*Spiritus roſar* ʒiiſs.
*Mixta dentur in vaſculo conveniente, & ſerventur pro uſu.*

VIRES & USUS.

Hæc Aqua ſpongiolâ Naribus, Pulſibus, Cordisque regioni adhibita potenter amiſſas vires reducit.

## Caput III.

# De Aqua Cinamomi.

### Cinamom. quid.

Cinamomum eſt frutrex brevis, repreſſus ac humilis, ſurculoſus, duorum cubitorum altitudinem non excedens, arido ſimilis folio origani. Dos ejus omnis in cortice eſt lignum in faſtidio eſt propter origani acrimoniam. Eſt autem cinamomũ ſummè tenuium partium, non ſummè tamen calidum, ſed ex tertio ordine: nihil verò æquè deſiccat eorum, quæ pari cum illo ſunt excalfaciendi facultate, propter tenuitatem ſcilicet Eſſentiæ. *Ex hoc varia Medicamenta confortativa conficiuntur, ut ex ſequentibus videre licet.*

R. Cinam. craſsô modò contuſi lib. ß. Vini boni Rhenani M. j. ß. vel circiter; ſtent in digeſtione aliquot dies in leni Balnei calore, poſtea deſtillentur ſ. a. per Cucurbitam in Balneo.

Primò exit aqua bona, quæ eſt lactis inſtar, & ſeorſim excipienda; quando verò lacteus color deſinit, recipiens mutandum. Quidam deſtillant per veſicam Aq. Cinam: ſequenti modò:

Recipiunt Cinam. optimi quantum libet, affunduntq; Spiritus Vini partes ij. Aq. fontanæ par. j. ſtent aliquandiu, poſtea per veſicam deſtillentur.

Nonnulli ſingulis libris Cinam: adjiciunt ℥ j. ſalis communis, affundunt aquã tepidam, vas benè claudunt, & in loco frigido per octiduũ macerari ſinunt. *Hinc pro ſingulis* libris cinam: affundunt dimidium cantharum vini boni, & deſtill. per veſicam. Ex qualibet libra poteſt elici lib 1. aquæ bonæ; reliqua eſt ignobilior: *quæ ultimò loco exſtillat, ad cætera eſt inutilis: poteſt tamen aſſervari pro novi cinamomi* infuſione.

Nonnulli ſumunt dimidium Aquarum Cordialium, ut Roſarum, Borraginis, &c. deſtillatarum, & dimidium generoſi vini, (quæ via, vel modus deſtillandi præ cæteris comodior & nobilior videtur, propterea, quòd talis Aqua tàm in frigidis, quàm calidis cordis affectibus tutò adhiberi posſit) & vel per veſicam, vel per Balneum deſtillant.

### Observatio.

Aqua, quæ in quavis Aquæ Cinamomi deſtillatione primò deſtillat, ferè lactea eſt, ideoque recipiens mutandum, cùm color lacteus deſinit,



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0277-6

ſinit, & quæ poſtea deſtillat aqua, ut ignobilior, ſeorſim excipienda. Si Oleum quis ſeorſim habere cupiat, aqua deſtillata per dies 14. in cellam ponatur, & oleum ſubſidet, quod ab aquâ ſeparetur.

Quidam non per veſicam, nec per Balneum; ſed per Cineres deſtillant eandem Aquam; qui modus deſtillandi mihi nequaquam placet, quia in arenâ (ut & aliquando fit, quando in deſtillatione veſicæ ignis regimen non benè obſervatur) propter calorem vehementiorem facilè ἐμπύρευμα contrahitur.

Ita deſtillat ſimplicem aquam Cinamomi Matthiolus.

R. *Cinamomi Elect. leviter contuſi* ℔ j.
*Aqu. Roſar.*
*Vini Cretici ana* ℔. iiij.

*Macera, & deſtilla balneô tepentis Aquæ: manabit Aq. frigidis omnibus affectibus idonea, ſi ad duas tresve Uncias pro ætatis, temperamenti ac morbi ratione exhibeatur: ſtomachum, jecur, lienem, pulmonem, cor, cerebrum nervosq; roborat: Viſum acuit; cordis Affectibus opitulatur; Venenis Venenatisq; ictib9, ac morſibus prodeſt; halitus gratiam commendat, menſtrua ac lotium educit; nauſeam ſedat; Et ſi cum ſucco citri bibatur, faſtidientem ſtomachum juvat, omnibus tandem morbis auxiliatur, ubi calefacere, rarefacere, attenuare, digerere, roborare velimus.*

Beguinus quomodo Cinamomi aq. & ſimplicem & compoſitam deſtillet, vide ap. eundem l. 2. c. 2. pag. 113. & 115.

Alius modus.

R. *Cinamomi acutiſſ. craſſè tuſi* ℔ i.
*Tartar. Vin. albi calcinati* ℥ j.
*Fæcum Vini cochl* iij.
*Vini generoſ.* ℔. iiij.
*Aq. Roſar. fragant.* ℔ j.

*Indantur Cucurbitæ Vitreæ & vitro clauſo in loco calido aliquot diebus digerantur: tandem Veſicæ indita lento ſatis igne deſtilletur, effluet aqua lactea, aliquam in ſe partem Sulphuream ſeu oleoſam Cinamomi continens, accuratè reſervanda, cùm ad prædictos affectus mira præſtet.*

Aqua Cinamomi Compoſita.

R. *Prædict. Aqu.* Cinamomi ℔ ij.
Cort. *Citri,*
Rad. *Angel.*
*Imperator.*
Dictam. *alb.*
*Scorzoner. an.* ℥ iß.

*macera, digere, deſtilla: vel poſt macerationem exprime, filtra, & tantum Sacchari fini adde, quantùm diſſolvere poteſt, digere 24. horis in MB. mox appoſito alembico, ad Syrupi conſiſtentiam deſtilla; ſic habebis & aquam & Syrupum tum in peſte, tum in partu accelerando admirandæ Virtutis, antè* Syrupi *tamen uſum addantur* ℥ ij. *Spiritûs Vini rectificati;*

Deo-

Deodatus l. 2. panth. Hygiaſtici. c. 2. pag. 31. b.

### Syrupus Cynamomi.

R. *Cinam. acutiſs. craſſe tuſi unc.* iiij.
*Aq. Cinamomi opt.*
*Vini generoſ. ana* ℔ j.
*Vitro impoſita 24. horis in B. M. digerantur: poſteà colentur. Colaturæ adde Sacch. fin.* ℔ ij.
*Clauſo Vitro in Balneo Vaporoſo ad Syrupi conſiſtentiam coquantur; qui Virium poteſtate & saporis jucunditate, omnes aq. Cinam. facilè superabit. Id. ibid. pag 32.*

### ALIUS.

R. *Mivæ Cydonior. vel Syr. de cort. mali citr.* ℔ ß.
*Quintæ eſſent. Cinam.* ℥ß. *vel Ol.*
*Cinamomi* ʒij.
*Tinctur.* ☉. ʒij.
M. *optimè Joan. Dan. Myl.*

### Alius Cinam. Syrupus.

R. *Syr. d. Cort. pomi Citr. vel mivæ Cydonior.* ℥iiij.
*Quint. eſſ cin. circulatæ* ʒiij. *vel* ℥ß.
*Tinct.* ☉. *Vitæ* ʒij.
*M. Senibus debilibus confert.*
*Hic propter affinitatem meritò accenſendus venit Syr. ſacchar. qui ita paratur.*

R. *Vini optimi* ℔. ij.
*Sacchar. albiſſ.* ℔. j.
*Coquantur ad lentum ignem more Syrupi. Serva & utere cum duabus partibus Aquæ decoctæ. Senibus frigidis & debilibus convenit, & quibus humor nativus, & calor naturalis minuuntur. Nutrit enim & Sangvinem generat, & replet partes principales Spiritibus. Joan. Daniel. Mylius in antidotar. Medico-Chymic. pag. 685.*

### Alius Syrupus Saccharatus.

R. *Vini Malv. vel alter. generoſ.* ℔. iij.
*Sacchar. finiſs.* ℔. j.
*Coq. l. a. ad Syrup. conſiſt. addendo ſub finem,*
Ol. Cinamomi ℈ j.
*Moſch.*
*Ambræ an. Curat. ij.* M.

Rabi Moyſes. Eorundem eſt Virium cum priore. Hujus rei occaſione libet & annectere Tinct. cinam. Elixir Cinamomi, Spir. Cinam. & oleum ejusdem.

### Tinctura Cinamomi.

R. Cinamomi acutiſs. groſsè contuſi. ℔. j. Impone Vaſi Vitreo, affunde Spiritum Vini Tartariſati ad eminentiam quatuor digitorum. Vaſe probè clauſo, in Cineribus Calidis 8. diebus digere, quò ad ſummè rubeſcant omnia, & tota Cinamomi Vis extracta videatur, tandem cola, filtra, & menſtruum vel ad ſiccum, vel ad mellitam conſiſtentiam ſepara, quæ addito Sacchari ſoluto in prætioſiſſimum Sy-

rupum redigi poterit. Deodatus. l. 2. pag. 32.

## Elixir Cinamomi.

Ex prædicta Cinamomi Tinctura additis & Croci & Santali Citrini Tincturis Elixir paratur, uſu viſuq; jucundisſimum & Excellentisſimum.

## Spiritus Vini Tartariſatus,

Mentione hujus factâ, non iniquum Lectori videre poſſe puto, ſi ejus conficiendi ratio hic apponatur, quæ talis. Si Vini Spiritum inſecũda vel tertia deſtillatione cum Cohobio, ſuper eundem Tartarum per retortam rectificaveris, & in fine (intermedium phlegma ſeponẽdo) *Urgentiore igne, Tartari Spiritum* ſimul excipiendo, *propelles Spiritum* Vini Tartariſatum, quibusdam aqua Philoſophica indigitatũ.

Dn. D. Bökelii Adverſaria ſic Quintam Eſſentiam Tartariſatam parare docent: Ad ℔. j. Spiritûs Vini opt. rectificat. addunt ♀ti ad albedinem Calcinat. ℔. 1. deſtillant per Balneum, tandem aucto etiam igne Spiritum quoque Tartar. ſimul pellunt.

## USUS.

Utriusq; tùm ſimplicis Spiritus Vini rectificati, tùm & Tartariſati imprimis ad Tincturas & Extracta metallorum, Vegetabilium, & animalium facienda: obſtructiones item Viſcerum contumacisſimas expediendas velut in Tartaro Hypochondriorum, Uſus eſt longè præſtantisſimus. Et hic Spirit. Vini verè cœleſte eſt 🜁 ſeu Balſamum Volatile, à liquore Catholico, ſpecifico, Cardiaco per MB. deſtillatum, & ab omni ſuperfluitate depuratum: Tartariſatus ad Spiritum purgantem Vitæ Aureum Rulandi, non contemnendos uſus *præſtat.* Plura vide. ap. eundem. l. d. p. 159. a. & b.

## SPIRITUS CINAMOMI

### Hic ita paratur:

℞. *Cinamomi craſſo modò contuſi* ℔. *j.*
*Spiritus Vini rectificati* ℔. ß.

*Vaſi vitreo impoſita digerantur ac putrefiant* 8. diebus: mox affusâ priùs aquæ fontis ℔. j. lento igne deſtilla; exibit primùm Spiritus fragantisſimus & potentisſimus: mox phlegma. Tandem reſiduam materiam per arenam aucto ſatis igne deſtilla, deſtillato liquori aquam fontanam affunde, & per balneum deſtilla, effluet clarum ac flavum oleum interiùs aſſumendum ad Colicos ventriculi dolores, ad ℈ß. forinſecus eôdem umbilicus inungitur, & ſtatim prædicti dolores ſedantur. Oleum autem, quod in fundo remanſit, nec per alembicum tranſire voluit, additâ ⊖*li* calce rectificatur, exibit calidum, rube-

rubeſcensq; & acre Oleum. Vel etiam ſequenti modò Spiritum Cinamomi effeceris.

R. Cinam. acutiſs: pulveriſat. & aqua Roſar. probè irrorati ℔. 1. digere aliquot diebus, mox per arenam ex retorta primô lentô igne, mox fortiore deſtilla; exibit Spiritus cum oleo, quibus ſeparatis, Spiritum à Phlegmate, vel per ſe, vel cum ♀ri Sale rectifica: Sic ad prædictos ſuperiùs affectûs præſtantisſimum habebis & efficacisſimum Spiritum. Idem ibid. p. 32. a. & b.

## De
## OLEO CINAMOMI.

Etiamſi ex quavis aq. Cinamomi deſtillatâ, *quando nimirum, ut jam diximus, per 14. dies in cellam ponatur*, posſit haberi oleum: attamen ejus major copia elicitur, juxta ſententiam Crollianam, quando ſequens proceſſus in deſtillanda aqua obſervatur.

Confractum Cinam. ſelectisſimum in Retortam vitream immittas, & in Balneo vaporoſo deſtilles, tunc exit Oleum & Aqua ſimul: Illam Aquam recenti ligno affunde, & in deſtillatione perge, quam ſi continuaveris aliquoties dicto modo, habebis magnam copiam aquæ & Olei, fæces in fundo omninò aridas, ſubnigras & inſipidas.

### OBSERVATIONES.

Omnia aromata in plenilunio deſtillentur. Eo enim tempore ſingula aromata Aſtraliorum ſunt virtutum.

Omnia Olia tutius dantur mixta cum pauxillo ſacchari, vel alterius pulviſculi, & demum in cyathum vini vel juris plenum conjiciuntur, & Oleum, quod aliàs fieri conſvevit, non ſupernatabit, nec caput exinde, ut obſervârunt Viri docti, aggravabitur.

Olea ex aromatibus, præſertim è Cinamomo, Nuce Moſcatâ, Garyophillis, & aliis tutiùs dantur hyeme, quàm æſtate.

Obiter hic quoque obſervandum, *aromata deſtillanda in pulverem non eſſe redigenda*, ut quidam præpoſterè facere ſolent, ſed tantùm in fruſtra confringenda, modicumq; contundenda, alioquin dimidio minùs tibi olei ſuppeditabunt, ut experientiâ compertus ſum.

## De
## Aliâ ratione conficiendi Ol. Cinamom.

R. Cinam. craſsè contriti. ℔. *1.* Injiciatur cucurbitæ Vitreæ, imbibaturq; ſaltem Spir. Vini *rectificatô*, deindè addatur Sulph. *Citrin.* ℨß. Fermenti ad pondus ovi gallinæ dimidii, *Vermium* naſcentium in caſeis ℈ij. *ſtent* in loco non admo-

dum calido in infuſione per tres dies: deinde in arenam pone ſeu cineres, & deſtilla. Joan-Daniel Mylius Antidot. Medico-Chym. p. 1011.

Item ſic: R. *Cinamom. opt. groſſô modô triti* ℔. *j.*
*Tart. Vini pulveriſat.* M. *j.*
*Salis Crepitati M. ij.*

probè Mixta Veſicæ ſtanno obductæ imponantur, & adhibitô igne tàm diu nuda manu agitentur, quoad manus ſudare inceperit, nec ampliùs calorem ferre poſſit; tunc affunde Aquæ q. ſ. vel ut 5. digitos emineat, & additô decenti igne deſtilla, ut gutta guttam feriat, ad finem usq; ſemper ignem moderando, ne Empyreumate afficiantur: omnibus refrigeratis Oleum ab aqu. ſepara, hanc iterùm ad eosdem uſûs reſervare vel rectificatam per Balneum uſui reponere poteris.

Alii ut multum Olei nanciſcantur, ſic procedunt: Selectiſſimum Cinamomum, non pulveriſatum, ſed fractum duntaxat, Retortæ imponunt, & affuſa aqua tepente q. ſ. Clauſo Vaſe 8. diebus digerunt, & per balneum Vaporoſum, vel per Cineres deſtillant Oleum & aquam ſeparatam ab Oleo vel recenti Cinamomo, vel relictis fæcibus affundunt, digerunt, deſtillant, ſeparant, ut priùs, *idq;* tantiſper, donec nullum ampliùs ſuperſit Oleum, relictis in fundo ſiccis fœcibus, tandem etiam aquam rectificatam reponũt.

## Sal Cinamomi.

Fœces demum calcinantur, & jam dicta aqua propria, vel communi deſtillata calente Sal Cinamomi elicitur, quod repetitis ſolutionibus, tandem pellucidi Chryſtalli inſtar emicat.

## Manus Chriſti Perlatæ.

R. *Sacch. Cand. finiſſ. in fragrant. Aq. Roſar. & Cinamom. an. q. ſ. ſol. & cocti, adde Ol. Cinamomi gutt. xij.*
*Cort. Citr. Garyophill. ana gut.* iiij.
*Magiſter. Perlar.*
*Corollar. an.* ℈ſs.
*Eſſent. Roſar. gutt. viij.*
*Moſc. gr. ij. M. j.*
*F. Tabulæ vel* R*otulæ.*

De Viribus Olei Cinamomi. Vide Deodatum l. 2. fol. 33. a. b.

Eodem modô, his proceſſibus adhibitis, eædem planè Medicinæ ad hujus imitationem & ex aliis aromatibus poſſunt elici, ſed cùm hæ ex Cinamomo omnium ſint frequentiores, harum hôc locô mentionem ſolummodò facere utile futurum exiſtimavi, reliquis ſepoſitis, ne compendium hoc integrum in Volumen creſcat.

Ex Oleo Cinamomi conficitur DIAMOSCHUM DULCE hoc modo:

R. *Olei Cinam.* ʒ *j.*
*Ambræ gryſeæ,*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0282-3

*Moſchi an.* ℈j.
*Sacch. candi albi q. ſ. Terendo miſce.*

Valdè confortat, & pro odorifero inſervit. Ex aqua verò Cinam. Elixir tale paratur, quod viſu jucundisſimum, uſuq; excellentisſimum.

R. *Aqu. Cinamomi* ℥iij.
*Confectionis Alkekerm.* ʒij. *vel* iij.
*Tinct. Sant. croceati & Sacch. q. ſ.*

*Aliis in uſu tale Elixir Cinamomi.*

R. *Aqu. Cinamomi* ℥iiij.
*Confectiones Alkekermes* ℥ß.
*Magiſterii Perlar.* ℈ß.
*Extract. Croci Orientalis gr.* iij.
*Sacch. quant ſuffic. pro grato ſapore.*

*Oleum Cinamomi gravidis ultra guttam non offerendum, quia menſes movet.*

## VIRES & USUS.

Vires & efficacia tàm aquę, quàm Olei Cinamomi vix ſatis prædicari poſſunt.

1. Omnia enim membra principalia corporis confortant, inprimis ventriculum frigidum, cor & cerebrum, anhelitusque fœtorem abigunt, ejus ſuavitatem inducunt.

2. Tollunt tusſim frigidam & capitis dolorem.

3. Cor exhilarant, & omnia membra confortant.

4. Provocant menſes.

5. Partum promovent.

6. In deliquiis animi ſingularia ſunt medicamenta. Sicuti etiam Croci eſſentiæ ſumma eſt medicina, ubi aliquis quaſi ad deſperationẽ è nimia triſtitia venit.

## DOSIS.

*Aquæ doſis eſt cochlear unum atque alterum: Olei verò ſunt gut. 3. 4. vel quinq; in aqua Meliſſæ, vino, vel alio vehiculo convenienti.*

Huc non incommodè referri poſſe video, Medicinas ex Saccaro paratas, utpotè non ſolùm jucundas, verùm etiam utiles, & eximiæ virtutis: de iis igitur in gratiam Studioſorum paucula hæc ſequentia annectere lubet.

## SYRUPUS ALEXANDRINUS.

*Ex Saccharo fino & Aqua roſarum fragrantisſima, in duplici vitreo vaſe, ne quid expiret, paratur Julepus Roſaceus, ſeu Syrupus Alexandrinus, cui ſi addatur ſpiritus ſeu Aqua ardens Roſarum, vel aqu. Cinamomi, & ad debitam conſiſtentiam coquatur, habebis præſtantisſimum Confortativum.*

## Sacchari ſolutum.

Sacchari ſolutum, præſtantisſimum ſanè remedium hoc modò parabis.

*R. Aqu. Cinamomi opt. vel Aqu. Viol fragrantiß. ſolvatur in ea Sacch. finiß. q. ſ. coque, & inſpiſſa. mox affunde ſucci violar. cum aquâ violar. expresſi, q. s. iterum parum coque; tandem ſi velis Cryſtalliza: eodem modò*

*cum* Roſis *precede: quòd ſi ſacchari ſolutum acidum exoptes, tunc decoctionibus affunde ſuccum vel* Citri, *vel* Limonum, *aut* Berberis, *aut acetum montanum.*

## ELIXIR SACCHARATUM.

Nos ad reficiendas moribundorum vires & ſpiritus, ad Lipothymias & Syncopas præcavendas, ad Caput, Cor, & Ventriculum roborandum, ad ſenes reficiendos nutriendosq; ſitim ſedandam, flatusque diſcutiendos, ſequenti Elixire ſaccarato, cinamomi & moſchi viribus impraegnato, auri poculenti loco utimur.

R. *Sacchar. finiſs. in tenuisſimum pulverem redacti* ℔ *j. Spiritûs Roſar. moſchi eſſentiâ imprægnati tandundem phiolæ* Philoſophicæ *indita, igne vaporoſo, in liquorem agantur:* Huic *liquori adde vini alcool quater per ſphærã philoſophicã acti, & acutiſsimi Cinamomi eſſentia imprægnati* ℥ *iiij. olei cinamomi* ʒ *j. Solutionis* ☉ ʒ *j. & in vaſe hermetico ſuo tempore circula. Doſis cochlear. j.*

## SACCHARUM POTABILE.

Fit & ſequenti modo nobilisſimum Sacchari ſolutum.

R. *Sacchar. Cryſtallini in farinam acti, q. ſ. ſpiritus vini optimè rectificatitiam q. s. Spiritum conchæ argenteæ inditum cereâ candelâ accende, & ad debitam conſiſtentiam conflagrare ſinito, & cola: matutinis horis magno ſucceſſu exhibetur dyſpnoicis, tuſsiculoſ. & ægrè ſpirantibus, & frigidæ conſtitutionis hominibus, quiq; obſtructiones à craſsis humoribus patiuntur, hoc enim modò minùs caput tentare, & colliquationes efficere poterunt. Eſtq; aſſumtu gratisſimus potus.*

*Quidam tres, aut quatuor partes ſpiritus vini, cum una parte ſacchari candi rubentis, & in pollinem acti vitreæ ac firmæ ampullæ includunt, ita ut ſaltem tertia ejus pars ſit repleta, mox vitro hermeticè clauſo, in balneum vaporoſum inferunt, & ſenſim aucto igne ad Syrupi aut Julepi conſiſtentiam excoquunt.*

*Cum tabidos recreare voles, vino punico puro, vel etiam Malvatico, aut alio generoſo uteris. Vel ſubſtitues deſtillationes caponum, aut reſtaurantia juſcula.*

*Confert ubi paucum, celeriterq; nutriens alimentum requiritur.*

C*onvaleſcentes enim non ferunt copiam, multam tamen reſtaurationem deſiderant: hâc arte & naturæ commodabis & palato placebis. Nihil autem probibet inter coquendum & panem ſimilagineum optimè coctum, & extractam paſſularum pulpam addere, quæ ſi clarificata exoptes, ſæpius per manicam Hippocr. agantur, aut pelicano*

*pelicano ſeparentur: Satius tamen fuerit naturæ, quàm vel oculis, vel linguæ conſulere.*

## OXYSACCHARUM.

*Saccharum etiã aceto per lacinias, aut filtrum deſtillato, vel proprio ejus ſpiritu ſolutum, ut Oxyſaccharum fieri ſolet, febribus eſt utile: pro vulgari aceto, acetum vel ſcylliticum, vel oxymel ſcylliticum ſubſtituitur.*

*Sic enim facies præclarum ad phlegmata incidenda, ad obſtructiones Pulmonum, Epatis, Lienis, Renum, &c. ſolvendas, medicamentum, quod & calculoſis prodeſſe poterit.*

IdemSacchari ſolutum fieri poterit, cum tinctura florum tunicæ, cum vini ſpiritu, *aut proprio liquore acetis montanis acuato.*

## EXTRACTUM SACCHARI.

Sacchari extractum ſic parabis: Saccharũ, vel aceti ſpiritu, vel aquâ roſacea, aut meliſſæ, aut Cinamomi ſolve; ſolutionem digere, cola, deinde inſpiſſa; ſolve iterum, digere, filtra, coagula, donec purum habeas liquorem; ad Syrupi conſiſtentiam redactum, tandem, affunde vini ſpiritum, ut aliquot digitos emineat, & ſ. a. tincturam extrahe. Si dulcorem vis augere, ſolve ſaccharum decocto carnis dactylorum, quantum ſolvi poteſt; deindè facta prius colatura, per vini ſpiritum factis repetitionibus extrahe.

## TINCTURA SACCHARI.

Beguinus Sacchari tincturam hoc modò parat:

Ad Sacchari in pollinem acti, & in matracium poſiti libram, affundit aceti deſtillati cochlearia duo, & ad calentes cineres ſex horis digerit, mox ad duorum digitorum eminentiam vini ſpiritum rectificatum affundit, digerit, tinctum ſpiritum decantat, addit alium, donec amplius non tingatur, tandem tinctos ſpiritus per chartam bibulam transmiſſos, balnei calore à tinctura ſeparat, manente in fundo rubea *Sacchari eſſentia, aquis poſtmodum cordialibus circulanda.*

Uſus eſt adSyncopas & animi deliquia cum Aqua & Oleo Cinamomi, uti ex Aquâ Roſarum.

## OLEUM SACCHARI.

*Quodſi oleum Sacchari habere deſideres, Saccharum Cryſtallinum decies optimò vini ſpiritu pota, imbibe, intercedentibus exiccationibus, deinde teneræ Syndoni incluſum ſuper ſcutellam humidæ cellæ inditur, ut deliqueſcat. Liquor in balneo deſtillatur, manente in vaſis fundo oleo.*

*Quidam Malvatico adtres digitos affuſo, Saccharũ ſolvunt, deſtillantq́;.*

*Vel Saccharũ roſaceâ ſolve: ſolutione*

*ne candentium laterculorum fragmenta perfunde, deſtilla per retortam.*

*Alii ovorum albuminibus miſcent, coquitur, deſpumatur & lento igne deſtillatur.*

*Uſus aquæ ad tuſſes, & aſthmata: oleum ſalſis & bilioſis tùm ulceribus, tum vulneribus conducit, ut & cutis impuritatibus.*

*Alii præmiſſa putrefactione & Saccharo, oleum rubini inſtar, & phlegma acidum, aceti inſtar extrahunt.*

*Nos ad Beguini imitationem Sacchari finiſſimi craſſo modò fuſi libram, cum ſpiritus vini rectificati ℔.8. miſcemus, in ſcutellâ argentea, mox ſpiritum accendimus ſemper ſpatula movendo, donec conflagratio ceſſet, tandem additis duabus Aqu. Roſaceæ fragrantiſſimæ libris parùm coquimus, & uſui reponimus.*

## USUS.

Corroborat, & à pulmonum refrigeratione tuſſi laborantibus certò experimento opitulatur.

## SACCHARUM SOlutivum.

Saccharum ſolutivum, quô delicatuli purgandi decipiuntur, ſic parabis.

*R. v. g. vel Rhabarbari, vel fol. Senæ, turbith. Hellebori, vel Radic. Eſulæ, &c. probè trita ℔.1. ollæ indantur, & alia olla ſuperimpoſita optime lutentur, impone igni circulari 6. horis, quibus elapſis & ignem auge & carbonibus ollam tege, ut 6. iterum horis omnia candeant. Tandem omnibus refrigeratis, Rhabarbarum ritè calcinatum exime, pulveriſa, vaſi vitreo impone, & aquam roſaceam acidatam, atq; calentem affunde, ut tribus digitis emineat, & per horæ ſpatium calidis cineribus digere; tinctam aquam effunde, aliam affunde, quoad non amplius tingatur. Aquas coloratas per balneum deſtilla, ad dimidiam partem, cum hac reſidentia unam vel alteram Sacchari craſſo modo tuſi libram pota, nutri & combibe, intercedentibus ad ſolem, vel calidam fornacem exiccationibus, quoad tota aqua fuerit ebibita. Sic habebis Saccharum purgans jucundiſſimum, & mirifici effectus. Doſis ℥j. vel ſß.*

*Vel Spiritu vini aut aquâ cinamomi animam è Magneſia Saturnina aurea ſublimata extrahe: Hoc liquore Saccharum modicè tritum aſperge, pota ac nutri, ad Solem ſicca, hoc opus repete, quoad ſatis fuerit.*

*Doſis ʒj. plus minus.*

## Syrupus Saccharatus nobiliſſimus Rabi Moſis.

R. *Vini Malvat. vel alterius generoſi* ℔iij.
Sacch. *finiſſ.* ℔j.

*Coq. l. a. ad Syrup. conſiſtentiam, addendo ſub finem.*

Ol. Cinamomi ℈j.

*moſch.*

*Moſch.*
*Ambr. ana carat. ij.*
*Miſce.*

USUS.

Senibus frigidis ac debilibus maximè convenit, quibus & humidum radicale & calor nativus minuuntur: Nutrit enim, ſangvinem generat, & partes principes ſpiritibus replet.

Eodem modo cum ſaccharo penidiato, & Aquis thoracicis pulmonariæ ſcilicet Hyſſopi tusſilaginis Ireos, veronicæ, ſcabioſæ, &c. fit Syrupus ad Phthiſin, affectusq; thoracicos præſtantisſimus.

Cum aquis Foliorum Quercus, pediculor. Roſarum, Tormentillæ Burſæ Paſtoris, Centumnodiæ, Sangviſorbæ. Biſtortæ, &c. paratur efficax Syrupus ad ſangvinis fluores ſiſtendos. Claudius Deodatus loco citato l. 2. c. 1. pag. 25. 26. 27.

AQUA PRETIOSA.

R. *Rad. Scorzoner. lib. ſs.*
*Cinamomi* ℥iiij.
*Pom. Citri num.* iiij.
*Arantiar. num. ij.*
*Incidantur & contundantur adde*
*Vini lib. iij.*
*Aqu. Roſar. lib. ij.*
*Deſtilla. Eſt aqua præter modum confortans.*
*Doſis à cochl. uno ad ij.*

*CAPUT IV.*

DE

# MIXTURA CONFORTATIVA IMPERIALI.

VEL:

# DIAMOSCHO PRO MAGNATIBUS.

Recip.

*Ambræ Gryſeæ* ℥ſs.
*Moſchi orientalis* ʒij.

*Miſce, & frica in concha, vel tabula marmorea, ut inſtar pulveris fiant. Affunde Roſarum Spiritum fragrantisſimum ad tres digitos in cucurbitâ mundâ. Locentur in balneum vapidum, exactè clauſo orificio tribus vel quatuor diebus. Spiritus attrahet tincturam rubicundisſimam, quam aufer per inclinationem, & recentem affunde Spiritum, tamdiu, donec omnis tinctura & vis extracta ſit. Tandem Spiritum collectum leniſſimo balnei calore revoca ad mellis liquidi conſiſtentiam.*

*Huic adde*
*Magiſter. perlar.*
*Rubin.*
*Hyacynth. orient.*
*ana* ʒſs.

*Tincturæ veræ ☉. ℈j.*

*Confect. Alchermes ad pondus omnium.*

*Miſce exactè, & repone in vaſculo argenteo.*

VIRES ET USUS.

Hæc Mixtura præ cæteris nobiliſſima, mirificè Spiritus vitales recreat, ſuffocatos & collapſos revocat. Inprimis verò nobilitate & excellentia virtutis ſuæ in Syncope & Palpitatione cordis in momento quaſi tollendâ, cætera remedia & Medicaměta cordialia multis paraſangis poſt ſe relinquit. Rudolphus II. Imperator, (unde nomen Imperiale ſortita) auguſtiſſimæ memoriæ in frequenti uſu habuit, eamq; à quodam cubiculari Medico ita parari curavit.

DOSIS.

Detur pauxillum cum hauſtu vini Malvatici, vel alio vehiculo cordiali.

## DE ELECTUARIO CORDIALI.

*R. Conſerv. Carn. Citri ℥iſs.*
*Cortic. Citri.*
*Flor. tunicar.*
*Bugloſſarum,*
*Anthos. ana ℥j.*
*Spec. Diamarg frigid.*
*de Gemmis.*
*Cordial. ana ʒſs.*
*Dianthos.*
*Aromat. roſat. Gabr.*
*Magiſter. Perlar. ana ℈j.*
*Corall.*
*Oſs. Cordis Cervi,*
*Lapidis Bezoardici ana ℈ſs.*
*Moſch. Ambræ ana gr. xij.*
*Fol. auri fini num. x.*
*Syrup. acetoſ. Citri, vel de corticib. Citri. q. ſ.*

*Miſceantur omnia probè & uſui reſerventur.*

Alia Compoſitio:

Qui inferioris fortunæ, poſſunt ſibi tale comparare:

R. *Conſerv. roſar.*
*Flor. Tunicar.*
*Bugloſs.*
*Anthos,*
*Nymphææ ana ℥j.*
Spec. *Diarrh. Abb.*
*Diamarg. frigid.*
Cordial. *temperat. ana* ℈ij.
*Corall. rubr. præparat.*
*Margarit. præp. ana ʒſs.*
*Lapid. pretioſ. omnium ana ℈ſs.*
*Fol. auri fini num. 7.*
*Cum Syrup. Citri Fiat Electuar. molle.*

Alia ejusdem.

R. *Conſerv. flor. Citri ℥iſs.*
*Roſar.*
*Acetoſ.*
Borrag.
*Tunicar. ana ʒvj.*

*Pulp. Citri condit.* ℥j.
*Cort. Citri condit.*
*Rad. borrag. condit. ana* ℥ſß.
*Magiſter. Hiacynth.*
*Perlar. ana* ℈ſß.
*Magiſter. Corn. Cerv.*
*Confect. alkeker. ana* ℈ſß.
*Spec. Diamoſch. d.*
*Diamarg. frig. ana* ℈ij.
*Syrup. de Acetoſ. Citri q. ſ.*

VIRES ET USUS.

Cuncta hæc Medicamenta ad omnis generis morbos, in quibus cor & cætera membra principalia periclitantur, curandos apta ſunt, nam conducunt ad omnes Lipothymias ſeu cordis deliquia, Melancholiam, Deliria, Febres ad Tabem & Maraſmum; imò ad ipſam peſtem. Ad eundem modum poteſt diligens Medicus alia infinita Electuaria pro variis curandi intentionibus concinnare.

DOSIS.

Doſis ad magnitudinem juglandis, ſuperbibendo immediatè hauſtulum Cinamomi.

Non minoris certè virtutis eſt Electuarium Cordiale Dn. D. Dorncreilii, Phyſici olim Lunæburgenſis, in ſuo Antidotario novo, titul. de Electuariis, pag. 99. Ideoq; hic ſub finem apponere volui.

R. *Conſerv. Roſ. rec.*
*Spec. d. gem. frig. ana* ℥iſß.
*Ol. Cinam.* ℈iiſß.
*Garyophill.* ℈ſß.
*Macis per expreſſion.* ʒi.
*Moſch. Alexand.* ℈ſß.
*Fol. Auri num. xv.*
*Magiſt. margar.* ʒiſß.
*M. & f. cum ſ. q. Syr. acetoſit. Citr. Electuarium.*

USUS.

*Datur ægris, convaleſcentibus, naturâ debilibus, & ſenibus â* ℈j. *ad* ʒſß. *vel per ſe, vel in aq. roſar.* ℥j. *vel, ſi febris abfuerit, in vino Malvatico, aut alio generoſo diſſolutam. Spiritus vitales præcipuè, deinde animales & naturales recreat, fovet & auget, viſcerum facultates conſervat, & ad proprias actiones obeundas ſuſcitat. Eſt Medicamentum naturæ humanæ admodum familiare & amicum.*

## CAPUT V.
## DE CONFECTIONE ALKECHERMES.

Recip.

*Serici ſucco granorum tinctoriorum recenter tincti lib. 1. macerentur horis xxiiij. in ſucci pomorum dulciũ, & aqu. roſar. ana lib. iſß. Deinde pauliſper incoquatur, donec probè rubeant*

*liquores. Facta forti expreſſione, & ſerico abjecto, coque cum ſacchari ℥iiiiſs ad mellis ſpiſſitudinem: remotis ab igne, & adhuc calentibus, adde*

*Ambræ crudæ minutim inciſæ ℥ſs. piſtilloq; agita, donec ſit eliquata. Tandem injice pulveres ſequentes:*

*Ligni aloes,*
*Cinamomi ana ʒvj.*
*Magiſter. Corall.*
*Perlarum ana ʒj.*
*Fol. auriſini ℈iiſs.*
*Moſchi elect. ℈iſs.*

*Adhuc ſemel agitentur, & in vaſe aureo vel argenteo uſui reponantur.*

VIRES ET USUS.

Hoc Electuarium ex granis Tinctorum utilisſimum eſt cordis palpitationi, *Syncopæ, Mentis alienationi*, Mærori ſine cauſa manifeſta: eſtq; unum ex iis, quæ mirificè animum roborant.

DOSIS.

A ℈j. *ad* ʒſs. *in vino* Malvatico, *aquâ* Cinamomi, *vel Morſulis ad hunc modum parandis:*

*R. Confect.* Alchermes ʒiſs.
*Sacch. albi in aquâ Cinamomi diſſolut* ℥iiiſs.

*Fiant* Morſuli *ſex, pro doſibus ſex.*

OBSERVATIO.

Gravidis non facilè dandum hoc Electuarium.

Et hujus confectionis Alkermes plures circumferuntur deſcriptiones, quas hoc loco omittere volo, & qui plura hac de re ſcire deſiderat, integrum de confectione Alkermes legat tractatum Dn. Doctoris Strobelbergeri, Anno 1620. Jenæ editum. Item Dn. Doctor. Laurentium Eichſtadium, Medicum Stetinenſem, De confectione Alkermes in Pomerania parari cœpta, editum Stetini Anno 1634.

De
## PULVERE CORDIALI.

R. *Margarit. præparat.* ʒij.
Fragmentor. *præparat.*
*Hyacinthi.*
*Sapphyri,*
*Sardi,*
*Granati,*
*Smaragdi, ana* ʒſs.
*Salis* Corall. *utriusq; ana* ℈j.
*Oſ. de* Cord. *Cervi.*
*Raſur. Ebor. praparat.*
*Santali albi,*
*Citrini,*
*Ligni aloes,*
*Flor. Nymphææ.*
*Bugloſſ.*
*Roris mar.*
*Spicæ Indicæ ana* ℈ſs.
*Cinamomi* ʒij.
*Sem. ocymi.*
*Citri enucl.*
*Trochiſcor. aliptæ moſchat. ana* ʒſs.

*Lapidis*

*Lapidis Bezoardici,*
*Ambræ,*
*Moſchi,*
*Croci orientalis,*
*Ben. utriusq; ana ℈j.*
*Fol. aur fini,*
*argenti fini ana xv.*
*Sacch. candi albi ℥ſs.*
*Fiat ex omnibus pulvis ſubtilisſimus.*

VIRES & USUS.

Hic pulvis omnem virium imbecillitatem firmat iis, quos animus deficit, ſive à corde, ſive à ſtomacho deliquium originem ducat, omnem noxæ cauſam vitalium partium discutit. Inſuper Hecticis, Tabidis, & iis, quibus tumultuoſa inſomnia obverſantur, auxiliatur. Longo morbo dejectos & imbecillitate languentes recreat, & ad priſtinum ſtatum reducit. Epati, ventriculo & ceteris membris principalioribus ſuccurrit. Præſervat quoque à Peſte.

Huic non inferior eſt Pulvis Dorncreilii, loco antea citatò, pag. 81. Cujus deſcriptio, ut ſequitur:

R. C. C. *uſt. præparat.* ℥ſs.
*Marg. præparat.*
*Corall. rubr. præp. ana* ʒij.
*Succin. alb. præparat.* ʒſs.
*Unicornu gr. ij.*
*Lapid. Bezoart. gr. iij.*
*Fol. Auri num. vj.*
*Argent. num. iij.*
*& f. ſubtilis pulvis.*

USUS.

*Datur* ʒj. *in principio Eryſipelatis, ad ſudoris provocationem, cum* ℥iij. *Aqu. ſtol. Sambuci in inflammatione mammarum, cum* ℥iij. *vini Rhenani, & in aliis peſtilentialibus morbis cum Aquâ Carduibenedicti, Acetoſæ, & Roſarum ana* ℥j. *vel cum* Card. ben. *Scordii ana* ℥ſs. *Cordialis frigidæ noſtræ* ℥iſs. *Syrupi Acetoſitatis Citri* ℥ſs. *Utiliter ingreditur compoſitionem Electuariorum, morſulorum & Rotularum confortantium.*

*Eſt enim medicamentum à totâ ſubſtantiâ Cordiale, & Cordis Robur fortiſſimè tuetur.*

## CAPUT VI.

## DE MAGISTERIO, SALE, *Seu* ESSENTIA PERLARUM.

Quam vis Perlæ, vel Margaritæ, ex quibus Chymiatri varia genera Medicamentorum, utpote ſunt Sal, Magiſterium, Tinctura, Oleum,

Arcanum, &c. concinnare didicerunt, quid ſint, quomodo, & ubi generentur, ex quibus regionibus ad nos perferantur, noſtrum propoſitum non ſit multa de hoc ſcribere, quia ipſæ apud nos ſatis (DEO gratia) notæ, aliique de hac re, vel materia ſcripſere; ſed tantùm earum virtutem, uſum, & quomodo beneficio Artis in varia Medicamenta Chymica elaborari poſſint, paucis perſtringere: attamen, quia jucundum, & multum referre videtur, ut Medicus materiam, ex quâ medicamenta ſua effingat, ſatis perſpectam & cognitam habeat, libet aliter facere, quàm arbitrabar, præteritis cæteris, tantùm de Geniturâ & origine *Perlarum pauca in medium hic* proferre.

Margaritarum autem origo & genitura eſt è conchis, haud multùm oſtrearum conchis diſſimilibus. Hæ aëri expoſitæ ſiccantur, & ſeſe expandunt, in quarum carne inveniuntur Margaritæ nunc multæ, nunc paucæ, quarum Magiſterium, Sal vel Eſſentia pro uſu medico ſic elaboratur:

℞. *Margaritas, affunde acetum deſtillatum ad remanentiam trium digitorum. Ponātur in vitro clauſo in arenam per aliquot dies. Deinde acetum effunde, & novum ſuperfunde; ſtent iterum in digeſtione, idque toties repete, donec omnes margaritæ ſint ſolutæ, & jam cortices tantùm natantes quaſi appareant. Acetum deſtillatum omne conjunge, atque iterum in B. M abſtrahe, & relinquetur Extractum Margaritarum. Hinc affunde deſtillatam aquam, filtra, & per Alembicum ſepam, idq; toties repete, donec omnis nigrities atque aciditas ſit reparata.*

*Atque ita habes Magiſterium, Salem ſeu Eſſentiam, ut alii appellant, Margaritarum.*

VIRES ET USUS.

Cordiale eſt nobiliſſimum auro potabili in temperaturâ & operatione quàm proximè accedens.

Datur igitur commodiſſimè:

1. In Contracturis, reſolutione Nervorum, Convulſione, Phreniti de.

2. Corpus ſanum conſervat, læſum priſtinæ ſanitati reſtituit; Lac muliebre emendat; Semen utriusq; ſexus auget & corrigit.

3. In confortatione cerebri, Memoriæ & cordis conducit, in Aqu. Borraginis, Cinamomi, &c.

4. Prophylacticum Apoplexiæ, & Vertiginis.

5. Exſiccat & conſumit omnes pravos humores in corpore exiſtentes, è quibus Podagra, Arthritici dolores & Febres ſolent exiſtere.

6. Contra Tabem, Ariduram, & Marcorem ſenilem.

7. Utimur etiam in Hydrope ad con-

confortationem præmiſsis generalioribus.

8. Contra calculum ſingulare.

9. Renovat, auget & confirmat humidum radicale; ita etiam à ſenectute debilitatis ſummoperè conducit.

10. Certiſsimum Præſervativum contra Paralyſin bis in ſeptimâ, in vino Malvatico.

11. Mitigativum in morbo venereo.

12. In Epilepſiâ ſingulare arcanum.

13. Præſervativum in Podagra, Peſte, Febribus.

14. Fortificat humorem vitæ, & Naturam internã in omnibus membris.

15. Contra tremorem cordis, item animi deliquia, in aqua Cinamomi.

16. Fætum in utero confortat & nutrit.

DOSIS.

*Doſis à gr. vij. ad x. vel ℈j. in vehiculo convenienti. Offertur etiam in aquâ Roris Majalis, ſupra triticum vel frumentum collecti.*

OBSERVATIONES.

1. Ex hujusmodi pretioſorum lapidum Eſſentiis, ſeu potiùs Salibus in cellariis ſupra prophyrium vel patinam vitream reſolutis liquor colligitur, non minus atque eſſentia efficax, idque potiſsimum Menſibus Junio, Julio, Auguſto fieri conſuevit, tunc enim cællæ propter antiperiſtaſin frigidiores habentur.

2. Cavendum, ne magiſteria hæc vel alia menſtruis acribus, & corrodentibus præparentur: ex ipſis enim multos interiiſſe hactenus inteſtinis eroſis acrimoniâ expertum eſt.

3. Alii ſolent ſolvere Margaritas per Spiritum Vitrioli, per ſpirirum ligni Gvuajaci rectificatum: Item per aquam Locuſtarum, Quercus novellæ, ſimplicisſima & optima ſolutio fieri videtur per acetum deſtillatum. Aliquando loco aceti uſus ſum ſuccô Citri, qui per ſe etiam eximium cordis confortativum, & alexipharmacum magnum; *unde tempore Theophraſti & Plinii citri poma non* edebantur, ſed veluti theſaurus in ſcriniis cum veſtimentis reponebantur. Et quamvis omnis acrimonia ſucci Citri per ſolutiones non ſit ablata, tamen citra noxam ægris, commodeque exhibetur.

4. Magiſteriorum & Eſſentiarum quæ nihil aliud ſunt, quàm Sal fixus, volatili iterum unitus, frequens in medicinâ uſus eſt. Inter hæc autem palmam præ cæteris obtinet eſſentia Magiſterii nomine decorata, Margaritarum & Corallorum.

5. Vide tamen contra Immodicas laudes horum Magiſteriorum,



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0293-8

ex mente Angeli Salæ, quàm optimè diſſerentem Ampliſſ. Dn. D. Conringium de hermetic. medic. c. 20. p. 264.

## CAPUT VII.
## DE OLEO SEU QUINTA ESSENTIA PERLARUM.

OLei hujus deſcriptio licet à quibusdam propter mirandam virtutem, quam præſtat in Medicina, ſecreti loco habeatur, & ob id minimè ſit vulgaris, eam tamen in gratiam benevoli Lectoris, cui hoc noſtro labore ſtudere volo, hîc prætelire non poſſum, cujus elaboratio lege artis eſt talis:

℞. *Margaritas optimè lotas, & in pulverem tritas; His phiolæ inditis affunde menſtrui acidi volatilis, vegetabilis, vel mineralis quantitatem ſufficientem, vel ad 3. vel 4. digitorum eminentiam, & Phiolam benè occluſam cineribus calidis impone, donec Perlæ omnes ſolvantur, & in liquorem abeant. Menſtruum deinde in balneo abſtrahatur, & in fundo Magiſterium Perlarum reſtabit. Hoc ſume, ipſi aliud menſtruum affunde, ut denuò ſolvantur, tūc nonnullæ impuritates ab eo ſeparabuntur, à quibus, quod clarum eſt, & in menſtruo deliteſcit, effundito ne fæces cum illo permaneāt, denuoque, ut prius menſtruum abſtrahatur, & rurſus, quod in fundo manet, ſolvatur, idque tamdiu repete, donec nullas amplius impuritates Perlæ rejiciant, & ſolutio pura appareat.*

*Quando igitur menſtruum ultimâ vice abſtractum fuerit, affunde aquam pluvialem deſtillatam, & cum eâ Magiſterium hoc ablue: quo facto, aqua rurſus per deſtillationem ſeparetur, idque tantiſper, donec aqua inſipida prorſus guſtui ſe offerat. Accipe nunc hujus Magiſterii quantum velis, eique affunde ſpiritum vini optimum ad 2. digitos, vaſe cum luto optimè clauſo, ad octiduum in cineribus calidis ad digerendum illud colloca, in quo temporis ſpatio, non nihil in oleum ſpiſſum reſolvetur, quod ob ſuam ſubtilitatem Spir. Vini innatabit. Hoc oleum per inclinationem cautè à remanentiâ ſepara, & alium ſpiritum vini affunde, clauſoq; vaſe tuam materiam in calidis cineribus ut ante, digere, toties repetendo, donec omne Magiſterium in oleum converſum ſit. Hoc Oleum, ſeu Quintam Eſſentiam per triduum cum Spir. Vini circulato, ac tandem ſpiritu vini ab illo per balneum evocato,*

*cato, ita tamen, ne eſſentia nimium arefiat, & ad uſum reſervato.*

VIRES & USUS.

Hi, qui lautioris fortunæ, & quos non piget aut pudet, nihil non facere ſumptuum in quævis pretioſa Medicamenta, ad recuperandam ſanitatem, hoc medicamento potiri non poſſunt meliùs. Nam hâc Quintâ Eſſentiâ, vel Oleo Perlarum poſt ☉ potabile, ad naturam humani corporis confortandam nullum adhuc repertum eſt nobilius, nullum elegantius, nullum præſtantius.

DOSIS.

Hujus Olei vij. vel viij. aut x. guttulæ cum Aqua Cinamomi, Borraginis vel Meliſſæ propinatæ, mirificè vires corporis proſtratas erigunt, & Syncope correptis in momento quaſi ſuccurrunt & opitulantur.

OBSERVATIO.

Quidam Pſeudo-Spagyrici Gemmas & Perlas in reverberatorio calcinant cum Nitro, & calcem in cellâ vinaria vel balneo ſuper tabula marmorea vel vitreâ ſolvunt; idq; Oleum Perlarum eſſe perhibent. Sed cave tibi ab iſto Oleo: plerunq; enim parum Gemmæ vel Perlarum, multum verò nitroſæ ſubſtantiæ accipies.

## *CAPUT VIII.*

## DE MAGISTERIO CORALLORUM.

*Coralli à profunditate maris proveniunt, & ſunt frutices ſaxei, qui ut quidam volunt, quàmprimum aëra ſentiunt, durantur & lapideſcunt.*

*Generantur autem ex ſucco lapideſcente, qui ſponte ſuâ in formam fruticis, ſine ope ligni cujuſpiam extranei, vi naturali in ſale ipſius deliteſcente, prorumpit.*

*Fructus verò ſive baccas è corallio naſci Matthiolus contra Orpheum & Plinium negat, ſed potius ex truncis ipſorum torno & limâ deraſis, deinde Smyridis lapidis pulvere & terrâ quâdam ex Tripoli Africæ advectâ, perpolitis, teretes lævesq; reddi, & ſplendorem ſuum cum figurâ capere affirmat.*

*Variæ ſunt ratione colorum differentiæ, facilè tamen ad tria genera referri poſſunt, quo alia pro varietate ſuccorũ ſunt rubra, alba, & nigra. Viridis enim color, ſubflavus, cinereus, flavus & ex his mixtus, qui interdum reperiuntur, priorum trium imperfectiones & immaturitates eſſe videntur.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0295-0

*Cæteris omnibus præfertur rubrum minii nativi colore, quod maſculi nomen obtinet: & hoc recipiendum eſt, quoties ſimpliciter coralliorum fit mentio. Palleſcens Fœminæ nomen habet. Huic ſuccedit corallium album, deinde nigrum. Nam quod alio colore eſt, neq; in uſum adbibetur, neq; pro corallio vulgò habetur.*

*Rubrum in Indiâ & Siene, juxta Plinium reperitur, nunc in mari Tyrrheno & Siculo paſſim invenitur, Neapolimq; affertur ubi politur. Nigrum reperitur in Galliciâ Hiſpaniæ. Album verò inventu rarum eſt, ſolidumq; & cavitatibus caret, quibus ſignis diſtingvitur à ſpecie quadam, Hiſpanis Polo dicta, quæ in Catalonia ab iis qui corallium rubrum quærunt, inventa pro corallio albo prêtio viliori divenditur.*

*Ex his eadem ratione, ut è Perlis, nobiliſſimum Medicamentum quod Sal vel Magiſterium appellitare ſolent, beneficio aceti deſtillati, ut capite VI. ubi de Magiſterio Perlarum actum fuit, diximus, conficitur, & ſummo cum ſanitatis fructu in uſum Medicum adhibetur.*

## VIRES & USUS.

Sicuti Coralli mirabiliter creſcũt: ita etiam mirabilia ſunt illorum Arcana, Myſteria, Secreta & Magnalia. Quemadmodum enim rutilantes integri ex commendatione Paracelſi excellentes ſunt contra Phantaſiam, Phantaſmata, Spectra, Eveſtra, Melancholiam: Sic Magiſterium vel Sal uſu Medico ſingulares virtutes de ſe exhibet:

1. Magiſterii vel Salis vis & natura eſt, ſangvinem in univerſo corpore ſic mundificare & renovare, ut omnibus morbis & affectionibus ex ſangvine corrupto ortum ducentibus, breve intra tempus ſublatis ac ſanatis, corpori veluti redintegrato, alacris priſtinæ ſanitatis vigor reſtituatur.

2. Siſtit omnes fluxus muliebres immodicos, in Aqua Plantaginis.

3. Omnes fluxus ventris.

4. Omnem ſangvinis profluentiam & rejectionem, Hæmorrhoidas.

5. Ad mundificationem vel renovationem ſangvinis, in Aqu. Fumariæ.

6. Siſtit putredines, roborat Cor & Spiritus vitales, ipſumq; tuetur à labe veneni.

7. Confortat & corroborat ſtomachum & calidum innatum, in aqua Mentæ.

8. Omnes obſtructiones tollit in præcipuis membris, pulmone, jecore, renibus.

9. Concretum ſangvinem dirimit.

10. In

10. In vehementiſſima ſuffocatione matricis, ubi omnia irrita; item in Menſtruis ſuperfluis cum Aqua Artemiſiæ, Pulegii vel Meliſſæ.

11. In Hydrope, Spaſmo, Paralyſi, Epilepſia, in Aqua Cinamomi.

12. Contra calculum in aqu. Ononidis.

DOSIS.

*A granis vj. ad xij. vel ℈j. vel ℈ij. pro ratione ætatis, & ſecundùm morbi vehementiam.*

*In ovo ſorbili locô ſalis communis, juſculo, vino generoſo, Aqua Cinamomi. Poſſunt etiam ex ipſo tabulæ parari.*

*Extrà:*

*Sanat ulcera.*

OBSERVATIO.

Hic Sal, ſi placet, in cella ſuper marmore per deliquium in liquorem ſolvi poteſt.

NOTA.

1. Præcipitationem alii peragunt Ol. ♀ p. deliq. alii quoq; cum Spiritu ⊕li.

2. Qui Magiſterium puriſſimum & ab omni craſſamento terreſtri liberum quærunt, corallia primum reſolvunt aceto acerrimo deſtillato, reſoluta filtro deſtillant, & coagulant, idq; opus iterant, donec nihil immundi relictum maneat. Ultimò reſiduam materiam, iteratis deſtillationibus ab acrimoniâ liberant. Id Magiſterium inſtar ſalis in loco humide frigido liqueſcit.

3. Magiſterium coralliorum per evaporationem paratum, à quibusdam quidem communiter Sal ejusdem vocatur, ſed potius eſt ſolutio integri, ſolutiq; coagulatio, in liquore quovis, (exceptis Spiritibus ardentibus) ſolubilis, quàm ſalis extractio.

4. Multi ✢ omnesq; aquas nimium acidas Coralliorum diſſolutioni adhibere verentur quod conſtet plerumq; ſal aceti, poſt ipſius abſtractionem, pondus coralliorum excedere, tantâ in iis acredine relictâ, quæ difficillimè tolli eluiq; poſſit. Verum id eſſe cognoſcet, qui corallia, quæ aceto ſunt reſoluta, in vapores vertet, vel deſtillando ſubtrahet. Magnum enim pondus illis acceſſiſſe, comperiet.

5. Igitur non ſine gravi ratione pro uſu Medicinali quidam ſalia (Magiſteria, ſeu Solutiones dicas) quæ absq; præcipitatione & per ſolam abſtractionem menſtrui ſolventis fiunt, præferunt; quod præcipitati pulveres ad inſtar calcis ſint, & paucis aquis, etiam corroſivis imò nullis diſſolubiles, neq; ſatis apti ad intra corpus exhibendum.

6. Ablutiones & edulcorationes Magiſteriorum, quas omnia tyrocinia Chymica tàm ſeverè præcipiũt, (inquit Zuelferus animadv. in pharmac. Auguſt. p. m. 448.) ſupervacaneæ ſunt, ſi ſolutio aceto deſtil-

lato, vel Spiritu ☽ aut ⊖li Philoſophico peracta ſit, cum nullo modo aciditas aut vis corroſiva menſtrui ſolventis (quæ jam tum in aliud ens commutata eſt) elui, aut ſolutiones edulcorari posſint etiamſi vel centies operatio hæc iteretur. Nam Sal corroſivum menſtrui, nexu indiſſolubili, rei ſolutæ copulatum eſt, eiq; tàm firmiter cohæret, ut nec extremâ Vulcani violentiâ, ſive per deſtillationem, ſive aliâ quâvis torturâ ab ipſis divelli queat; itaq; ſemel aut bis ad ſummum ſolutiones aut ſales ejusmodi diſſolvendo & filtrando ab adhærentibus impuritatibus liberaſſe, ſufficiunt, quæ tandem Spiritu quodam ardente aliquandiu circulari, & tandem deſtillando vel abſtrahendo ab eodem ſeparari poſſunt.

Vid. hâc de re Cl. Dn. D. Pelshöferi Paradoxa Chymica, diſp. publ. Witebergæ propoſita num. viij.

7. In Genere igitur monendum, quod vulgare hoc ſal ſive ſit Corallorum, ſive Margaritarum, non ſal aliquod ſit ipſorum corporum, ſed Magiſterium beneficio Spiritus acidi adhæreſcentis aliquam ſalis formam mentiens. Huc pertinent & ſimilia alia.

MAGISTERIUM BUTYRACEUM CORALLIORUM:

*Solve Corollia ſ. a. in Spiritu magico, (i. e. Spiritu roris majalis, vel quod idẽ in acet.) præcipita cum ol. ♆ per c. præcipitatũ edulcora ac digere aliquandiu cum Spiritu Vini, quo iterum abſtracto habes* Magiſterium *in ore inſtar: butyri liqueſcens.*

MAGISTERIUM PLUMOSUM CORALLIORUM:

R. *Corallior. rubr. fragmenta vel ramos q. v.*

*Spirit. ⊖li Philoſoph. aut phlegmatis ⊖li q. ſ.*

*In vitro miſce. Apparebunt alia ſurſum emergere, alia fundum decidere, ſicq; per ἐνάντησιν ſibi occurrere, ſolutum defunde. Aliud menſtruum affunde. Tandem præcipitatio inſtituatur per Spiritum ⊖li, edulcoratio & exſiccatio.*

VIRES.

Cor & Spiritus vitales confortat, ſangvinem mundificat, & putredini reſiſtit.

*Doſis a gr. vij. ad ℈ß. ℈j.*

Vid. cap. 6. ſupra partis hujus nonæ,

MAGISTERIUM PLUMACEUM ALIUD CORALLIORUM:

*Solve ſ. a. Corallia in Spiritu non Dephlegmato, deſtillato ex ⊖lis & O an. ℔. j. formatis ſcilicet cum argillæ ℔. ij. vel iij. in globulos, videlicet vel per vices injiciendo Corallia in Spiritum vel è contra corallis Spiritum eundem*

*eundem per vices ſuperfundendo: decanta ſolutionem, filtra, (affundendo ut eò commodius filtrari poſſit, ▽ deſtillatam, roſatam, ſi placet) præcipita cum °₀° ♎ per camp. vel Spir. ⊕li edulcora ▽ cordiali & exſicca.*

NOTA:

1. Cum Corallia velut aſcendere deſinunt, menſtruum debilitari incipit, ſubſiſte igitur & inſpiſſa aliquantulum.

2. Menſtruum ſuperius ſi tandem igne fortisſimo fatigaveris, aſcendit materia ſalina rubeſcens.

## CAPUT IX.
## DE LAPIDUM QUINQUE PRETIOSORUM MAGISTERIIS SEU SALIBUS.

EAdem ratione quoq; Salia vel Magiſteria nobilisſima & propter effectus admirandos in curandis morbis gravisſimis præſtantisſima è Fragmentis lapidum quinq; pretioſorum conficiuntur, quorum virtutes paucis hic deſcribere animus eſt.

### I.
### DE USU SALIS, MAGiſterii ſeu, Eſſentiæ, vel animæ aut Tincturæ Smaragdorum.

Hoc Magiſterium eſt 1. nobilisſimum arcanum in confortando cerebro & capite.

2. Abigit Vertiginem, præſervat ab Apoplexia, Epilepſia, & Paralyſi.

3. Confortat memoriam, acuit ſenſus, curat Maniam, Melancholiam, & Phreneſin.

4. In Macore ſenili, Tabe, in cordis palpitatione, ejusdemque confortatione præſtantisſimum & validisſimum Corpus ſanum conſervat, læſum verò priſtinæ ſanitati reſtituit, *atque naturalium partium vires adauget.*

5. Extingvit calorem præter naturalem Epatis, ſitim tollendo.

6. Adauget utriusq; ſexus ſemen.

8. Veneno reſiſtit, Peſti, Febribus Epidemialibus.

8. Dyſenteriæ medetur, & aliis multis morbis remedio eſt.

### II.
### DE SALIS VEL MAGIſterii Granatorum viribus & uſu.

1. Triſtitiam citra cauſam ortam amovet, compeſcit malas cogitationes, & bonos mores, lætitiam & gaudium gignit.

2. Confortat omnia membra principalia,

cipalia, ex quibus virtutes manant naturales & animales, juvat calorem naturalem & ſpiritum viviſic[illegible].

3. Contra Peſtem plurimum valet, tutatur corpus, ne lædatur à peſtifero aëre, & præſervat humores à corruptione.

### III.
### DE SALIS SEU MAGIſterii Sardorum viribus & uſu.

1. Mirè confortat cerebrum, amiſſam memoriam recuperando.

2. Calorem præternaturalem mitigat, ſitim extingvendo.

3. Hæmorrhagias & omnes fluxus muliebres ſimul ac ventris ſiſtit, *Diarrhææ & Dyſenteriæ medetur.*

### IV.
### DE SALIS SEU MAGIſterii Hyacinthorum viribus & uſu.

1. Sanat capitis vertigines, amiſſam memoriam, ſenſus deperditos, oculorum caligines abſtergit, ſomnum conciliat.

2. Medetur Palpitationi cordis, Defectioniq; animæ, juvat calorem naturalem.

3. Tuſſientibus & Aſthmate laborantibus prodeſt.

4. Contra peſtem, Febres, aliosque morbos Epidemiales plurimùm valet.

5. In morbis cancroſis ulceribusque phagadænicis ſummum auxilium.

### V.
### DE SALIS, SEU MAGIſterii Sapphyrorum uſu & viribus.

1. Triſtibus, Melancholicis, deliquio animi à corde proficiſcenti ſuccurrit.

2. Memoriam amiſſam recuperat, ſenſus acuit, comitialib. prodeſt, omnemque cerebri debilitatem aufert.

3. Reſtituit integras vires in priſtinam ſanitatem, extenuatis, conſumptis & Hecticis, &c.

### DE DOSIBUS.

*Doſis eſt à granis v. vel vii. ad x. in Aquâ vel vehiculo convenienti.*

### OBSERVATIO.

Sarda gemma à Neotericis quoque Carneola vocatur. Hi quinque lapides pretioſi prius vel vi ignis vel ſulphure addito calcinarii, & demum Sal extrahi aceto, atque aquâ dulci, vel deſtillatâ edulcorari debent. Si placet, hæc Magiſteria in cellâ ſuper marmore, vel tabulâ vitreâ in liquorem, ut cætera Magiſteria, ſolvi poſſunt: vel menſtruo convenienti extrahuntur earum Tincturæ.

CAPUT

## Caput X.
### De
## OLEO GARYOPHILLORUM.

MOdus parandi Oleum Garyophyllorum eſt, qui præſtò ſequitur.

℞. *Fuſtorum* ℥vj.

*Aqu. tepidæ q. ſ.*

*Fermenti & Salis parum, ſtent in digeſtione & deſtillentur poſtea.*

### VIRES ET USUS.

1. Confortat cerebrum, in aqu. Lilior. convall.

2. Firmat memoriam, in aqu. Betonicæ.

3. Tollit vertiginem, in aqu. Carvi.

4. Melancholiam propellit, in aqua Borraginis.

5. Fætorem anhelitus emendat, in aqu. Salviæ.

6. Confortat ſpiritus tàm animales & vitales, quam naturales in aqu. Cinamomi.

7. Cordi præſidio eſt, in aqu. Borraginis & Citri.

8. Ventriculum roborat, in aqu. mentæ.

9. Flatus & Tormina diſcutit, in aqu. Chamomill.

10. Ardorem ſtomachi ſedat, in aqua Violar.

11. Oppilationem Epatis tollit, in aqu. Cichorei.

12. Lieni prodeſt, in aqu. Scolopendriæ.

13. Venerem incitat, in aqu. Caponis.

14. Calculum frangit, in aqu. Petroſelini.

15. Uterinis affectibus prodeſt, in aqu. Artem.

*Doſis à gut. iiij. ad viij.*

## Caput XI.
### De
## AURO POTABILI OLEIFORMI.

PRimò redigatur, mediante Mercurio, drachma una auri puri, & per Antimonium fuſi, in pulverem ſubtilisſimum: quem ſerva.

Deinde triduanâ deſtillatione, elice Oleum Vitrioli rubrum, vulgari modo: quod hâc ratione dulcificandum.

Poſtquam ab oleo vitrioli, per retortam vitream loricatam, ſpiritus ſeparaſti; ab hoc quoque aliquoties ſpiritum vini tartariſatum abſtrahas. Sic evadet, inſtar mellis, dulce.

Spiritus autem vini tartariſatus ita parandus.

℞. *Tartarum ad albedinem calcinatum, huic ſpiritum vini optimum*

*ſuper.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0301-7

*ſuperaffunde; atque in B. M. ſalis tartari q. v. imbibere ſine. Quo facto; feces reſiduas abjice: atq; ſpiritum vini probè per chartam bibulam trajice: quo ſæpiùs, eò melius. Deinde iterùm: in B. M. pone: atq; ſpiritum vini ad dimidium, ſexies vel ſepties abſtrahe ſemper reaffundendo vinum ſeparatum. Tandem in arenam pone: atque ignem primò lentum, deinde fortiorem ſubminiſtra. Sic ſpiritus, ſale Tartari impregnatus, per alembicum feretur.*

*Quando hunc ſpiritum tartariſatum ab oleo vitrioli, quod à ſuo capite mortuo deſtillatum, & ſale proprio impregnatum ſit, aliquoties abſtraxiſti: tandem oleum Vitrioli, quod aliàs difficulter altum petit, per roſtrum latum alembici (cucurbita non ſit alta) in vas recipiens deſtillabit.*

*In hujus olei ℥iß. facili negotio, per noctem, in calore, calx ſolaris ſuperius præparata, ad ℥j. diſſolvitur, ut ſemper aurum ei immiſtum maneat.*

VIRES & USUS.

In omnibus cordis affectibus eſt ſummum remedium, ipſius confortativum nobiliſſimum & præſtantiſſimum: Item melancholia hypochondriaca, febribus, morbo comitiali attonito, pleuritide, hydrope, ſyncope, &c. ad guttas vj. vel x. in conveniente liquore exhibetur.

## *CAPUT XII.*
## DE FLORE AURI PRETIOSO.

AURUM optimè per antimonium purificatum, & per ſpiritum ſalis aliquoties ſolutum & attenuatum, teritur, cum ſeptem partibus ſalis ammoniaci depurati, & in Alembico cœco ſublimatur, ut flos auri, unà cum ammoniaco, evehatur, qui poſtea ablutione edulcorandus.

VIRES, USUS, DOSIS.

Eſt hoc medicamentum præ cæteris cordiale eximium. Dantur in aqua cordiali vel vehiculo alio confortativo gr. *vj*.

## DE VELLERE AUREO.

Collige rorem ex tritico, menſe Majo, ante exortum Solis, cœlo ſereno, loco editiore, linteo expanſo, & in diſcum expreſſo. atq; in vas fictile effuſo. Stet per dies quatuordecim, vel etiam menſem unum, in loco aliquo, tantiſper, donec craſſior, & fæculenta pars ſubſideat. Filtretur. Cape, quod purum & clarum eſt, ac eo vitrum orificii ſtricti, & latioris fundi, reple, tertia ferè ſui parte

parte; inditis duodecim auri foliis, aliquantulum inciſis. Obturetur membrana triplici, & collocetur in locum calentem, ſive tepidum æſtate, puta, ad Solis radios, hyeme, retrò fornacem. Ac dum menſes novem cum dimidio præterierint, aperiatur vitrũ; & fac aliqua pars exhalet. Poſteà effunde totum liquorem, unà cum remanentiis: ac vitrum rurſus clauſum colloca in cineres calidos, usq; dum exſiccetur. Permittatur adhuc aliquandiu exſiccari. Atq; ita demum lana illa aurea, quæ antea viſum ferè effugiebat, ſponte ſua de lateribus vaſis reſoluta, fundum petet. Quam plumis leviorem, ab aëre & vento cuſtodi, & uſui reſerva.

Si rorem prius deſtillâris, ac poſtea auri folia adjeceris, ſolvetur qvidem etiam hoc modo aurum; verùm non in ejusmodi minutas particulas, quæ ipſis atomis æquari posſint.

VIRES & USUS.

Eximium Cordiale & auro potabili in viribus non inferius. Doſis gr. ij. vel iij in conveniente liquore exhibita.

## CAPUT XIII.
## DE TINCTURIS CORDIALIBUS.

ETſi Tincturae meritò propter operationes, quibus perficiuntur, & conſiſtentiam ſuam ad Extracta referri posſint: tamen quia ab autoribus tincturarum titulo donatæ fuerint, placuit & hîc ipſas ſic appellare.

### DE TINCTURA CROCI.

Fit cum vini ſpiritu, qui ſuper Crocum infundi debet toties, donec Tincturam totam attraxerit, & remaneat terra ſubalba. Tinctura filtratur: & S. V. leni balnei calore abſtrahitur.

Sic & reliquæ Tincturæ perficiuntur.

VIRES USUS ET DOSIS.

Varias & egregias habet facultates: Spiritusq; imprimis in ſyncopticis recreat & reſtaurat mirabiliter: ſi unica ſaltem ejus gutta, in juſculo aut vino albo, exhibeatur.

### De TINCTURA MELISSÆ.

VIRES, USUS & DOSIS.

Inſigniter corroborat cor & omnes partes internas; prodeſt contra cordis palpitationes, ei quoque, cui tumultuoſa inſomnia obverſantur; item iis, qui incertis timoribus corripiuntur. Malis cerebri frigidis

gidis, vertigini, comitialibus, & difficulter ſpirantibus ſuccurrit,&c. Dantur gut. x. vel xx.

De
## TINCTURA RORIS-MARINI.
### Vires, Uſus & Doſis.

Hoc præſtantiſſimum remedium ad omnes affectus cordis. Confert præterea ventriculo,Cerebro& utero. Dantur gut. x. vel xv.

De
## TINCTURA CORTICUM CITRI.

Hæc Tinctura eſt excellens confortativum recreando omnia membra principalia corporis, præcipuè *cor & cerebrum, in Melancholia, Triſtitia. Deliquiis animi ſingulare* Medicamentum eſt, promovet etiã menſes. In peſte & febribus malignis præſtantiſſimum remedium. Contra Ictûs ſerpentum & morsûs animalium venenoſorum nihil certius.

Dantur gutt. x. vel xx. in vehiculo convenienti.

De
## TINCTURIS FLORUM BORRAGINIS & BUGLOSSAE.

Hæ cordi magno præſidio ſunt confortando ſpiritûs,tàm animales & vitales,quàm naturales. Triſtitiam citra cauſam ortam amovent, compeſcunt malas cogitationes, & bonos mores, lætitiam, & gaudium gignunt.

Dantur gutt. x. vel xx. in vehiculo cordiali,ut aqua Cinamomi, Citri, Roſarum, &c.

De
## TINCTURA GRANORUM CHERMES.
### Vires, Uſus, Doſis.

Confortat Cerebrum, *in aquâ Lilii* Convallium.

Firmat memoriam, in aqua Betonicæ.

Tollit vertiginem in aqu. Carvi.

Melancholiam propellit, in aquâ Borraginis.

Confortat Spiritus tàm anima*les & vitales, quàm* naturales in aquâ Cinamomi.

Cordi præſidio eſt in aqua Citri.

Dantur gut. x. vel xx.

De
## TINCTURA FLORUM TUNICARUM.
### Vires, Uſus & Doſis.

Contra Syncopen, palpitationem cordis, & langvorem virium efficax eſt remedium. Plurium alterantium Tincturarum fecimus mentionem ſuprà part. 6. de catharticis particularibus, cap: 15. de Spiritu purgante ſub finem, quæ hûc poſſunt referri & annecti.

*CAPUT*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0304-5
DFG

## CAPUT XIV.
## DE VARIIS ROTULARUM CONFORTATIVARUM FORMULIS.

### ROTULÆ CÆSAREÆ.

Recip.

*Confect. Alkekerm.* ℥ſs.
*Magiſter. Perlar.*
*Ambræ griſeæ ana* ʒſs.
*Moſchi laudatiß.* ℈j.
*Ol. Cinamomi gut. xx.*
*Sacch. alb. in ſpir. Roſar. diſſ. q. ſ. vel* ℥viij. *F. Rot. parvæ pro uſu.*

### Vires, Uſus, Doſis.

Supra modum caput, cerebrum & memoriam confortant. Cor frigidum & tremulum roborant, & omnibus ipſius affectibus opem præſtant. Dolorem capitis diuturnum & vertiginem diſcutiunt. Viſum acuunt. Humidas oculorum defluxiones ſiccant. Caniciem retardant. Vitam ex malâ victus ratione abbreviatam prolongant. Doſis ſæpius in die ab j. ad ij. vel iij. pro una vice.

### ALIÆ ROTULÆ CONFORTATIVÆ.

R. *Confection. Alkekerm.* ʒiſs.
*Spec. Diamarg. frig.*
*Cordial. temper.*
*Lætif. Rhaſis ana* ℈j.
*Magiſter. Perlar.*
*Corall.*
*Smaragd. præpar.*
*Pulv. ligni Aloës,*
*Lapid. Bezoard. ana* ℈ſs.
*Fol.* ☉*lis num. iij.*
☽*æ num. ij.*
*Sacchari albiß. in aqu. roſar. per balneum deſtill. q. ſ.*
*Fiant ſ. a.* Rotulæ *parvæ. S. in Schatulâ mundâ*, Kräfftige Stern-Küchlein.

### VIRES ET USUS.

Caput, Memoriam, Cerebrum mirè confortant. Cor exhilarant. Stomacho, Epati, & aliis Membris nutritioni inſervientibus præter modum opitulantur.

(Nota: Species Diamargar. frigid. ſemper quoad fieri poteſt, recentes præſcribantur, aliàs ingratæ ſunt.)

### Rotulæ Cordiales aliæ.

R. *Spec. Diamargarit. frig.*
*Diarrhod. Abbat. ana* ʒiſs.
*Magiſter. Margarit.*
*Corallor. an.* ℈j.
*Confect. Alkekermes* ʒiſs.
*Ol. Stillatit. Roſar. Maceris,*
*Garyophillor.*
*Cinamomi ana gut. iij.*
*Sacchari albiſſimi* ℥vj.
*In aq. Cinamomi diſſolut. F. confect. in Rotulis.*

### Vires, Uſus, Doſis.

Cor ſuprà modum confortant, illudq; ab omni corruptione illæſum præſervant, & ne facilè à maligno aëre, depravetur, tutantur hæ Rotulæ.

Hûc non incommodè referri poſſe puto Rotulas γαλακτοποιητικάς Dn. D. Dorncreilii l. d. pag. 92.

R. *Marg. præpar.* ʒß.
*Corall. rubr. præp.* ʒiß.
*Ol. ſtillat. fœnic. gutt. viij.*
*macis gut.* iiij.
*Sacch. fin. ſ. q. aq.*
*Nuc. moſchat. diſſolut.* ℔j.

F. l. a. Rotulæ.

### USUS.

Experimentum eſt in provocatione *lactis. Sumant Nutrices ſingulis diebus manè, à meridie & tempore veſpertino quatuor, aut quinq; pro unâ vice.*

### Aliter.

R. *Condit. Rad. Scorzoner.*
*Borrag. ana* ℥j.
*Pyror. moſchatell.*
*Pulp. Citri,*
*Flor. arant. ana* ℥v.
*Conſerv. flor. Tuni.* ℥j.
*Borrag.* ℥v.
*Spec. lætific. Galeni* ʒß.
*Diatr. ſant.* ʒj.
*Tincturæ Corallor.* ℈ß.
*Rotul. Berber.*
*Gelatin. Rib.*
*Cydon. ana* ℥v.
*Succi Granator.* ℥iij.
*Aqu. Carbunculi* ʒvj.
*Cum Syrup. de pomis, & de Cort. Citri ana q. ſ.*

*pro condito.*

### Aliter:

R. *Aqu. per Bal. deſtillat.*
*Borrag.*
*Bugloß. ana* ℥ij.
*Citri.*
*Meliſſæ ana* ʒiiß.
*Carbunculi* ℥j.
*Tincturæ Corall.* ʒv.
*Confect. Alkekermes* ℈j.

*Miſce.* S. Krafft-Waſſer.

### ALIUD CONFORTATIVUM:

R. *Conſerv; flor. tun.*
*Borasg.*
*Meliſſæ,*
*Roriſmar. ana* ℥j.
*Roſar. rubr. Bugloſſ.*
*Cortic. Citri cond.*
*Arant.*
*Carnis Citri condit. ana* ℥ß.
*Nuc. moſch. in Indiâ condit.* ʒvj.
*Tinctur. Roſar.*
*Meliſſ.*
*Borrag. ana* ʒij.
*Magiſter. Corall.* ℈iiß.
*De Hyacinth.* ℈j.
*Margarit. Orient. præp.* ʒß.
*Spec. Diaxyloal.*
*Diambræ,*
*Aromat. roſat. Gab.*
*Lætif. Gal.*

*Elect. de Gemmis ana* ʒß.
*Confect. Alkekerm.* ʒiij.
*Spir.* ⊕*li gut. xx.*
♀*ris gut. iij.*
*Syrup. de pomis redolentibus, de Borrag. de rad. cortic. Citr. acetoſ. Citri ana quantum ſufficit pro Electuario in liquidâ formâ.*

ALITER:

R. *Confection. Alkekerm.* ℥ß.
*Conſerv. Borrag.*
*Bugloß.*
*Flor. Arant.*
*Anthoſ. ana* ℥vj.
*Cortic.* Citri *condit.* ℥ß.
*Nuc. Moſch. in Ind. condit. Syrup. acetoſ. Citri q. ſ. pro Electuario.*

R. *Electuarii Cordial.* ℥iiß.
*Mixturæ Cordial. Imp.* ℈ij.
*Pulv. Cordial.* ʒiß.
*Magiſter. Corall.*
*Perlar. ana* ℈ß.
*Syrup. acetoſ. Citri* ℥j.
*Fiat mixtura, cujus Doſis* ʒj. *vel* ʒiß.

VEL:

R. *Conſerv. flor.* Citri,
*Bugloſſ.*
*Borrag.*
*Gelatinæ Citrianæ ana* ℥j.
*Magiſter. Perlar.* ℈ß.
*Croci ſubtiliter pulv. gr. vj.*
*Olei Citri,*
*Cinamomi ana gut. ij.*
*Fiat Mixtura. De hâc Patienti bis, tervè indies porrige per ſe, vel in aqua deſtillatâ.*

VEL:

R. *Aq. Borrag.*
*Bugloß.*
*Acetoſ.*
*Meliß. ana* ℥ij.
*Syrup. Bugloſſ.*
*Borrag.*
*Acetoſ.*
*de ſucco* Citri *ana* ℥j.
*Olei* ⊕*li aliquot. gut. vel x.*
*Miſceantur, & aromatiſentur aquâ Cinamomi, & de ipſis ſæpiùs aliquot cochlearia bibenda concedito.*

## AQVA PERLATA, mirè confortans in Melancholia.

R. Magiſter. *perlar.*
*corall. ana* ʒj.
*hyacynth.*
*ſmaragd.*
*rubin. ana* ʒß.
C.C. *phil. præp.*
*ebor. præp. ana* ℈j.
*Moſchi,*
*Ambræ ana gr. vj.*
*Aqu. Cinamomi*
*borrag.*
*bugloß.*
*roſar.*
*cichor. ana* ℥iß.
*Extr. gran. cherm.* ʒß.
*Manus Chriſti perlat.* ℥ijß.
*Miſc. doſ. cochl. j. pro vice.*

## ALIA AQVA PERLATA in Officinâ uſualis:



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0307-2
DFG

R. *aqv. roſar.*
*borragin.*
*bugloß. an.* ℥iiij.
*Man. Chriſt. perlat.* ℥j.
*Sacchar. cand.* ℥ſs.
*Miſce.*

ALIA.

R. *aqv. acetoſ.*
*borrag.*
*bugloß.*
*roſar. an.* ℥iiij.
*Man. Chriſti. perlat.* ℥iij.
*Margarit. præparat.* ʒſs.
*Syrup. granator.* ℥j.
*Miſce.*

VIRES:

Vulgò notiſſima ſunt, utpote ad quæ in extremis tanquam ad ultimum levamen confugitur, cochlear ſubinde propinando.

ALIUD.
CONFORTATIVUM.

R. *Electuar. cordial.*
*Pulv. cordial. ana* ʒj.
*Magiſter. Corall.*
*Perlar. ana gr. vij.*
*Sacch. alb. in aqv.*
*Cinamomi diſſoluti* ℥iiij.
*Ol. Cinamomi,*
*citri ana gut. ij.*
*Fiat confectio in Morſulis, qui inaurati dentur ad reſtaurandas corporis vires.*

VEL:

R. *Conſerv. roſar. cum*
*Spiritu* ⊕*li* ℥ij.
*Ex carne citri,*
*borraginis ana* ℥j.
*Pulver. cordialis* ʒij.
*Electuarii cordialis* ʒijſs.
*Pulveris Aloës* ℈j.
*Moſchi,*
*Ambræ ana gr. vij.*
*Fol. auri fini num. iiij.*
*Syrup. de Cinamomo* ℥ijſs.
*Fiat Mixtura, quæ data decenter ſignetur nomine medicamenti confortativi univerſalis. Inſigniter corroborat hoc conditum internas partes omnes, quando æger capit de hoc quantitatem juglandis.*

VEL:

R. *Pulver. cordial.* ℥j.
*Magiſt. corall.*
*Perlar. ana* ℈ſs.
*Lapidis Bezoardici gr. vj.*
*Fol. auri fini num. 5.*
*Rotul. manus Chriſti ſemiunc.*
*Fiat pulvis, cui inſpergantur*
*Ol. Garyophyll.*
*Cinamomi,*
*citri ana gut. ij.*
*Detur in Schat. S. Pulvis confortativus.*

VEL:

R. *Aqu. Cinamomi* ℥ij.
*Citri,*
*Vitæ mulier. ana* ℥jſs.
*Roſar.*
*Bugloß.*
*Roſmarin. ana* ℥j.

*Margarit. præp.*
*Magiſter. corall. ana* ℈j.
*Morſul. è ſucco berberor. unc.* j.
*Miſceantur & dentur in fictili.*

VEL:

R. *Aqu. Roſar.*
*Cinamomi,*
*Citri ana unc.* jß.
*Carbunculi,*
*Confortativ.*
*pretioſ.*
*in deliqv. ana unc. vj.*
*Magiſter Corall.*
*Perlarum ana* ℈j.
Mixtur. Cordial. Imperial. ʒß.
*Morſul. ex ſucco citri,*
*Syrup. è ſucco Citri,*
*è ſucco berber. ana unc. j.*
*Miſceantur benè & dentur pro uſu.*

VEL:

R. *Salis Corallor.* ℈ij.
*Margarit. præp.* ℈j.
*Pulv. cordial.* ʒj.
*Ligni Aloës,*
*Santali citrini,*
*Cinamomi,*
*Garyophyll. ana* ℈j.
*Spec. Diamoſch. d* ʒß.
*Sacch. roſat. tabulat. vel*
*Morſul. citri, vel Rotul,*
*Manus Chriſti unc. j.*
*F. ex omnibus pulvis confortativus.*

VEL:

R. *Aqu. vitæ mulier. unc. iij.*
*Cinamomi,*
*citri ana unc.* jß.

*Borrag.*
*Bugloß. ana unc. j.*
*Confect. Alkekerm* ʒj.
*Salis corallorum,*
*Perlarum ana gr. v.*
*Benè agitata transcola per chartam bibulam. & da ſecurè.*

VEL.

R. *Magiſter. Corall.*
*Perlar. ana* ʒß.
*Hyacynthi* ℈j.
*Extracti Croci* ℈ß.
*Confect. Alkekerm.* ʒj.
*Ambræ,*
*Moſchi ana gr. v.*
*Ol. Cinamomi.*
*Garyophyllorum ana gut. ij.*
*Sacchari albi fini q. ſ. pro confectione in Morſulis.*

## SEQVUNTUR CORDIALIA EXTERNA:

R. *Aqu. Roſar,*
*Borrag. ana unc. ij.*
*vini Malvatici* ʒiijß.
*Aqu. Cinamomi unc. j.*
*Spec. cordial.* ʒij.
*Acet. Garyophyll.*
*Spiritus roſarum ana* ʒiij.
*Fiat Mixtura. Sign. Epithema cordiale, vel Epithema ad cor & pulſus.*

## EPITHEMA IN FEBRIBUS MALIGNIS.

R. *Aqu. roſar.*
*ſambuc.*
*lactuc. an.* ʒjß.
*acet. roſac.*
*rutac.*

*rutæ. an. ℥j.*
*Spec. diatrionſantal.* ʒjß.
⊕ *præpar.* ʒj.
*Theriac. Andromach.* ʒjß.
*Croci* ℈ß.
*Miſce.*
*F. Epithema, cui & tantillum camphoræ admiſceri poterit.*

VIRES:

Carpis, fronti & pulſibus applicatum æſtum febrilem mirum in modum in febribus malignis præcipuè mitigat, Cephalalgiam lenit, ſomnum conciliat.

ALITER.

R. *Aqv. Lavendulæ,*
*Liliorum convall.*
*Apoplect.*
*Cinamomi ana unc. ij.*
*Pulveris ligni aloës,*
*Garyophyllor.*
*cinamomi ana* ʒjß.
*Spiritus roſarum* ʒiij.
*Fiat mixtura pro corde, naribus & pulſu.*

ALITER.

R. *Ol. nuc. moſchat. expreſs.*
*Ungvent. pomati ana* ʒj.
*Pulv. cordial.* ℈ß.
*Ol. citri,*
*Cinamomi,*
*Garyophyllor. ana gut. iij.*
*Fiat Ungventum, S. Ungventum cordiale.*

ALITER.

R. *Ol. nuc. moſchat. expreſs.*
*Ungv. Pomat. ana* ʒj.
*Ol. citri,*
*Cinamomi,*
*Nardi ana gut. ſ.*
*Balſami citri,*
*Roſarum ana* ℈ß.
*Fiat Linimentum pro naribus, corde, & pulſu.*

Aliquando loco Ungventorum cordialium extrinſecus cordi & pulſibus applicantur ſacculi pro roboratione ex ſequentibus præparandi.

R. *Herb. Meliſſæ,*
*Ocymi,*
*Flor. roſar. rubr. ana p. ij.*
*Borrag,*
*violar.*
*Tunicar. ana pug. j.*
*Cortic. citri ſicc.*
*Ligni aloës.*
*Cinamomi,*
*Macis ana* ʒj.
*Spec. Diambræ,*
*Diamoſch. d. ana* ℈ij.
*Croci* ℈j.
*Ex inciſis minutim fiant tres ſacculi, qui prius vino Malvatico, vel aqv. Cinamomi, vel aliâ pretioſâ irrorati, atq; iterum expreſſi, cordi & pulſibus manuum applicentur.*

VEL:

R. *Flor. roſar. rub. M. ijß.*
*Borrag.*
*Nymph.*
*Bugloſs.*
*violar. ana M. jß.*

*Anthos*

*Anthos pug. ij.*
*Meliſſæ*, M. ß.
*Santali Citrini odora.* ℥iiß.
*Ligni Alöes* ℈iß.
*Cortic. Citri ſicc.* ℈ij.

*Ex omnibus minutiſſimè contuſis fiant ſacculi parvi pro corde & pulſibus formâ decenti.*

Et hæc quidem de confortantium Medicamentorum pretioſorum præparatione, Viribus, Uſu & Doſi ſcripta ſufficiant. Sequitur nunc, ut de peregrinâ quâdam herbâ Thee dicta pauxillum dicamus, poſtea Anodyna ſequenti ordine, quàm brevisſimè fieri poteſt expediemus.

## CAPUT XV.

## DE HERBA THEE.

ANtequam finem confortantibus Medicamentis imponamus, divertamur non nihil ad herbam peregrinam Thee dictam quæ cum inter Confortativa computetur, atq; ante annos non ita multos Europæis innotuerit, inq; multorum ore verſetur, quid verò ſit ignoretur, igitur paucis ejus hiſtoriam & uſum ſubjungamus.

Sunt autem herbæ Thee folia oblonga, acuminata, & in ambitu crenata; Radices verò fibroſæ, ac in minimas particulas diſperſæ. Creſcit tantùm non in Chinâ, ac Japoniâ, verum etiam in Chiam: at eo diſcrimine, quod Chinenſis folia ſint ex nigro viridia, Japonenſis verò colore dilutiore, ac ſapore gratiore. Unde quoq; fit, quod Japonenſium Tchia longè pluris, etiam æſtimetur, quàm Chinenſium Thee, veniatq; non raro una ipſius libra, centum argenti libris.

*Videtur autem hæc planta non* longè cognita fuiſſe Chinenſibus, neq; admodum diu in uſu: deſunt enim ipſis avita, quibus eam deſignent, nomina; ſive hieroglyphica illi characteres (quales fermè ſunt omnes Chinenſium literæ) quibus exprimant ipſius naturam.

### VIRES:

Creditur pasſim, nihil hâc herbâ ſalubrius, cùm ad vitam, in extremam Senectutem prorogandam; tùm ad impedienda quæcunq; ſanitatis incommoda, neq; ipſam ſolùm corpora reddere vegeta, atq; arcere calculi dolores, quibus hîc neminem dicunt obnoxium, verum etiam tollere dolorem capitis, gra-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0311-3

vedinem, lippitudinem, deſtillationem, Spiritus difficultatem, ventriculi imbecillitatem, inteſtinorum tormina, laſſitudinem, ac ſomnum, quem tàm evidenter compeſcit, ut ſorbitionem hujus decocti aſſumentes, videas interdum integras noctes lucubrando conſumere, ac ſine ullâ moleſtiâ evincere, inexpugnabilem alioquin dormiendi neceſſitatem.

Calefacit modicè, & adſtringendo ventriculi oſculum, refrænat, coercetq; uſq; eò vaporum ad ſomnum conciliandum neceſſariorum adſcenſum, ut nihil impedimenti offeratur illis, qui ſcribendo aut meditando ſatagũt noctes tranſigere.

*USUS:*

Differunt haud parum inter ſe diſcrepantes hæ nationes circa utendi rationem, permiſcentibus Japoniis pulverem hujus plantæ, in lapide ophitide contritum aquæ calidæ, Chinenſibus verò ipſam plantam cum paucis ſalis, ſaccharivè granis, ex liquore aliquo decoquentibus.

Quod decoctum deinde calefactum officioſiſſimè propinant, cum convivis invitatis tum quibuscunq; honoris cauſâ ipſos ſalutatum venientibus. Idq; eâ animorum inclinatione, ut Principes etiam Viri non detrectent, quin potius honori ducant, ſuis manibus hanc herbã vel amicis decoquere, vel alioquin ei miſcendæ, temperandæve operam ſuam impendere. Exſtructis propterea in palatiorum ſuorum interioribus, conclavibus ac foculis ex pretioſiſſimis lapidibus, ligniſve, iſti operi ſpeciatim dicatis. In quibus etiam curioſè aſſervantur ollæ, tripodes, infundibula, calices, cochlearia, aliaq; perpolita hujus culinæ inſtrumenta, quæ aliquot aureorum millibus redempta, ac ſericis integumentis involuta intimis ſolummodo amicis oſtendũt, neq; minoris habent loco ac apud nos Adamantes, Gemmas, ac baccata ſummi pretii monilia. Uti videre eſt apud Joan. Maffæum Rer. *Indicar. lib. 6. & 12.* Ludovicum Almeydam Select. epiſt. l. 4. Petrum Jarricum tom. 2. l. 2. c. 17. Matthæum Ricium de Chriſtian. expedit. apud Sinas l. 1. c. 7. Aloiſium Frois in relat. Japonic. Jacobum Bontium dialog. 7. Medic. Indic. & Joannem Linſcotum cap. 26.

Clariſſ. Dn. Adamus Olearius lib. 5. Itiner. Perſic. p. 598. ait quod ipſe viderit Iſpehani, in Metropoli Perſiæ, Perſas hanc herbam decoctã bibere ex aquâ clarâ cum Sem. Aniſi aut Fœnicul. & pauculo Caryophyllor. atq; ſacchar. q. ſ. pro edulcoratione.

InHollandia eſt quoq; hæc herba famili-

familiaris, advehiturq; ab Orientalibus Regionibus. A Gallis tamen in magnâ copiâ appetitur, emiturq;. Vid. quoq; Generoſ. Dn. Johan. Albert. à Mandelsloh in Itinerar. Oriental.

Decocto huic herbæ Thee palmam præripere Decoctum granorum Cove exiſtimat Excell. Dn. D. Leonhardus Urſin. Lipſiæ P. P. & Botanicus famigeratisſimus.

# PARS X. DE ANODYNIS.

ANodyna Medicamenta in genere appellari poſſunt omnia, quæ dolorem tollunt, quacunque etiam vi id præſtent. Hæc autem ſunt non unius generis, ſed alia dolorem ipſum, *alia cauſam doloris ſpectant, & ſubmovendo cauſam* doloris, dolorem tollunt, alia duntaxat partis ſenſum hebetant, & ita morbum quaſi dormire faciunt, ut Opium & Mandragora, de quibus hic jam pauca recenſebimus, eo tamen ordine, ut, quid Opium ſit, quas crudum habeat virtutes, quomodo ex ipſo ſalutaria Medicamenta conficienda, quàm ob cauſam ſine diligenti *præparatione & correctione in uſum Medicum* non venire debeat, & quas tandem habeat in Medicina virtutes, certis capitibus expediamus & comprehendamus.

## *CAPUT I.* QUID SIT OPIUM.

OPium nihil aliud eſt, quàm lachryma, vel Gummi papaveris cujusdam in Cambajete. Naſcitur enim iſtic Papaver (corcax vocant nomine cum Arabibus communi) prægrandi capite, quod interdũ binos ſextarios, id eſt LX. uncias capere posſit: hoc inciſo, opium exſtillat, quod ad nos poſtea advehitur. *Varia* autem ſunt genera Opii pro regionum differentiâ. Quod è Cairo adfertur, albicans maximi pretii eſt, & à noſtratibus Thebaicum vocatur. Incolæ ejus loci opii eſui ita adſveſcunt, ut à ſcrup. 1. ad drachm. 1. *ſine* ſanitatis incommodo deglutire posſint: Imò ejus uſu abſtinere nequeant ſine



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0313-4 DFG

manifeſto *vitæ* diſcrimine. Scribit Cluſius, quòd quendam noverit Coraſonem natione à Secretis Nicomoxæ, Regis Indiæ, qui ſingulis diebus tres laminas Opii comederit, id eſt, decem drachmas & amplius: & licet ſtupidus & dormitabundus ſemper viſus fuerit, aptisſimè tamen eum de omnibus diſputâſſe, profert.

ELECTIO.

Præſtantisſimum habetur nobis Opium Cambaiſanum, quod ponderoſum, denſum, inflammabile & ardens (non atra tamen flamma) odore ſoporiferum (inſtar papaveris) ac graveolens, ſapore amarum & acre, colore ad aloen accedens, cũ *frangitur, ſplẽdore quodam nitens, facilè ſolutu.*

Dignoſcitur ab adulterato, quod hoc ſi diluatur, liquorem croceo colore tingat, ob Glaucium admiſtum. Dn. D. Schröder. Pharmacop. lib. 4. p. 202.

VIRES OPII.

Proprietates Opii ſunt: Sedare omnis generis dolores, internos & externos; roborare meatus nimiùm hiantes, & apertos; præcipitare & conſumere vapores malignos hinc inde ortos, incraſſare ſubtiles & rodentes humores, corrigendo illorum malignitatem & acrimoniam; ſiſtere *fluxum* dyſentericũ & menſtrualem; extingvere calorem ardoremq; febrilem, provocare inquietis ſomnum; & deniq; inſtar Balſami partes à corruptione defendere. Unde non modò ſatis ſuperq; conſtat, Opium multis paraſangis abeſſe à venenoſitate & malitia illa qua plures illud mendaciter inſectari & vituperare conſveverunt: verùm etiam occaſione hâc commoti Medici Spagyrici modum tandem *invenerunt* conficiendi ex ipſo opio, *adjectis aliis ſpe*ciebus, pretioſum & nobile Medicamentum, Laudanum Opiatum, dictum à Neotericis, quod nihil aliud eſt, quàm ejus Extractum, admixtione aliorum Cordialium & ſimil. correctum. Vocatur autem LAUDANUM qſ. laudatum Medicamen*tum, & hoc ob inſignem virtutem.* Quamvis Libavius Syntagm. lib. 8. c. 44. Barbaricæ inſolentiæ vocem eſſe & Paracelſicæ convenientem dementiæ dicat: Attamen ob ſubitaneam miraculoſamq; operationem ejus neque in Spagyrica, neq; in dogmatica Pharmocopæa ullum æquale, ne dicam eo ipſo præſtantiùs unquam repertum fuit remedium, pro quo quilibet Chriſtianus omnium bonorũ Datori, DEO, meritò gratias *immortales* agere debet; cujus rei unum atq; alterum exemplum diverſorum tamen Authorum hîc ſubjicere non gravabimur.

*CAPUT*

## CAPUT II.
## De
# LAUDANO OPIATO QUERCETANI.

Recip.

*Extract. ſeu Eſſentiæ Opii beneficio Spiritus Vini, Aceti fortis, vel juris limonum extractæ* ℥ij.

*Eſſentiæ Croci, cum aqua limonum extractæ* ℥j.

*Hæc duo Extracta, vel Eſſentiæ confundantur invicem in vaſculo argenteo parvo, his addas*

*Magiſter. Perlar.*
*Hyacynth.* Corall. *ana* ʒiſs.
*Terræ ſigillatæ veræ* ʒj.
*Pulveris Lapidis Bezoardici,*
*Unicornu,*
*Ambræ gryſeæ ana* ℈ij.

*Miſceantur & agitentur omnia continuè ad lentum ignem, donec ex materiâ frigefacta pilulæ formari posſint.*

VIRES & USUS.

Inſignes præſtat hoc Laudanum Opiatum in Medicina Effectus, quod neminem ſua ſpe unquam fruſtrabit.

Nam confert citra moleſtiam & Cerebri ullam perturbationem adverſus omnis generis dolores à quacunque cauſa ſubortos. Contra omnes defluxiones & fluores ventris, Dyſentericos, Hepaticos, Lientericos & ſimiles.

Contra omnes hæmorrhagias, ſive fluxus ſangvinis, in quacunque parte fuerint.

Ad adducendam gratam tranquillitatem in febribus ardentisſimis, in quibus ipſe rationis ſenſus læditur, & in Phreneſin æger plerunque delabitur.

In Colica ſemper remedium præſentisſimum.

In Vomitu & Catarrho ſiſtendo nullum medicamentum nobilius.

DOSIS.

*Exhibetur in formâ pilularum, vel ſolutum in vehiculo, prout morbus requirit à gr ij. ad gr. v.*

OBSERVATIO.

1. In Opii præparatione hunc obſerves modum: Conſcindas Opium fruſtulatim, & areſiat in vitreo vel argenteo vaſculo, hyeme in hypocauſto, æſtate in loco aperto. Itidem in patinâ, donec in pulverem digitis comminui posſit, & fætorem amittat. Cavendum autem eſt, ne ſulphur narcoticum vapore ſuo nares tuas offendat, & tibi damnum inferat.

Eodemmet *modo* Dn. D. Zvvelferus animadv. in Pharmac. Auguſt.

 p. m.

p. m. ij4. hanc facilem, compendioſam & genuinam præparationem vocat, ſi opium fruſtulatum ſeu in tenues lamellas conſciſſum collocetur ſuper laminam ferream. ſuperq; carbones accenſos leniter incaleſcat, & ejus 🜍 narcoticum ſenſim exhalet, quousq; non amplius fumum emittat, videndo tamen ne comburatur, ſed ut ſolummodo torrefiat. Cujus quoq; ſala internat. Laudanor. c. 2. (m. in lib. operum ſuor. eſt pag. 610.) mentionem facit.

2. Croco (cujus unc. j. tibi dabit Eſſentiæ ſive Extracti drachm. j.) affundas aqv. Roſar. vel Borragin. aliquot guttulas Spiritus Vitrioli, *vel ſucci limonum ſubtiliatæ*, q. ſ. ad Eſſentiam *hoc modo præparandam*.

3. Eſſentiæ vel Extracta Opii, & Croci non debent eſſe admodum ſpiſſa, ſed liquidiora, ut cætera facilius admiſceantur.

4. Feces quæ poſt tincturam extractam remanent, inſervire poſſunt anodynis externis inde concinnendis, e. g. in Podagrâ, &c.

5. Opium in Extractione ſua, quæ fieri ſolet per Spiritum vini, ſulphur ſuum venenoſum & noxium in *ſuperficie Spiritus repræſentat*, hoc removeatur, & poſtea nihil periculi tibi ex uſu opii timendum erit.

Certum n. eſt, Menſtruum extrahendi opii duplex apud authores decantari. Alii eligunt acidos ſuccos, & hi deleteriam vim, & ſalinum principium reſpiciunt. Alii *malunt ſpiritum vini, atq; narcoticam & anodynam vim in 🜍reâ parte* quærunt.

## *CAPUT III.*

## DE LAUDANO OPIATO QUERCETANI ALIO,

### Quod vocari poteſt: Laudanum Opiatum Quercet. majus.

Recip.

*Extract. Bezoart. Quercet. (doſi integrâ uti infra ſequetur) nondum inſpiſſat.*

*Extract. croci ex croc. ʒiiij. cum ▽ deſtillatâ ex ſucc. limon. vel pomorum redolentium, acuata cum 🜊u ⊕li, vel °o° 🜍 (ex tribus ʒ reſtabit tibi eſſentia croci ʒj.)*

*Extract. Myrrh. & Mumiæ (ut ſequitur.)*

*Extract. Opii inſuccati cum ſucco hyoſcyami depurati & perfectè rubicundi ʒvj.*

*Miſtis*

*Miſtis his omnibus, & in Alembicum poſitis.*

*F. Exhalatio ſeu deſtillatio ad ignem lentum donec materia in Syrupi conſiſtentiam redigetur. Quo facto in patinâ argenteâ ei admiſcebis ſequentia:*

R. *Succini citrin. præpar. (i. e. ſuper quo Spiritus Vini opt. aliquoties (4.) deflagrarit.)* ℈ iiij.
*Sal. perlar.*
*Corallior. an.* ʒ ij
*Terr. ſigillat. opt.* ʒ j ß.
*Pulver. lapid. Bezoar. ver.*
*Oſſ. de C. C.*
*Unicornu veri an.* ʒ j.
*ambr. gryſ.* ʒ ß.

*Rurſus ad ignem lentum probè agita omnia diu cum ſpatulâ eburneâ, in fine, ubi refrixerint ferè, adde.*

°₀° *aniſi,*
*fœnicul. an. gr. xij. vel xv.*

*Doſis eſt grani piperis magnitudo, vel gr. ij. iij.*

## PRÆPARATIO EXTRACTI BEZOARDICI:

R. *rad. Angel.*
*Zedoar.*
*Galangæ,*
*Tormentillæ,*
*Cortic. Citr.*
*Lign. Aloës,*
*Santal. rubr.*
*citrin. an.* ℥ j.
*Granorum Alkermes*
*Diptamni,*
*Cinamom.*
*Spicænardi,*
*Caryophyllor.*
*nuc. moſchat.*
*macis,*
*Cardamom.*
*Been albi.*
*rubri an.* ℥ ß.
*Camphor.* ʒ j.

*Omnibus conquaſſatis in matracio vitreo, cum aquâ vitæ juniperi. F. Extract. ſ. a.*

## EXTRACTUM MYRRHÆ ET MUMIÆ FIT:

R. *Myrrhæ,*
*Mumiæ an.* ℥ ß.

*Diſſolve in patinâ ad ignem cum hydromelite vinoſo, aut cum alio quodam vino, & quoniam ipſa ſunt viſcoſa, calentia adhuc per linteum trajice.*

## CAPUT IV.
## DE LAUDANO OPIATO CROLLIANO.
### Eo modo præparati, ut ſeqvitur.

Rec.

*Opii thebaici* ℥ iij.
*Succi Hyoſcyami debito tempore collecti, & in ſole prius inſpiſſati* ℥ iſs.
*F. Extract. cum ſpiritu vini,*
*Spec. Diambra,*

*Diamoſch. d. ana unc. ijß.*
*Mumiæ transmarinæ unc. ſem.*
*Salis perlar.*
*Corallorum ana ℥iij.*
*Liquoris ſuccini cum*
*Spiritu vini extracti,*
*Oſſis de cord. cervi ana ℥j.*
*Lapidis Bezoardici,*
*Unicornu mineralis, vel animalis ana ℥j.*
*Moſchi,*
*Ambræ ana ℈j.*
*Oleor. Aniſi,*
*carvi,*
*Arantiar.*
*citrior.*
*Nuciſtæ,*
*Garyophyllor.*
*Cinamomi,*
*Succini ana gut. xij.*

*Ex his omnibus fiat ſecundùm artem maſſula, ſeu extractum ad uſum neceſſarium.*

## OBSERVATIONES.

*Laudanum opiatum cùm alvum conſtringere ſoleat, illa Extracto Rhabarbaræ, vel Panchymagogo ſolvenda erit.*

*Radices & cortices Hyoſcyami juniores, recentes, ſuccolentæ, exteriores, abjecto interno trunco lignoſo, colligantur Sole & Lunâ exiſtentibus, vel in Ariete, vel in Librâ ante plenilunium.*

*Succus Hyoſcyami non recens in uſum Medicum veniat, ſed ad annos aliquot reſervatus; tunc enim amittit fœtorem venenatum, & adipiſcitur gratum, & amabilem odorem ſalubrior evadendo.*

*Sumatur opium Thebaicum, ex Cairo, quod ad nos advehitur albicans.*

*Opium prius purgetur in liquore hyſſopi, vel aqvâ deſtillatâ, poſtea extrahatur Spiritu vini.*

*Extrahenda extrahantur Spiritu vini rectificato, quô diutiùs poſtea invicem digerantur, ſic eo potentior erit operatio.*

*Pro Mulieribus, & Hyſtericis propter ſuffocationem matricis Ambra, & Moſchus omittantur in compoſitione, vel ad ſupprimendum odorem aliquot grana Caſtorei addantur, ad doſin unam, antequam mulieribus exhibeatur.*

*Fæces Hyoſcyami, Opii, Specierum Diambræ, & Diamoſch. d. poſt Tincturæ extractionem calcinantur, & Sal ſ. a. extractum miſcetur circa finem integræ compoſitioni.*

*Ab omnibus illis, quæ Spiritu vini extracta ſunt, tandem poſt duorum menſium defluxum Spiritus vini in balneo iterum abſtrahatur ad mellis conſiſtentiam, & dùm demum Sal Perlarum, Corallorum, Mumia trita, Lapis Bezoar, Unicornu, os de corde Cervi, Moſchus, Ambra pulveriſata miſceantur. Et quia olea deſtillata difficulter extracto miſcentur, & ſemper ſuper-*

*ſupernatare ſolent, omnibus oleis nominatis in vitro prius invicem mixtis aliquot guttæ Spiritus vini affundi ſolent, & diligenter commiſceri, ita invicem uniuntur, & poſtea facilè permiſcentur toti compoſitioni, quæ tandem in lentiſſimâ cinerum digeſtione in Alembico cæco, per menſem, majoris operationis & efficaciæ ergò fermentari poterit.*

## *CAPUT V.*

# DE NEPENTHE AUREO ANGELI SALÆ.

Recip.

*Eſſentiæ Opii, per 🜊 acet. Cardiaci Extract.* ℥ß.

*Tincturæ Croc. more Quercet. extract.* ʒij.

*Lapid. Bezoardic. Regii, ſeu Auri puriſſ. more ſpagyrorum purpuriſati & in veram Medicinam cardiaſam redacti* ℈ij.

*Reſinæ ligni Aloës,*

*Ambræ griſeæ opt. ana* ℈j.

M. *Et incorporentur ſimul in vaſe vitreo, eoq́; bene clauſo ſerventur ad uſum.*

ANIMADVERSIONES.

1 Intelligitur Opium à 🜁re ſuo maligno, beneficio debitæ exſiccationis probè vindicatum: poſtea per integrum menſem cum 🜊. ſuper convenientem quantitatem Santali albi odorati, Meliſſæ, Roſar. rubr. & Cinam deſtillato, digeſtum: deniq; in picis liquidæ, vel paulò ſolidiorem conſiſtentiam redactum.

2. Pro lapide Bezoardico Regio accipitur Aurum puriſſimum in formam lapidis beneficio menſtrui Balſamici Philoſophorum elaboratum, inq; Medicinam verè Bezoardicam & Cardiacam redactum, adeò ut unum duntaxat iſtius granum nihil cedat, ſex octove granis *Bezoar Orientalis optimi.*

3. Crocus debet purus bonæq; notæ eſſe; infunditurq; in aqua Limon. ad Quercetani mentem, donec eliciatur Tinctura; ea ſenſim decantando ſeparanda eſt, & lento calore, ne nobilior Spiritus avolet, inſpiſſanda.

4. Quod attinet Ambrã Griſeam, quæ *ingreditur*, teſtari poſſum, me nunquam vidiſſe, mulieres hyſtericas ab ejus uſu quicquam mali, ut fors ſuſpicio quorundam, percepiſſe. Qui tamen eâ in re *anceps*, pilulam *prædictis mulieribus* exhibendam modica *olei ſuccini* porti uncula tangat, & audacter poſtea deglutiendam offerat.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0319-2 DFG

## CAPUT VI.
## DE
## LAUDANO OPIATO D. JOHANNIS HARTMANNI.

Recip.

Opii Thebaici, ſinceri, tenacis nec emarcidi q.p. ſcinde in particulas ſeu bracteolas parvas & tenues, ac in ſcutellâ vitreâ igne lento arenæ vel cinerum exſicca tantiſper, donec ſponte ſuâ & cum digitis in pulverem comminui poſſit, ac benè & aromaticè oleat, ab initio nimirum groſſum & fætidum 🜁 valde fœtet. Ablato ſeu evaporato hoc fœtido 🜁re, in quo omnis conſiſtit vis narcotica & ſtupefactiva extrahe *cum acet' opium correctum, ſuperfundendo illud ad ſupereminentiã* 5. vel 6. digitorum, & aliquandiu in calido relinquendo; Acetum coloratum à fœcibus per filtrum trajiciendo ſepara, rurſumq; + fecibus affunde, id quod repetitâ digeſtione colore rubicundo tinctum fuerit, denuo priori modo ſepara, & ulterius ab extractione ceſſa, acetum coloratum omne in Balneo deſtilla usq; ad mellaginem ſeu extractum ipſius Opii.

*Hujus ſi fuerit* ℥j. adde Magiſt. vel Salis Corallorum & Perlarum, de quibus alibi, an. ʒß. extract. croc. c. 🜄 vini facti ʒij.

M. omnia diligenter & ſerva. In fine addi poſſunt aliquot guttulæ °₀° Caryophill.

HocLaudanum eſt penè inculpabile & ſecurè ſine omni alicujus pe-*regrinæ affectionis metu poteſt* administrari.

*Doſis à gr. ij. ad iiij.*

Hartman. in Not. ad Baſil. Croll. p. m. 309. in ejusdem Praxi Chimiatr. p. m. 24. legitur idem ferè Laudanum, ſed paulò mutatum.

## CAPUT VII.
## DE
## LAUDANO OPIATO DN. D. DANIELIS SENNERTI:

Recip.

*Opii ſ. a. purificati* ℥j.

*Affunde Spir. Vini opt. rectificat. ut digitis tribus ſuperemineat, ſtent diebus 14. ſæpius agitando. Poſtea, quod clarum eſt ſenſim effundatur, & Spir. Vini lento calore ſeparetur, ad Syrupi liquidioris conſiſtentiam.*

*Seorſim*

*Seorſim infundantur in Spir. Vini etiam diebus 14. Spec. Diambr. complet.* ℥ij.

*Et Tinctura clam ſeparetur.*

Hinc Extracto Opii affundatur Tincturæ Diambræ pars dimidia, & Succi Citri recentis purificati ℥j. ſtentq; in digeſtione, ſeu calore tepido, dies 20. ſæpiusq; agitentur.

Ubi Spirit. Vini maximè exhalaverit, adde

*Extract. Caſtor.*
*Solut. Corallior.*
*Margaritar. an.* ʒß.
*Eſſent. Croc.* ℈j.

Affunde Tincturæ Spec. Diambr. reliquum: in lento igne Spiritus Vini exhalet.

Sub finem adde

°₀° *Citr.*
*Cinamom.*
*Caryophillor. an gr. vj.*

*F. Maſſa inſtar Extracti:*
*Dimidiæ parti adde*
*Moſchi*
*Ambræ an. gr. vj.*
*Reliquum ſervetur pro Fœminis.*

Sennert. prax. j. part. 2. c. j. p. 234. & prax. 6. p. 299.

## CAPUT VIII.

## DE LAUDANO OPIATO D. ANDREÆ DöRERI:

Recip.

*Eſſent. Opii debito modo purgati, atq;* ♁ *opt. extr.* ℥j.
*Croc. aqu. limonum ſtillat. extract.* ℥ß.
*Styrac. liquid. puriſſ.* ℈j.
*Spec. Diambr.*
*Diamoſch. dulc. an.* ʒiij.
*Terræ ſigillat. Turc.* ℈ij.
*Pulv. Off. de C. C.*
*Magiſter. Succin. an.* ʒß.
*Corallior.*
*Perlar. ana* ℈ß.
°₀° *Aniſ.* ʒß.
*Nuc. moſchat. Expreſſ.* ℈j.
*Citri*
*Aurantior. an. guttul. v.*

*Eſſentiæ cum Styrace primò uniantur ad lentum ignem.*

*Poſtea addantur ſpecies cum reliquis ſpeciebus atq; Oleis:*

*Dividantur in partes duas æquales.*

*Uni parti adde eſſent. Caſtorei* ℈j. *atq; cum* Syrup. *Papaver. ſimpl. q. ſ. redigatur in juſtam Electuar. conſiſtentiam.*

S. Laudanum Opiatum pro Mulieribus.

*Parti alteri adde ambr.*
*Moſch. an. gr. vj.*
*Cum Syrup. papav. ſimpl. q. ſ.*
*F. Electuarium.*
S. Laudanum Opiatum pro Viris.

## *CAPUT IX.*
## DE LAUDANO OPIATO D. HADRIANI à MINSICHT:

Recip.
O*Pii Thebaici ſpagyricè præpar.* ℥ij.
*Succin. Flor. Papav. errat. inſpiſſ.* ℥j.
*Rad. Cynogloſſ.*
*Mumiæ transmarin.*
*Styrac. calamit.*
*Succ. Glyzyrrhiz.*
*Croci Oriental. an.* ℥ß.
*Cum Spir. Vini extrahe Tincturam cujusq; ſeorſim, præter Opium, quod vel aceto deſtillato vel ſucc. Citri extrahendum; poſtea tinctæ extractiones in lentiſſimo Balnei calore ad ſpiſſitudinem mellis abſtrahe & adde:*
*Extr. Lapid. Bezoar Oriental.*
*Sulphur. Anodyn.* 🜔*li an.* ʒij.
*Sol. Margaritar. Oriental.*
*Corall. rubror. an.* ʒj.
*Cornu Alcis Hermet. Calcin.*
*Oſſ. de C. C.*
*Succin. alb præpar. an.* ʒß.
*Ambræ Gryſeæ* ℈j.
*Moſchi Laudat.* ℈ß.
*Omnibus exactè incorporatis & mixtis adde:*
*Auri potabil. noſtr.* ʒiß.
*Ol. Chamomill. Rom.*
*Aurantiorum,*
*Caryophyll.*
*Abſinth.*
*Nuc. Moſchat.*
*Anethi,*
*Citr. rectific.*
*Aniſi,*
*Carvi an.* ℈ß.
*Denuo M. & ex his, f. a.* Chymicam.
*F. Maſſa pilularis ſeu Extractum.*

*VIRES, USUS, DOSIS.*

In ſiſtendis omnibus humorum & Catharrhorum profluviis, ſangvinis & menſtruorum excretionibus. In vigiliis & inquietudinibus immodicis, & in omnibus febrium generibus viriumq; reſolutionibus. In Phreneſi, Maniâ, Melancholiâ, Vomitu, Epilepſiâ, Cardiacâ, ſingultu, Colicâ, debilitato ventriculo, Pleuriſi, Arthritide, Gonagrâ, Podagrâ, Iſchiaſi, Lithiaſi & Nephritide, Medicamentum eſt ſtupendum. Quia in ſedandis omnibus vehementiſſimis & acutiſſimis doloribus, divinum eſt auxilium, & quaſi ultimum Aſylum.

Illuſtrius, præſentius, tutius & ſecretius anodynum in Rep. Spagyricâ vix excogitari poteſt; Teſtor rerum Medicarum ipſiſſimam matrem, eandemq; nutricem Experientiam. Propterea ad gloriam Altisſimi & proximi ægrotantis ſalutem hoc ſolo utere, & mecum gratias age.

*Doſis à gran. ij. iij. ad gr. iiij. v. vel vj. quæ veſperi circa introitum lecti, corpore inanito & evacuato offeratur: refert autem cœnam eo die omittere, ne cibus corrumpatur.*

## *CAPUT X.*
## DE
## LAUDANO OPIATO, D. JOHANNIS FREITAGII, quondam Oſnabrugenſis Epiſcopi Archiatri, poſteà Profeſſ. Primar. in Academ. Groninganâ.

Recip.

M*Enſe Martio vel Septembri juſtam copiam rad. hyoſcyami cum germinibus tenellis.*

*Contunde & l. a. ſuccum exprime, eumq; ut ſit inſtar vini rubicundi opt. clarificato & filtrato.*

*Hujus ſucci* ℞. ℔. *iſs. in quo diſſolv.*
*Opii Thebaici* ℥iiijſs.
*Opii noſtri ex floribus rubicundis papaveris hortenſis præparati* ℥ij.
*Omnia ritè diſſoluta filtrentur & inſpiſſentur.*
*Huic ſimul inſpiſſato ſucco vel opio ſuperfunde ſucci citri,*
*aurantiorum,*
*aceti vini an. q. ſ.*
*Ut tribus digitis ſupereminent, ſtent in loco calido, donec tingantur, tinctus liquor effundatur, & novus affundatur, idq; repetatur toties, donec omnis eſſentia extracta ſit.*

*Colorati ſucci filtrentur, & ponantur in cucurbitâ vitreâ in loco calido vel ſuprà arenam, donec ferè omnis humiditas evaneſcat, & eſſentia Opii in fundo mellis inſtar remaneat.*
*Huic Eſſentiæ miſcebis:*
*Extract. mumiæ*
*Caſtorei an.* ℥j. *(per Spirit. vin. præparatorum.)*
*Et extractum ex ſeqv. ſpeciebus factum.*
℞. *Spec. diambr.* ℥iſs.
*aromat. roſat.*
*diamoſch. dulc.*
*diaxylo aloës an.* ℥ſs.
*Lætific. Galen.*
*Rhaſis an.* ʒij.
*Unicornu ver.* ʒij.
*His ſuperfunde Sp. V. rectific. & tincturam reiteratis vicibus extrahe. Hunc tinctum ſpiritum ſuperfunde ex-*

*tracto Opii, mumiæ & Caſtorei, & per MB. ſeparato & manebit in fundo mellis inſtar Laudanum, quod pedetentim in loco calido indureſcat, quod & antequam (ſi nobile & efficaciſſimum velis eſſe) miſcebis.*

*Magiſter. perlar.*
*Corallior. an. ℥iſs.*
*Eſſent. Succin. per Sp. V. fact.*
*Croc. an. ℥ſs.*

*Refrigeratis & induratis omnibus, adde*

°₀° *Cinamomi,*
*Cortic. Citr.*
*Aurantior.*
*Garyophyllor.*
*Calam. aromat. ana ʒj.*
*Aniſi,*
*Cymin.*
*Fœnicul.*
*Carv.*
*Moſchi an. ʒj.*
*Ambræ ʒiſs. in Sp. Vin. ſolut.*
*Balſam. macis ʒſs.*

In uſu Fœminarum Hyſtericarum ſine Moſcho & Ambra parabis.

Freitagius lib. de Opii Natura & Medicam. cap. 8. pag. 64.

## CAPUT XI.
## DE LAUDANIS OPIATIS DIVERSIS, Paracelſo adſcriptis.

Recip.

*Spec. diampl. complet. ℥iſs.*
*Succi totius hyoſcyami floris albi inſpiſſati ʒiij.*
*Mumiæ veræ gr. xxiv.*

*Cum Spiritu vini q. ſ. F. Extractum.*

*Huic adde*
*Extract. opii cum novo ſpirit. parat. ℥iſs.*
*Eſſent. corallior. rubr.*
*ſuccin. alb. an. ʒiſs.*
*Margarit.*
*auri an a gr. v.*
*Croc.*
*Caſtorei*
*Unicorn. ver. (vel hujus loco lapid. Bezoar.) an. gr. viij.*
*Ambr. gryſ.*
*Moſch. aqv. cinamom. ſolutorum purgatorumq; gr. vij.*

*Acuratiſſimè omnia miſta digerantur in B. alembico cæco in maſſam juſtæ conſiſtentiæ, quæ ſubigatur, adjectis olei ſuccini aliquot guttis.*

Laudanum hoc nomine genuini à D. Joh. Hartmann. Beyero miſſum eſt D. Libavio, Alchim. l. 2. tract. 3. c. j.

Aliud Ejuſdem:

*R. Spec.*

R. *Spec. diambræ ℥ij.*

*Infund. in Spiritu vini q.ſ. ſtentq; per aliquot dies in loco calido, aut ſole, donec eſſentia & vis earum prorſus ſit extracta.*

Deinde R. *Opii Thebaic. ʒvj.*
*Mumiæ elect. ʒß.*
*ſucc. rad. hyoſcyam. benè inſpiſſati, ſignoq; Librâ collecti, ℥j.*

*Inciſa & contuſa omnia groſſo modo indantur vitro ſtricti orificii, & Sp. V. Qui eſſentiam ſpec. diambræ imbibit, ſuperfundatur, atq; in ☉ aut loco calido, exſiccetur, donec materia ſpisſitudinem & gratum odorem acquiſiverit.*

Deinde R. *Corallior. rubr. ppt.*
*Carab. alb. præparat. an. ℈ij.*
*Croc. oriental. ℈j.*

*Mixta omnia quàm diligentiſſimè unà cum ſuperioribus relinquantur in loco calido, donec ſpiſſitudinem extracta maſſa pilularum acquirat.*

*Poſtremò.*

R. *Ambr. gryſeæ gr. xiiij.*
*Moſch. & gr. xv.*

*Liqueſiant in Spiritu vini atq; diligenter cum ſuperioribus omnibus M. donec in maſſam redigātur: de quâ poſtea pilulæ formari poſſunt. Loco corallior. poteſt addi tinctura corall. pro carabe oleū carabe pro croco extract. croc. ℈ß.*

ALIUD.

Eidem Paracelſo adſignatum, ex Medull. deſtill. CUNRADI KHUNRAT.

R. *Opium Thebaicum, ſcinde in particulas minutiſſimas, & diſſolve in aceti ſolutum cola per manicam Hippocratis, remanentiam exprime fortiter, & ſuper lento igne inſpiſſetur.*

Deinde R. *Mumiam purgatam (i. e. in ▽ calidâ ſolutam, percolatam & expeſſam, lentoq; igne exſiccatam) & per Spiritum vini tincturam extrahe, quæ etiam lento igne ad conſiſtentiam mediocrem exhalet.*

Tertio R. *rad. Hyoſcyam. autumno in ſigno libræ effoſſarum, & ex radicibus tenellis, majoribus enatis ſuccus exprimatur, qui ſuper lento igne deſpumetur, coletur, & in loco calido ad mellis conſiſtentiam exhalet.*

R. *Opii modò dicti*
*Mumiæ,*
*ſucc. rad. hyoſcyam. an. ℥j.*

*Terendo benè M. & inde cucurbitæ bene clauſæ, ſtent in ſole, meridiem verſus, per dies quatuordecim, quotidie bene agitando: Interea*

R. *Spec. diambr. ℥iij.*

*Superfunde Spirit. vini rectific. ſtent in vitro bene clauſo in ſole per aliquot dies, quotidie aliquoties agitando, donec Sp. V. tinctus ſit.*

*Hunc per inclinationem ſepara, & novum affunde, totiesq; repete, donec ſpiritus non amplius tingatur. Hunc ſp. in B. ſepara, ut eſſentia Diambr. in fundo maneat inſtar mellis.*

*Poſtea aperi vitrum cum Opio & affunde aliquid de Extracto diambr.*

ut F. inſtar pulticulæ; claude vitrum & exſicca in ſole. Exſiccatum rurſus imbibe cum ſp. Diambræ, ut tribus vicibus in novem diebus totum ferè Extractum diambræ cum Opio ſeſe unierit. Quod ſi hæc operatio tædioſa nimis videtur, poterit ſuper lento igne materia affunſo extracto diambr. tribus vicibus exſiccari.

His ita peractis materiam ſuper lapidem tere, & reſiduum extracti diambr. affunde paulatim tamen, ne fluida nimis F. maſſa, adde,

Magiſter. Perlar.
Corallior. an. ℈iiij.
Quint. eſſent. ☉ ℈j.
M. accuratè addendo:
Ol. ſuccin. alb.
Garyophyll. an. ℈j.
Cinamom. ℈ij.
Extract. croc. oriental. ℈j.
Unicorn. ver. ℈ß.
ambr. gryſ. ℈iß.
Moſchi ℈ß.
Si libet, addi poteſt Extract. Caſtor. ℈ij.

Omnia in vitro hermeticè clauſo, digerantur per ſeptimanas tres in loco calido, donec electuarii conſiſtentiam acquirat.

Doſis gr. iij. v. ad vj.

## ALIUD:
## Paracelſo eidem attributum:

R. Opii elect. ℥ij.
Extrahe tincturam ejus cum Sp. V. toties affuſionem repetendo, donec præter fæces nihil remaneat, & Sp. non amplius coloretur: cuſtodi diligenter.

Poſtea ſimili modo procedes tincturam eliciendo ex gummi hyoſcyami in ☉ exſiccati ℥j. quam poteris commiſcere cum ſuperiore.

Deinde R. ambr. ℥ß.
Affunde Sp. v. ad eminentiam trium digitorum, vitrum bene obturatum pone in calore lento, vel MB. educ ſimiliter tincturam, quam ſeorſim ſervabis.

Ita etiam ex mumiæ ℥ß. tincturam extrahes & cum primis duabus commiſcebis.

Tandem ex Croci orientalis ʒiij. tincturam, extrahes prædicto modo, reliquis adjunges, totamq; mixturam occluſo vaſe (quotidie manibus movendo) fermentabis per dies 15. His exactis Sp. V. inde deſtilletur per B. M. & craſſior materia in fundo reſidebit.

Huic affunde parum de tincturâ diambræ ſervatâ. Stet in digeſtione tamdiu, donec inſpiſſetur, ter vel quater indies agitando idq; tamdiu, dum odor liquoris illius evaneſcat: quod intra ſeptimanas ſex contingit.

Poſtremò R. Tinctur corallior,
ſuccin. pellucid. an. ʒij.
Unicorn. gr. vij.
Magiſter. perlar. ℈j.
Oſſ. de C. C. ℈ß.
☉ potabilis, vel ejus tinct. ʒß.
Hæc omnia bene confuſa & commixta in mortario vitreo, vel marmoreo, ſpec. diambræ perfundatur, cum prædictâ

dictâ

*dictâ craſſa materiâ agitetur ſingulis diebus, & benè commiſceatur.*

*Poſtea deſtilla Spirit. vini & rurſum affunde reſiduum tincturæ diambræ, cumq; ferè ſicca fuerit materia, adde.*

°₀° *ſuccin.*
*Macis,*
*Cinamom. an.* ℈j.
*Tinctur. ſeu Extract. Moſch.* ℈ß.

*Servetur compoſitum in calore temperato, ut exſiccetur, ac pilulæ formari poſſint. Ita quidem pro Viris.*

At ſi pro mulieribus paretur, omittendus eſt Moſchus, & in formâ Electuarii parari poterit cum liquore aliquo appropriato. Sunt qui admiſcent Caſtor. eſſentiam & °₀° aniſ.

*Doſ pilular. à gr. iij. ad vj. Electuar. verò gr. xvj.*

ALIUD:

## Laudanum, ſeu Anodynum Specificum Paracelſi:

R. *Opii Thebaic.* ℥j.
*ſucc. aurantior. acid.*
*cydonior. an.* ℥vj.

*(Alii addunt & ▽ ſpermat. ranar. tantundem).*

*Cinamom.*
*Garyophyllor.*
*Croc. oriental. an.* ℥ß.

*F. Digeſtio leni calore ſolis vel fornacis per horam; deinde exprimantur & imponantur iterum:*

*Moſch.* ℈ß.
*Ambr.* ℈iiij.
*Magiſt. corallior.*
*Perlar. an.* ʒß.

*M. Digereq; iterum per horam, poſtea adde.*

*Quint. eſſent.* ☉ ʒß.

*M. exactè,*

NOTA:

Hartmannus omiſsâ Q. E. auri, remanentiam incinerare, atq; Sal inde extractum priori mixturæ admiſcere jubet.

Plura qui de Opio ejusq; Laudano ſcire deſiderat. adeat Libavii alchemiam lib. 2. tract. 3. c. 1. pag. (edit. in 4.) 414. (edit. in fol. pag. 192.) D. Hartmann. tract. de Opio: & in hunc D. Joan. Georgium Pelshoferum, *D. Johann. Freitagii Profeſſ.* in Academ. Groninganâ Primar. librum ſingularem de Opii naturâ & medicam. opiatis: D. Michaëlis Döringii acroama Medico-Philoſoph. de Opii uſu &c. & D. Danielis Winckleri *tract. de Opio.* Quô curioſus Lector remitti poteſt,

Præter n. prædictorum Laudanorum permulta leguntur quoq; ibi:

## LAUDANUM OPIATUM ANDERNACI;

Theodori Zvvingeri,
D. Lutheri,
Oporini,
D. Camerarii.

Pythopæi, quod tamen congruit,

 cum

cum illo, quod Paracelſo adſcribitur.

Ad Keckii Pharmacopolæ Francofurtenſis:

Abraham. Seiberi,
Baniſteri,
D. Brunneri,
Beguini,
Anonymi cujusdam,
Phorcenſis Pharmacopolii,
Felicis Würtz/
D. Conſtantini Osleri,
Incerti autoris ex Finckio,
D. Libavii, &c.

OBSERVATIO.

Monendum tamen in genere eſt, quod omnes & ſingulæ horum deſcriptiones ferè conveniant, & non *niſi paucitate vel copia corrigentium* variè diſcrepent.

In ſpecie tamen illud diſcrimen majoris momenti eſſe videtur, quod Opii correctionem alii cum acidis, alii cum ſpiritu vini pluris commendent. Quidam quoq; hyoſcyamum, tanquam ſummoperè noxium à compoſitione ſecludant. Inter quos. Hartmannus & Cunradus Gluckrad. Commentatores Beguini non poſtremum obtinent locum; Et ſanè ſuccus *hyoſcyami* imprudenter Laudano admixtus ſatis *infelici* ſucceſſu & plurium; ægrotantium damno, in multorum celebrium medicorum infamiam ceſſit.

DE
VIRTUTE ET USU LAUDANI OPIATI TAM IN GENERE, QUAM IN SPECIE.

Hûc usque, ut lineis conſtanter inſiſtamus, de præparatione Laudani ſatis, Nunc proficiſcamur ad declarandum virtutes ipſius, & uſus; quo ipſo iis, qvi eo opus habent, nonnihil *fortè gratificabimur*. Proprietates ergò Laudani, ad prædicta fundamenta præparati ſex principales ſunt.

1. Sedat omnes dolores internos à quacunq; causâ, quocunq; tempore, in qvibuscunque perſonis, nullâ temperamenti habitâ ratione, *neque ætatis, neq; conſtitutionis corporis, ſolâ doſi, aliarumque* neceſſariarum circumſtantiarum cautione obſervatâ.

2. Somnum vel à morbo, vel errore externo deficientem provocat, absque ulla ſenſuum ſtupefactione membrorum debilitatione, ventris adſtrictione, aliorumque timendorum accidentium inductione, quòd aliâs plurimùm ſomnifera alia, propter nimiam frigiditatem, vel *malè* inſtitutam præparationem, ſequi ſolet.

3. Egregiè facit ad ſiſtendas omnes defluxiones ſubtiles, mordicantes, catarrhosque tenues, de cerebro

bro in ſubjacentes partes prolapſos, & ſenſum incraſſando illos, roborando cerebrum, & vapores ſilveſtres, defluxionum plerumq́; cauſas antecedentes, reprimendo.

4. Hæmorrhagias, fluxûs alvi, & menſtruorum, ſive exuperantis caloris, ſive humorum peccantium & mordentium ratione exortas compeſcit.

Hoffmannus tamen de Medicam. Officin. l. 2. t. 169. in colicis doloribus exhibuit gr. ij. in Syrupo de Chamomill. ac inde mictionem cruentam, ſic Borellus Cent. 4. Obſerv. 57. narrat, quendam pro conciliando ſomno poſt ſectam venam dediſſe *Doſin duplicem Laudani, ſed ægrotum ob effluxum ſangvinis noctu è vena obiiſſe.*

5. Pellit omnes ardores febriles, caloremq́; præter naturam ex ulceribus, vel per fermentationem humorum bilioſorum, vel materiam rodentem venenoſamq́; exortum.

6. Roborat viſcera, meatusq́ue nimium relaxatos labefactosq́; ut & virtutem retentricem imbecillem, vel ex Chronico morbo, vel à ſuperpurgatione.

## IN SPECIE CONTRA Sequentes affectûs feliciter uſurpatur.

1. Contra capitis dolores, Hemicraniam inveteratam, Cephalalgiam, aliasq́; dolorum ſpecies; ſtomachus tamen ab humoribus craſſis & viſcidis inquinatus non ſit.

Datur ad pilulam unam veſperi ante ſomnum, duabus poſt paſtum horis, in cochleari Aquæ Majoranæ, Betonicæ, vel ejus Syrupo, alióve liquore capitali.

Poteſt etiam exhiberi cum cereviſiâ, vel juſculo, vel etiam deglutiri in ſubſtantiâ, ſiccâ, *quamdiu* opus fuerit.

2. Contra ſubtiles defluxiones catharrhoſas, è capite in oculos, dentes, aures, pulmones, ſtomachum irruentes, &c. Uſus ejusmodi, ut ſuprà: *Caput ægri tamen cuſtodiendum à nimio calore, vel frigore; vinum interdicendum,* cereviſia item vetuſta, aliaq́; generoſa potulenta. Neq; etiam convenit Sinapi, allium, cæpe, & quæcunq; aromatum & fortiter alterantium nomine appellanda veniunt. Quando purgatione *opus fuerit,* & *alvi* lenitione, *non niſi Aloe* cum Aqua Roſarum lota, ejusq; ſucco condenſata, Rhabarbarum, Manna, Syrupus Roſatus, vel quod melius eſt, Clyſma quoddam uſurpandum. Omnia enim alia purgantia, alterantia & attrahentia in hoc *caſu* periculi plena.

3. Contra *aurium* dolores cum ſonitu & *tinnitu* flatulento, ſive ab incluſis

incluſis flatibus in cerebro, ſive à vaporibus è ſtomacho adſcendentibus. Sumitur in aqua Fœniculi, Salviæ, vel vino albo, uti dictum eſt ſuprà.

4. Contra Epilepſiam vaporoſam, (loquor cum doctis) cum magnâ ſangvinis ebullitione hæmorragiâ, & capitis ſubſequente dolore, in aqua Pæoniæ, florum papaveris ſylveſtris ſeu erratici, aliove appropriato liquore, ante vel poſt paroxyſmum. Datur etiam ſingulâ Lunæ quadra ſemel, manè ante ſolis exortum, convenienti Diætâ, & venæ ſectione, pro necesſitate indicationum inſtitutâ.

5. Contra dolorem dentium à *calidâ & ſubtili defluxione proficiſcentem* Laudanum *in aceto diſſolvitur*, ejusq; guttæ quædam in ore retinentur, paulò pòſt, priori rejecto, denuò ſumitur ad doloris finitionem usque.

6. Qui noctes inſomnes habent, quacunque de cauſa illud veniat, cum cochleari aquæ Hypericonis, vel Meliſſæ, quantum opus fuerit, hauriant, bis terve in ſeptimanâ.

7. Qui narium hæmorrhagiam patiuntur, vel ſangvinem per os rejiciunt: dijudicatâ priùs cauſsâ, propter quam vel venæſectio, vel ſcarificatio ad revellendum imperanda veniat, in continenti Laudanum cum Aquâ plantaginis, Burſæ Paſtoris, Tormentillæ, vel, quod melius eſt, cum aquâ ſpermatis Ranarum per deſcenſum deſtillata bibant, ſangvine fluente iisdem liquoribus cum Laudano madefactum goſsypium naribus intrudant.

Ex eodem etiam Epithemata fronti imponant, & ſtatim fluxus ceſſabit.

8. *In vomitionibus, ubi nec materia* ſtomachi peccans in cauſa; ibi enim materia per loca convenientia evacuanda; nec flatûs in hypochondriis propter renum aliarumve partium obſtructionem concluſi, quô in casû Diuretica, Diaphoretica, aliaque ex uſu ſunt; *ſed peculiaris ſtomachi debilitas, vel ulcus, aliave, præter prædictas, cauſa* adeſt, exhibeatur cum Syrupo Cydoniorum vel Betonicæ, quoties opus viſum fuerit.

9. Contra febres ardentes, malignas & peſtilentiales, Vomitoriis, Bezoardicis, aliisq; ad diminutionem humorum & ſangvinis, ubi expediat, remediis præmisſis, cum aquâ Carduibenedicti, Veronicæ, Chelidoniæ & ſimilium. *His enim* in caſibus mirum, quantum vapores ſurſum in caput vergentes & deliria, furorem, Phreneſin, aliaque Symptomata producentes deprimit & conſumit. Extingvit inſuper ca-

lorem

lorem febrilem, confortat Corpus, Spiritusq; recreat.

10. In febribus intermittentibus, minerâ craſſiori per Vomitoria, vel dejectoria debita expulsâ, ſeroſiori illâ Diaphoreticis item propriis diſſipatâ, ut & Aſtro ignis Microcoſmici phlebotomiâ probè ventilato, cum aqua Centaurii, Carduibenedicti, piloſellæ, aliorumq; febrifugorum, unâ vel duabus horis ante invaſionem, idq; bis tervè repetendo. Vidi enim hoc ipſo remedio ad prædictum modum adminiſtrato, febres, nullo alio juvante remedio, penitùs curatas fuiſſe. Vereor tamen affirmare, hoc omnibus febribus æquale fore remedium. *Sunt enim quædam ad tàm difficilem coagulationem deſtinatæ, ut nec* Æſculapii manibus, ſi curator ipſis adeſſet, etiamſi ὑποκαρδίῳ ὀργῇ rem aggrediatur, antè fatalem terminum cedant.

11. Contra Colicam, & *ventris* tormina, alvo, vel Medicamentis laxativis, vel clyſmatibus priùs liberatâ, ubi opus fuerit, datur cum Cochleari vini albi. Quando tamen tantæ activitatis ſit dolor, ut ferri minùs poſſit, nullo ad alia remedia reſpectu habito, eligatur ab initio ſtatim; Dolore tamen fugato, poſtea ordinariæ curæ ad removendam cauſam morbificam datâ occaſione indulgere, minùs prohibeo.

12 In extremis illis inteſtinorum tenuium cruciatibus, quos iliacam paſſionem, ſeu Miſerere mei appellant, feliciter adminiſtratur cum Oleo Amygdalarum dulcium, ſeu Mucilagine ſeminis Cydoniorum.

13. Contra dolorem matricis, cum aquâ Camomillæ vel Artemiſiæ exhibitum prodeſt. Quando tamen in menſtruorum retentione peccatum fuerit, provocationi illorum imprimis ſtudere oportet.

Nihilominùs ad hoc parum ſolliciti, quando dolor nimis urget, tutò ad mulcendum dolorem, vaporesq; malignos reprimendos Laudanum propinamus. Dolore enim mitiori factô, cætera cum majori *facilitate abſolvimus.*

14. Mulieribus, doloribus poſt partum denuò exortis, (vocant die Nachwehe) concomitantibus vigiliis, delirio, febri ardente, & omnimodâ corporis imbecillitate, egregiè opitulatur. Sic & nimium ſangvinis fluxum, excluſo jam partû, compeſcit, parvâ ipſius pilulâ deglutitâ, uti dictum eſt.

15. In Menſtruorum profluviis præter naturam, datur binâ ternâve vice, ſi ex uſu fuerit. Remoram illis feliciter injicit, quiete ſolummodò & diæta convenienter *inſtitutis.* Multas hôc remediô liberavi, omni ferè ſangvine exhauſtas; ſimul tamen neceſſe fuit naturam viribus

 lapſam

lapſam cibis euchimis reſtaurare, & Medicamentis confortantibus, ceu Magiſterio Corallorum & Perlarum, Elixiri item cordiali, aliàs Auro potabili Philoſophorum dicto, viſcera firmare.

16. In dyſenteriâ, ut & aliis alvi profluviis, materiâ peccante, beneficiô Rhabarbari aliorumve, pro differentiâ mineræ, partisq; affectæ, convenientium Medicamentorum prius exclusâ, cum Syrupo Cydoniorum ſemel bis terve, quantum ad Doſin requiritur, utiliter uſurpatur. Non poſt-habitis interim venæſectione, ſi neceſſaria fuerit, aliisve externis remediis, veluti unctionibus, Emplaſtris ad rem convenientibus.

17. *Poſt purgationem hypercatharſi* affectis, quorum plurimos in extremum vitæ periculum præcipitatos novimus, Laudanum bis terve cum vino rubro datur, donec omnia fuerint quieta.

18. In magnis Renum doloribus ſeu Nephritide; ut & urinâ guttatim profluente, ejus acrimoniâ *inſtar* lixivii mordicante, cum modicâ ſachari Roſati quantitate, vel Syrupo violatô mixtum exhibetur.

19. Calculoſis etiam doloribus fortiter urgentibus, cum Hydromelite, vel Syrupo Glyzyrrhizæ porrigimus, præmiſſo tamen clyſtere emolliente, & carminativo, alvo ſcilicet conſtipatâ, ut ſolet.

20. Non minori cum ſucceſſû damus etiam doloribus ex herniâ inteſtinali cruciatis cum cochl. vini boni; inungendo intereà ab extra oleum Nucis moſchatæ, & calidè tenendo ægrum.

21. Inſervit laudabiliter contra podagricos, Iſchiaticos, & ſingulos artuum dolores, cum inflammatione & materiæ hinc & inde in varias partes incubitu. Hoc enim in caſu dolorem ſedat, materiam digerit & incraſſat, ut catharticis poſtea lubentius obtemperet; vel per inſenſibilem tranſpirationem diſſipetur. Medicamentum certè manû ſapientis Medici præſcriptum excellens & nobile. Turgente enim *materiâ & vagabundâ exiſtente*, purgantia magis magisq; irritando, cauſandoq; inanitiones partium, dolores dilatant, exaſperant, & omnem ægri ſtatum deteriorem faciunt. Arthriticis porrò, materiâ quietâ exiſtente & fixâ, intereà verò non doloribus ſaltem, ſed febri ardente etiam & imbecillitate cum ſomni privatione moleſtantibus, valde convenit ad ſymptomata illa removenda, & purgantibus poſtea, quibus alias naturâ nondum qvietè ſe habente parum proficimus, liberiorem locum conciliandum.

22. Vulneratis ſupervenientе febri ardente, inquietudine, hæmorrhagia

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0332-0

rhagiâ, aliiſque ſymptomatibus, qvibus vulnus irritatum ad Gangrænam facilè inclinat, valdè convenit. Et Chirurg9 meritò magnificiēdus, qvi Laudani uſum ritè noverit.

23. Nimios dolores à chronicis ulceribus crurum, bracchiorum, &c. quod ſæpè accidit, certò lenit, exhibendo, quantum pro doſi ſufficit, veſperi duabus poſt paſtum horis. Pergit Author: In Helvetiâ aliquando ruſtici, nonaginta circiter annos nati, curam habebam, in caſû duorum ulcerum in cruce ſubortorum, quæ quinquennium magnâ cum moleſtiâ, quam ob cauſam tandem vocatus aderam, ſupportârat. *Neque enim noctu, neque inter-diu præ nimio dolore ſomnum viderat.* Adminiſtrabam conſvetam Laudani doſin, mox dolore ceſſante, quietè ſe habebat, & paulò poſt foras exſpaciabatur, multaq; alia, diu intermiſſa peragebat. *Imò* beneficio Laudani ſine dolore ad ſeſqvialterum usque annum ſe ſuſtinebat, donec tandem propter ſenectam è vita diſcederet, ulceribus interim nil quicquam mali, etiamſi ſemper apertis, ſentientibus, cum tamen nullum remedium adhiberetur, præterquam Aqva Perſicariæ, quam meo Conſilio linteolo tepidam admovebat.

24. Denique quando quis diu qualicunque etiam morbo afflictus, omni medicamentorum ordinariorum genere in auxilium vocato, non ſolùm ſolatii nihil percipit, ſed & dolores ſive continuos, ſive intermittentes acriores patitur, unde humidi radicalis conſumtio calorisque nativi extinctio præmaturè metuenda, tùm Laudanum jure meritò Langventium ſuffragium celebrârim. Siſtit enim dolores, corroborat viſcera, calorem nativum tuetur, & quæ *σύνεσιν ἀνθρωπίνην ὑπερβαίνουσι* multa alia feliciſſimè operatur. Hujus aſſertionis exempla plurima memoratu digna in memoriâ habeo. Factum enim ſcio, ubi Laudanum extremè *langvidis in agone præ doloribus conſtitutis*, exhibui, quòd citò meliùs habere, & ſenſibus reſtitutis bona diſpenſare, & deniq; cum ratione & verâ precatione, piâque multorum adſtantium inſtitutione ſe DEO commendando *expirare potuerint.* Econtrà *accidit ſæpè, ubi prædictâ* Medicinâ deſtituimur. Quippe nullam aliam, quæ æquè pro ſalute hominis propugnet, huic ſubſtitui poſſe, ipſa Experientia demonſtrat. Quare quicunque ſit Medicus, qui hujus cognitione caret, omnem rudentem moveat, ut *illud* in tempore aſſequatur, & pœnam neglecti DEO & Proximo debiti officii cautè declinet.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0333-6 DFG

Certum enim eſt rationum ſtrophas, ἐπιπληκ]ικὰς ῥη]ορείας, Charitati erga proximum, in cujus legitimo tenore totius mundi conſervatio ſubſiſtit, quæque omnium bonarum ſcientiarum & Artium firmisſimum creditur fundamentum, quicquam detrahere nec poſſe, nec debere; & ſi turpi deſidiâ in rerum, nobis ad ſanitatem ægrotorum comiſſarum, ſcrutatione, *ſive* Galenus, ſive Paracelſus illa primùm prædicârit, peccaverimus, nos minùs coram DEO aliquando excuſabiles fore.

Experientia enim, magnus ille & verè fundamentalis liber eſt, qui quotidiè lumine ob Naturæ ob oculos *nobis verſatur.*

Qvilibet ergò non ſolùm legat, ſed & intimiùs evolvat, penſiculateq; intelligat. Verè enim hoc ſenſû Paracelſus dixit: Omnia remedia, quæ morbos naturaliter tollũt, veras medicinæ regulas & canones eſſe: cæterùm vix umbram medicinæ affectare, ea qvi negligant.

Id quod ſalvâ undiquâque veniâ, hôc in loco, quãvis extra oleas fortasſis, non admonere non potui. Intereà Rationis & Authoritatum memores, ſuam cuique laudem, & veritatis præmium, ſuo tempore & relinquimus libenter, & concedimus cumulatè, & deferimus liberaliter.

## CAUTIONES DE LAUDANI USU OBSERVANDAE.

Sciendum hôc in loco omnibus eſt: in toto univerſo, nil quicquam tàm aptum natum, ad Medicinam homini præſtandam eſſe, quin ſingulari judicii perſpicacitate, & prudentia opus habeat, ut adpoſitè curandum rectè adhibeatur. Res enim tàm Sancta *nulla eſt*, *quæ* ab uſu profanari nequeat. Imò quô divinior illa, eô deteriores patitur abuſus. Ideoque de usû Laudani pauca ediſſerere operæ pretium duxi.

1. Statutum equidem ſupra eſt, quomodo & qvibus cum vehiculis *in quolibet affectû Laudanum uſurpari pebeat.* Sunt tamen aliquando, qvibus Aquæ illæ deſtillatæ, & Syrupi, &c. nullo modo commodè præſcribi poſſunt; idque non ſolùm propter qualitates, quas manifeſtò præ ſe ferunt, ut & odorem, ſaporem, &c. ſed etiam propriæ antipathias ergò.

Quandocunque igitur in ejusmodi naturas inciderimus, ſatius erit LAUDANUM cum vino, cerevifia, *juſculis* Gallinatum, *aliisve* Naturæ cujuslibet familiaribus rebus exhibere.

2. Uno *die* binâ vice Laudanum non detur, niſi in extremis dolorum caſibus;

ſibus; ſufficit enim unica exhibitio. Præterea non audeas tria quatuorve grana pro doſi excedere, niſi in valdè robuſtis, ubi vehementia affectus urget; in iis aliqvando ad ſex usque grana aſcendimus. Tempus exhibitionis eſt, duabus horis poſt paſtum elapſis, attamen Neceſsitas ſæpè terminum præſcindit, ut *quavis horâ conveniat.*

3. Alioqvin tempus aptum ejus uſui in genere conſideratum eſt nocturnum, quod langventibus artubus refocillandis eſt deſtinatum. Præterea quodlibet diei tempus commodum eſt.

In ſpecie commodum eſt omne tempus, *quo vires conſtant. Illis vacillantibus ſine noxâ adſumi nequit.* In malignis propè agona ultimum, obdormiunt ægri ſomnũ æternum, inopinato fato.

Imò omnibus morituris accelerat obitum, ob circulationem prorſus impeditam. In ſanis negato pulſu prædictis ſangvinem ſolummodo incraſſat & hebetat.

4. Obſervatione etiam dignum eſt: antè uſum Laudani ventrem ab excrementis cibariis vacuandum eſſe, *vel leniente* aliquâ Medicinâ, vel emolliente Clyſtere, *vel* ſuppoſitorio. In perſonis tamen aridis, imbecillibus, & extenuatis, ardore interim & ſangvine plenis, illud usq; adeò reſpiciendum non eſt. Cura enim hîc ad mitigandum potiùs ardorem, & corpus humectandum, quàm ad alia, quæ purgando incrementum caperent dirigenda.

5. In Aſthmaticis, ubi pectus & pulmones materiâ viſcosâ, & tenui obſtruuntur, cautè procedendum. Indicatio enim educendi & abſtergendi eſt; Laudanum verò roborat, & incraſſat, ſangvinemq; figit.

6. Non convenit *Hydropicis* ob aquarum copiam *difficulter reſpirantibus*, ſomnumq; ſuffocationis metu meritò fugientibus. Unde Walæus m. m. p. 153. rectè obſervavit, hydropicos etiam unius grani opii exhibitione mori. Id quoq; alii *viderunt. Aqvis tamen exhauſtis & jecoris, aliarumq; partium* obſtructionibus, decentibus remediis, expeditis, ut de ſupra dictis nihil ampliùs timendum ſit, nihil prohibet, quò minùs ad roboranda viſcera, corpus à ſubtilibus *fluxionibus* defendendum, & *ultimam* curationi Colophonidem imponendam adhibeti poſſit.

Deniq; παντελῶς ἀπροσδιόνυσον: ægrotis ſtomachum impurum habentibus, & vel vomitoriis, vel catharticis evacuari cupientibus, Laudanum exhibere. *Pariter* prorſus abſtinendum in *puſtulis* & variolis, quarum *nimirum* cauſas convenientioribus remediis tollere appetimus.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0335-7
DFG

Breviter, nullius prorſus uſus eſſe debet, ubicunque vel Vomitoria, vel Cathartica, vel ſudorifera vel diuretica, vel Alexipharmaca, vulneraria, Phebotomia, Diæta, aliaq; genere differentia remedia locum aptè merentur. Quot enim morbi na curâ diverſi, tot remediorum oportet eſſe Ideas.

Quodlibet enim remedium, quemlibet ſub ſe morbum continet, ratione naturæ, partiq; affectæ conſentaneis, ratione verò affectûs contrariis Spiritibus diverſorium novit & impetit. Quamvis haud inficias eam, plura ſæpè in unius medicamenti copiam venire, pro diverſa & multiplici morborum complicatione.

Etiamſi autem Laudan. opiato cum cautione utendum; attamen Puerperis, & infantibus tutò exhiberi poteſt. Vid. Croll. Baſ. pag. 173. Pharm. reſtit. Quercet. pag. 394.

## *CAPUT XII.*

## DE MODO EXHIBENDI LAUDANI IN PARTICULARIBUS AFFECTIBUS.

*Quâ verò ratione Laudanum Opiatum, hodiè famoſiſſimum medicamentum in qvibuscunq; membrorum affectibus commodè exhiberi poſſit, varias & ſelectas formulas ſubnectemus.*

### IN CAPITIS AFFECTIBUS:

R. *Laudan. opiat. gr. iij. v. vel vij.*
*Syrup. papav. Rhæad. ʒij.*
*Aquæ Majoran. unc. j.*
*Confect. Smaragd. ℈j.*
*Ol. Fœnic. gut. 1.*
*Marg. Orient. præpar.*
*Corall. præpar. ana gr. ij.*
*Spir. ⊕li q. ſ. ad gratiſſimam acetoſitatem. Miſce. F. hauſtus pro unâ vice.*

ALITER:

R. *Laudan. Opiati gr. iij. v.*
*Syrupi de ſucc. ceraſorum nigr. dulc. Sylveſtr. ana ʒiſs.*
*Aqua Verben.*
*Cephalic. ana ʒv.*
*Spec. Diamarg. frig. ℈j.*
*°o° Nuc. Moſch. deſt. gr. iij.*
*Eſſent. Corall.*
*Margarit. an. gr. iij.*
*Spirit. ⊕l. corv. gr. iij.*
*M. F. hauſtus.*

ALITER.

R. *Laudan. opiat. gr. vj.*
*Syrup. de Beton.*
*Aq. Verben.*
*Majoran.*
*Nuc. moſchat.*

*ana unc. ſem.*
*Ol. Succini gutt. j.*
*Confect. hyacinth.* ℈.
*Magiſter. Corall.*
*Perlar. ana gr. ij.*
*Miſce. F. hauſtus, pro unâ Doſi.*

ALITER:

R. *Conſerv. Fl. Pœon.*
*verben.*
*Majoran. an.* ℈*j.*
*Spec. aromat.*
*Caryophyll. gr. xv.*
*Fol. Ceraſor. nigr.* ℈*iſs.*
*Ol. Cortic. aurant. gr. ij.*
*Laudan. Opiat. gr. iij. ad vj.*
*F. Bolus.*

ALITER:

R. *Laudan. Opiat. gr. v. vel vj.*
*Confect. anthos drachm. j.*
*Hyacinth ſcrup. j.*
*Spec. Diamoſch. ſcrup. ſs.*
*Ol. Carvi,*
*Coriandri ana gut. j.*
*Manus Chriſti perl. q. ſ. F. Bolus pro unâ Doſi.*

ALITER:

R. *Aqu. Ceraſor. nigror.*
*Majoran.*
*Anthos,*
*Betonic. an.* ℥*ſs.*
*Syrup. de Stœchad.*
*Papav. Rhœad. an.* ʒ*iij.*
*Extract. Theriacal. gr. v.*
*Confect. de hyacynth.* ℈*ſs.*
*Laudan. opiat. gr. iij. iv. vel vj.*
*M. opt. F. Potio.*

## IN PERVIGILIO ET SPIRITUUM ANIMALIUM agitatione nimiâ:

R. *Laudan Opiat. gr. ij. iij. &c.*
*Conſerv. violar.* ⊕*lat.* ʒ*j.*
*Diacod. crocat.* ʒ*ſs.*
*Elæoſacchar. aneth.* ℈*ſs.*
*Nuc. Moſchat. exp. gr. v.*
*F. Bolus, pro unâ Doſi.*

ALITER:

R. *Amigd. d. excortic.* ʒ*ij.*
*Sem. papav. alb.* ʒ*j.*
*Aq. violar.*
*Nymph. ana* ℥*iſs.*
*F. l. a. Emulſio, in quâ diſſolve*
*Laudan. Opiat. gr. iij.*
*Julep. roſar.* ℥*ſs.*
*Margarit. præpar. gr. v.*
*Miſce.*

## IN EPILEPSIA, VERTIGINE, &c.

R. *Laudan. Opiat. gr. v. vel vj.*
*Syrup. flor. Pœon. drachm. iij.*
*Aqua Lilior. Convall. unc. ſs.*
*Pulv. Epilept.* ℈*ſs.*
*Confect Smaragd.* ℈*j.*
*Ol. Cubebar. gut. j.*
*Succini gut. ij.*
*Miſce. Fiat Hauſtus.*
R. *Aqu. Senecion.*
*Squammariæ,*
*Tiliæ,*
*Epilept. Lang. an.* ʒ*ij.*

*Spirit. C.C. è junioribus & hirſutis deſtillat.* ℨß.
*Oxymellis ſquillitic.*
*Syrup. de Stœchad. an.* ℥ij.
*Laudan. Opiat. gr. iij. ad v.*
°₀° *Corn. alcis gr. j.*
*M. accurate. F. Potio.*

ALITER:

R. *Extract. gran. Pœoniæ nigr. gr. vij.*
*Caſtor. gr. v.*
*Eſſent. cran. microcoſm.* ℈ß.
*Camphor. gr. iij.*
*Laudan. Opiat. gr. iij. ad v.*
*F. Pilul. D.*

ALITER:

R. *Conſerv. flor. Tiliæ,*
*Lilior. Convall.*
*Antos ana* ℨß.
*Magiſter. cranii human. gr. v.*
*Extract. viſc. quern. gr. iv.*
°₀° *Camphor.*
*Succin. an. gutt. ij.*
*Laudan. Opiat. gr. iij. v.*
*Syrup. Ceraſor. nigr. F. Mixtura pro Doſi.*

ALITER:

R. *Laudan. Opiat. gr. v. vij.*
*Syrup. d. Beton.* ℥iij.
*Aqu. Lavend.*
*Tiliar. ana* ℨß.
*Magiſter. cran. hum. gr. iij.*
*Tinctur. Lunæ gut. ij.*
*Elixir. Pœoniæ gut. v.*
*Miſce.*

Aliter:

R. *Laudan. Opiat. gr. v.*
*Aqu. Epilept. noſtr. vel alterius* ℥ij.
*Conſerv. flor. pœon. vitriolat.* ℨj.
*Ol. Lavendul.*
*Succini ana gut. ij.*
*Miſce pro Doſi.*

## IN APOPLEXIA, Paralyſi, &c.

R. *Laudan. opiat. gr. vj.*
*Aqu. Apoplect. Crollii* ℈j.
*Conſerv. flor. Lavendul.*
*Lilior. convall. ana* ℨij.
*Mithridatii* ℈ß.
*Ol. Succini,*
*Cinamomi ana gut. j.*
*Miſce pro Doſi.*

Aliter:

R. *Conſerv. flor. Pœon.*
*lavend. ana* ℨiiß.
*Ol. Cinamomi,*
*florum anthos.*
*ſuccini ana gut. ij.*
*Aqua Apoplect. Langii* ℥ij.
*Pulv. ligni aloes gr. iij.*
*Syrup. de ſtœchade* ℥ij.
*Miſce pro unâ Doſi.*

Aliter:

R. *Laudan. opiat. gr. vj.*
*Conſerv. flor. lavend.*
*Lilior. conv. ana* ℨij.
*Theriaca,*
*Pulv. Epilept. noſtr. ana* ℈ß.
*Ol. macis,*
*Garyophyll.*
*Cubebar. an. gut. j.*

*Magiſter.*

*Magiſter. ſuccini gr. iij.*
*Miſce pro una Doſi.*

## IN MELANCHOLIA, Phreneſi & Mania.

*R. Laudan. opiat. gr. vj.*
*Aqu. Bugloſſæ* ℥i.
*Tinctur. Croci,*
*Borrag. ana gut. vj.*
*Eſſent. Corallor. gut. iij.*
*Lapid. quinq; pretioſor. ana. gr.* j.
*Miſce, & fiat hauſtus pro unâ Doſi.*
*R. Syrup. flor. tunic.*
*Rub. Idæi ana* ʒiſs.
*Aqu. flor. Citr.*
*Succ. arantior. dulc. ana* ℥ſs.
*Confect. alcherm.* ℈ſs.
*Elæoſacchar. roſar. gr. v.*
*Laudan. opiat. gr. iij. v. vj.*
*M. pro potu uno.*

Aliter:

R. Laudan. *opiat. gr. vj.*
*Aqu. Meliſſæ. Scolopendr.*
*Aſplenii ana* ʒiiß.
*Syrup. de Bugloß.* ℥ſs.
*Tincturæ Smaragdi* ℈ſs.
*Eſſent. Citri gutt:* iv.
*Tincturæ Corall. gutt.* iii.
*Elixir. propriet. gut.* ij.
*Miſce pro una Doſi.*

Aliter:

*R. Laud. Opiat. gr. vj.*
*Auri vel argenti potabilis gutt.* iiij.
*Tinctura ſuccini,*
*Aſplenii.*
*Scolopendr, ana gut.* ij.
*Ol. Roſar.*
*Majoran. gut. 1.*
*Syrup. de Bugloſſa q. ſ. pro bolo una vice ſumendo.*

## IN MORBIS PECTORAlibus, utpote Tuſſi, Aſthmate, Phthiſi, &c.

*R. Laudan. Opiat. gr.* vi.
*Syrup. d. Praßio,*
*d.* Liquiriz. *ana* ʒiii.
*Aqu. Fœnic.*
*Ungul. caball.*
*Hyſſopi ana* ʒiii.
*Lobocb. ſan. & expert.* ʒii.
*Ol. Aniſi,*
*Aſæ dulcis, ana gut. 1.*
*Spir. ſulpb. gut.* ii.
*Miſce pro Doſi.*

Aliter:

*R. Laudan. Opiat. gr. vi.*
*Aqu. marrub.*
*Tuſſilag.*
*Hyſſop. ana* ℥ß.
*Syrup. de hyſſop.*
*de jujubis ana* ʒiii.
*Ol. hyſſopi,*
*Aniſi,*
*Fœnic.*
*Elixir. proprietat. ana gutt,* iii.
Miſce.

Aliter:

*R. Laud. Opiat, q. ſ.*
*Flor.* ♀*ris,*
*Lactis* ♀*ris ana* ℈ß:
*Spec. Diatrag. frig. gr.* xii.
*Lohoch. ſan. & exp.* ℥ſs.
*Aqu. Veron.*

*Tuſſilag. ana ℥ ij.*
*Miſce pro Doſi:*

Aliter:

R. *Laudan. Opiat. q. ſ.*
*Conſerv. violar. vel Roſar. cum Spir. ♆ris. tinct. ℨiſß.*
*Extract. liquiriz.*
*Crorior. ana gr. iv.*
*Lohoch. d. pino ℥ß.*
*Extract. Enulæ camp. gr. iij.*
Spec. Diair. *ſ.* ℈ß.
*Ol. aniſi gut. 1.*
*Miſce pro Doſi.*

## IN CORDIS AFFECTIBUS:

R. *Laud. Opiat. gr. v.*
*Aqu. Roſar.*
*Borrag. ana* ℥iii.
*Cinamomi,*
*citri an. ℥ij.*
Salis Perlar.
*corallor. ana gr. iij.*
*Tinctur. corall. gut. v.*
*Confect. Alker. ℈ß.*
Miſce, *& fiat hauſtus.*

Aliter.

R. *Aqv. Meliſſæ,*
*bugloſſæ ana ℥ß.*
*Syrup. acetoſ. citri,*
*Brodii de nuce moſch. in Ind. condit. ana ℥j.*
*Oſſ. de cerd. cerv. num. j.*
*Spec. diamarg. frig. gr. iiij.*
*Ol. citri gut. j.*
*Miſce.*

Aliter.

R. *Laudan. Opiat. q. ſ.*
*Conſerv. borrag.*
*bugloſß.*
*anthos ana ℨiſß.*
*Lapid. quinque pretioſorum ana gr. ij.*
*Bezoard gr. iij.*
*Ungul. alcis ſpagyricè calc. gr. ij.*
*Tinctur.* Corall.
*roſar.*
*croci,*
*ana gut. j.*
*Miſce.*

Aliter.

R. *Conſerv. flor. tunic.*
*⊕lat. ℨj.*
*Tinctur. rubin. ver. ℈ß.*
*Eſſent. cinamom. gr. vj.*
*Bezoar. orient. gr. iij.*
*Laudan. opiat. gr. iij.*
F. *Bolus.*

## IN VENTRICULI AFFEctibus, ut in Vomitu Singultu, & debilitato Ventriculo.

R. *Laudan. Opiat. gr.* iiiij.
*Syrup. de mentha ℨijß.*
*Extr. cal. arom. gr.* iij.
*Salis abſinthii,*
*cinamomi ana gr. ij.*
*Ol. nuc. moſch.*
*maſtichis,*
*Elixir. propriet. an. gut. ij.*
Miſce.

Aliter:

Aliter.

R. *Laudan. Opiat. q. ſ.*
*Conſerv. roſar. vitriol.* ℥j.
*Syrup. cydon.*
*menthæ ana* ℥jſß.
*Aqv. cinamomi,*
*menthæ cum*
*Spir. V. deſtill. ana* ℥ij.
*Extract. Galangæ gr.* ij.
*Ol. Caryophyll.*
*Elix. propr. ana gut.* j.
*Miſce.*

Aliter.

R. *Laud. opiat. q. ſ.*
*Conſerv. menthæ* ℥ij.
*Ol. cinamomi,*
*calami aromat.*
*aurantiar. ana gut. j.*
*Spec. Diambr. gr. v.*
*Syrup. cydon.* ℥ſß.
*Miſce.*

IN SISTENDIS OMNIbus Defluxionibus omnium humorũ & catarrhorũ tenuium, è capite in aſperam arteriam perpetuâ tuſſi inſomnium patientium.

R. *Aqv. cort. virid. jugland.*
*ſcabioſæ ana* ℥ſß.
*Laud. opiat. gr. vj.*
*Syrup. de Papavere* ℥iij.
*Rob. nucum* ℥ij.
*Ol. nuc. moſchat. gut.* j.
*Miſce, & fiat hauſtus pro una doſi.*

Aliter.

IN CAUSA VALDE CALIDA.

R. *Aqv. Roſar.* ℥j.
*Vini granator.* ℥ſß.
*Laud. opiat. gr. vj.*
*Syrup. de Papav.* ℥iij.
*Diamar.* ℥ij.
*Miſce, & fiat hauſtus.*

Aliter.

R. *Laud. Opiat. gr.* iij. iiij.
*aqv. Loch. ſan. & expert.*
*Flor. papav. errat.*
*violar. an.* ℥ſß.
*Diacod. Montan.* ℥iij.
*Sangvin. ſymphyt. major.* ℨſß.
°°° *roſ. deſtill. gr.* j.
*M. accuratè.*

Aliter.

R. *Laudan. opiat. gr. v. vel* vij.
*Conſerv. flor. centaur.*
*min. vitriolat.* ℥j.
*Zingib. condit.* ℈jſß.
*Spec. Febrifug. noſt.* ℈j.
*Ol. ſtill. Myrrhæ gutt.* j.
*Miſce & fiat Bolus.*

Aliter.

R. *Laud. opiat. q. ſ.*
*Conſerv. flor. papav. errat.* ℥j.
*Rob. de Cornis* ℈jſß.
*Spec. Diamarg. frig.* ℈j.
*Miſce, & cum* Sacch. Penid. *fiat Bolus.*

Aliter.

R. *Aqv. Plantag.* ℥j.
*Syrup. cydonior.* ℥iij.
*Laud. opiat. q. ſ.*
*Extr. Rad. Tormentillæ,*
*Chinæ ana* ℈ſß.
*Eſſ. Balauſtiar.* ℈j.

*Ol.*

*Ol. Caryophyllor.*
*Maſtichis ana gut.* j.
*Miſce, & fiat hauſtus pro una doſi.*

Aliter.

R. *Laud. opiat. gr. vij.*
*Croc. Martis.*
*Sal. Corallor. rubr. ana gr.* iiij.
Miſce & *cum Ol. aurantiar. fiant pilulæ num. iij. vel iiij. quæ deaurentur.*

Aliter.

R. *Laud. Opiat. gr. vj. vel vij.*
*Magiſt. Gum. Arabici,*
*Cornu cervi ſine ig. calc. ana gr.* iiij.
*Miſce, & cum Ol. cort. citri fiant pilulæ num* iij. *vel* iiij. *inaurandæ.*

Aliter:

R. *Conſerv. Flor. Symphyti* ʒj.
*Laud. opiat. q. ſ.*
*Spec. Diaplantag.*
*Pulv. dyſenterici Croll.* ℈ß.
*Miſce, & fiat lege artis Bolus.*

## IN OMNIUM FEBRIUM genere hauſtus.

R. *Laud. opiat. gr. v. vj. vel vij.*
*Syrup. de Centaur. min.* ʒij.
*Aqu. Card. benedict.* ℥j.
*Sal. abſinthii,*
*Elix. Febril. ana* ℈ß.
*Miſce, & fiat hauſtus pro una doſi.*

Aliter:

R. *Laudan. opiat. q. ſ.*
*Syrup. de Abſinth.* ʒii.
*Aqu. Febrifug.* ℥j.
*Sal. Card. bened.*
*Extr. Caryophyllor.*
*Elixir. Febril. ana* ℥ß.
*Miſce, & fiat l. a. hauſtus.*

Aliter:

R. *Laud. opiat. gr. vj.*
*Corn. alcis ſine ign. Calc.* ℈ß.
*Miſce, & cum Ol. Abſynthii.*
*Fiant pilulæ num. iij. inaurandæ.*

Aliter:

R. *Laud. Opiat. gr. v. vj. vel vij.*
*Conſerv. Flor. centaur.*
*Min. vitriolat.* ʒj.
*Zingib. condit.* ℈iß.
*Spec. Febrifug.* ℈j.
*Ol. ſtil. Myrrhæ gut.* 1.
*Miſce, & cum* Sacchar*o albiſſ. f. l. a. Bolus.*

## IN COLICA ET ILIACA Paſſione.

R. *Aquam contra Colicam* ℥j.
*Syrup. de Mentha* ʒiij.
*Laud. opiat. gr. vj.*
*Ol. Carvi.*
*Arantiarum,*
*Angelicæ ana gut.* 1.
*Miſce, & fiat hauſtus.*

Aliter:

R. *Conſerv. Roſarum cum ſpir. vitrioli* ℥ß.
*Laud. opiat. gr. vj.*
*Pulv. calami aromatici* ℈ß.
*Ol. Chamomill.*
*Carvi,*
*Menthæ,*
*Arantiarum ana gut. j.*
*Miſce.*

Aliter:

Aliter:

R. *Conſerv. Violar.* ℥j.
*Rad. Zedoar.* ʒi.
*Aqu. Chamomill.* ℥iiii.
*Coque in Colatur.* ℥ij. *diſſolve*
*Laudan. Opiati gr. vj.*
*Syrup. arant.* ʒiii.
*Extract. Colic.*
*Mynſicht.* ℈ß.
*Elæoſacch. Cymin. gv.*
*Spir.* ⦶*tri q.ſ.*
*Ad gratiam M.* D.

Aliter:

R. *Conſerv. menthæ* ℥ß.
*Spec. Diacymini* ℈ß.
*Spiritus Vitrioli*
Salis,
*Elixir. proprietat. ana gut.* ij.
*Miſce pro una Doſi.*

## IN DOLORE PLEURITICO:

R. *Aqua papav. errat. unc.* iß.
*Syrup. capill.* ♀*ris* ʒiii.
*Laudan. Opiat. gr. vj.*
*Extract. liquiriz.* ℈i.
*Ol. aniſi gut.* iii.
*Miſce, & fiat hauſtus.*

Aliter:

R. *Aqu. Card. Mariæ unc.* iß.
*Syrup. d. liquiriz.* ʒiii.
*Laudani Opiat. gr. vi.*
*Eſſent. flor. papav. errat.* ℈i.
*Ol. Fœnic. gut.* ii.
*Miſce, & fiat hauſtus.*

Aliter:

R. *Conſerv. papav. errat. ſemiunc.*
*Laudan. opiat. gr. vj.*
*Lob. d. pino* ʒij.
*Spec. Diamarg frig.*
*Maxill. lucii,*
*Dent. aprugni ana gr. ij.*
*Miſce pro una vice.*

## IN DOLORE NEPHRITICO:

R. *Syrup. de althæa,*
*Violar. ana* ʒiii.
*Laudan. opiat.*
*Solut. lapid. percar. ana gr. vi.*
*Ol. perlar. gut.* iii.
*Miſce, & fiat hauſtus.*

Aliter:

R. *Laudan. opiat. gr.* iiii.
*Solut. oculor. Cancr.* ℈ß.
*Aqu. linar.* ℥j.
*Syrup. de malvâ* ℥ß.
*Ol. Fœnicul. gr. j.*
*M. F. Potio.*

Aliter:

R. *Conſerv. malvæ unc. ſem.*
*Laudan. opiat. gr. vi.*
*Spec. lithontr.* ℈ß.
*Rad. Eryngii condit.* ʒiß.
☿*ri* ⊖*lati* ℈ß.
*Miſce, & fiat l. a. Bolus.*

Aliter:

R. *Magiſter. lapid. Judaic.*
*Boræc. Venet.*
⦶ *præpar.*
*Laudan. opiat. an. gr. iv.*
*Cum Syrup. d. alth. Fernel. q.ſ.*
*F. Pilulæ num. vij. D.*

### IN INQUIETUDINIbus immodicis.

R. *Laudan. opiat. à gr. v. ad vii.*
*Aqu. papav. errat.*
*Nymphææ ana* ℥iij.
*Syrup. de papav.*
*d. Nymph. ana* ℥ij.
*Spir.* ⊕*li gut.* iii.
*Miſce pro una vice.*

Aliter:

*R. Emulſ. ſem. 4. frig. major.* ℥ii.
*Julep. violar.* ℥iii.
*Syrup. papav. errat. ſemiunc.*
*Laudan. opiat. gr. 2.*
*Ol. roſar. gut. 1.*
*Spec. diamarg. frig. gr. iiij.*

Aliter:

*R. Laud. opiat. gr. 7.*
*Conſerv. roſar. vitriol.* ℥ß.
*Lob. d. pap.* ℥j.
*Extract. croci gr. 2.*
*Spir. roſar. gut. v.*
*Miſce pro una vice.*

*Vide Hadrian. à Mynſicht. Theſaur. Medic. Chym. pag. 72. & ſeqq.*

## *CAPUT XIII.*
## DE LAUDANORUM ALIORUM FORMULIS.

### De ELECTUARIO LAUDANI OPIATI.

R. *Opii,*
*Succi è Rad. Hyoſcyami Eſſentificatorum ana unc. ſem.*
*Eſſent. rad. Mandrag. cum Spir. V. Extract.* ℥ij.
*Spec. Diambr.*
*Diamoſch. d. ana unc. j.*
*Salis Perlar.*
*Corallorum ana* ℥j.
*Cambe,*
*Mumiæ ana* ℈ij.
*Unicornu* ℈ß.
*Terræ ſigillatæ* ℥ß.
*Mellis deſpumati unc. vj.*

*Diſſolvatur Eſſentia Opii, & Hyoſcyami (ſi ſit nimis liquida, fac ut Spiritus Vini prius ſufficienter lento calore ab illis evaporet) in melle ſupra ignem, poſtquam probè mixta fuerint, adde Salia Perlarum & Corallorum, poſtea reliquos pulveres tenuiſſimè tritos, Cambe ſcilicet, Mumiam, Crocum, Unicornu, terram ſigillatam cum ſpeciebus Diambræ, paulatim inſperge tepidè, diligenter miſcendo in formam Electuarii.*

### DOSIS.

*Electuarii idem uſus, niſi quod Doſis augeatur. Datur à* ℥i. *ad* ℥iß. *in appropriato liquore, vino vel aqua Cinamo-*

*Cinamomi. Puerperis & Infantibus etiam tutò poteſt exhiberi.*

OBSERVATIO.

Mirum atq; iterum mirum, cur à quibusdam Sciolis Opii uſus intra corpus formidetur, cùm Laudanum Opiatum ab omnibus Venenis & impuritatibus liberum ſit, ut taceam præſtantisſima corrigentia admixta. Id de Officinarum & Veterum compoſitionibus, quas Opium, & Hyoſcyami ſemen ingrediuntur, affirmari non poteſt, ut de Philonio Romano, Perſico, Tarſenſi, Athanaſiâ magnâ, Aurea Alexandrina Nicolai, Triphera, Theriaca, Mithridatio Andromachi, Trochiſcis Alkekengi, Pilulis de Cynogloſsâ, &c. Croll. *Baſilic. Chym. p. 314.*

De

LAUDANO OPIATO NOSTRO:

℞. *Extract. Opii Thebaici,*
*Rad. Hyoſcyami ana ſemiunc.*
*Ol. Cinamomi* ʒſs.
*Garyophyllorum* ℈j.
*Magiſter. Perlar.*
*Corallor. ana* ʒſs.
*Croci Oriental.*
*Moſchi, Ambræ ana* ℈j.
*Extract. Caſtorei* ℈ſs.
*Pulv. Cordial. noſtr.*
*Deſcription. q. ſ.*
*Pro incorporatione.*

VIRES & USUS.

Hoc Laudanum profectò ut theſaurus in magno pretio habendus: Nam

1. Sopit dolores capitis, lenem ſomnum inducendo.
2. Curat Colicam.
3. Calefacit omnia interna membra.
4. Excitat appetitum.
5. Catharrhos ſiſtit.
6. Cordi ſuccurrit, & cujuscunq; generis dolores, citra *dubium*, in momento quaſi tollit. Cæteros affectus uſu facilè addiſces.

DOSIS.

*Doſis à gr. iij. ad iiij. vel v.*

De

LAUDANO URINARIO BANISTERI:

℞. *Succ. liquirit. in Aqu. Alkekengi ſolut.* ℥iſs.
*Caphuræ* ʒj.
*Extract. Croci* ℈iiij.
*Alkekeng.* ℥ſs.
*Gumm. Tragacanth.* ℥iſs.
*Maſtich.* ʒij.
*Sem. papav. alb.*
*Hyoſcyam. ana* ʒj.
*Laudani Opiat.* ʒiij.
*M. F. Maſſa pro Pilul.*
*Doſ. gr. x. ad xvj.*

*Laudanum hoc ad ſtranguriam, urinæ ardorem, calorem renum, ulcera in collo veſicæ, virulentam & dolorificam gonorrhæam optimè conducit.*

## De LAUDANO LIQUIDO.

R. *Opii Thebaici ſuper laminam ferri lentiſſimo igne exſiccati* ℥j.
*Croci Orientalis,*
*Macis ana* ℥ß.
*Ambræ griſeæ* ʒj.
*Spiritus vitrioli albi per urinale deſtillati* ℥iiij.
*Aqu. roſar. opt* ℥vj.

*Infundantur omnia in vaſe vitreo, & digerantur per menſem. Deinde factâ colatura, abſtractâq; aquâ roſar. ſerventur ad uſum, quod Arcano Helidæi è recenti opio, & nudis allii capitibus deſtillatis minimè cedit.*

DOSIS.

*Datur à gutt. v. ad x. vel xij.*

## De LIQUORE SINE OPIO ANODYNO.

R. *Nucis moſchat.*
*Macis,*
*croci oriental. ana* ℥i.
*ambr. gryſeæ* ʒi.
*ſantali Citrini,*
*Ligni aloes.*
*Cinamomi opt. ana* ℥i.
*Spirit. vini rectif.* ℥xij.
*Spiritus* ⊕*li* ℥iiij.

*Infundantur ſub fimo equino, vel ejus vicario per menſem. Deinde colatura ſeparetur liquidum à ſpiſſo.*

Virtus & Efficacia.

1. In Epilepſia.
2. Suffocatione Matricis.
3. Vermibus.
4. Iliaca.
5. Colica.
6. Podagra, &c.

DOSIS.

*Datur* ℈ß. *ad xii. in vehiculo ſpecifico.*

## BEZOARTICUM SOLARE

Anodynum Dn. Chriſtophori Gerberi Med. North.

R. *Magiſter. Conchar. Margarit. Corallor. ana* ʒiiß.
C. C. *Philoſ. præpar.*
*Laud. opiati Philoſop. corr.* ʒii.
*Lapidis bezoard.* ℈ß.
*Fol. auri fini num. vj.*
*M. fiat pulvis.*

*Hoc magnum confortativum & anodynum infallibile.*

*Doſis à gr. v. ad x.*

## De PILULIS OPIATIS NOSTRIS.

R. *Extracti Opii Thebaici* ʒjß.
*Rad. Mandragor.* ʒß.
*Eſſentiæ cinamomi vel Extracti ejus,*
*Magiſter. Corall.*
*Perlarum ana* ℈j.
*Pulv. cordial. noſtr. deſcriptionis q. ſ.*
*Ol. Cinamomi,*
*Garyophyllorum ana gut. viij.*

*Fiant pilulæ inſtar parvorum piſorum.*

*Uſu cum cæteris laudanis conveniunt hæ pilulæ.*

DOSIS.

*Datur una pilula in aqva ſpecifica.*

Alius modus.

℞. *Eſſentiæ Opii Thebaici ℥j.*
*Croci ℥ſs.*
*Magiſterior. Corall.*
*Perlar. ana ʒſs.*
*Pulver. myrrhæ,*
*Mumiæ ana ℈ij.*
*Olei Aniſi,*
*Garyophyll.*
*Citri ana gut. viij.*
*Fiat maſſa pro formandis pilulis.*

De
ALIO LAUDANO OPIATO miræ virtutis.

℞. *Eſſentiæ Opii Thebaici ℥ſs.*
*Succi hyoſcyami ʒij.*
*Magiſter. Perlar.*
*Corallorum ana ʒj.*
*Ambræ,*
*Moſchi ana ℈j.*
*Extract. ſpecier. Diambr.*
*Diamoſch. dulc. ana ʒj.*
*Ol. Cinamomi,*
*Garyophyllor.*
*Citri ana gut. x.*
*Pulveris Cordialis noſtræ deſcriptionis q. ſ. pro paſta juſtæ conſiſtentiæ.*

Expeditis eâ, quâ fieri potuit, diligentiâ, hactenus à nobis iis omnibus, quæ tùm ad Opii cognitionem, tùm eorum medicamentorum, quæ exinde conficiuntur, variam & exqviſitam præparationem pertinere viſa ſunt, tandem appendicis loco de alio Anodyno narcotico, & ſomnifero medicamento, quod Chymiatri SULPHUR VITRIOLI appellitare ſolent, hîc quoque pauca nonnulla attexemus.

## CAPUT XIV.
## DE SULPHURE VITRIOLI.

SUlphur Vitrioli alii aliter præparant.

1. Quidam enim ſumunt Vitrioli ad albedin. calcin. lib. 1. & Salis ammoniaci tantundem, trita & mixta invicem cucurbitæ indita per gradus ſublimant, poſtea Salem aqua communi à Vitriolo abluunt, idque tandem pro vero Vitrioli ſulphure vendiтant; verùm non legitimum, ſed impoſtorium, hoc eſt Sulphur, à quo omnes caveant, cum potiùs ſit ſubſtantia cuprea metallica ipſius vitrioli, id quod ſatis arguit guſtus ejus, qvi cupro ſimilis eſt, nec eum unquam poſtea amittit, præ-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0347-5

tereaq; igni fuſuli ſubjectum, pars una in flammam metallicam comburitur, altera verò in crucibulo in bonum, malleoq; tractabile cuprum funditur, ut ipſimet aliquando vidimus.

2. Alii Ferri laminas in aqva, in qua vitriolum diſſolutum fuerit, ebullire ſinunt, dum tenuis quaſi vel rubigo, vel lanugo his laminis agglutinatum & adhæret, quam poſtea deraſam pro ſulphure habent. Sed falluntur, cum id potiùs ſit excrementoſa quædam ferri cum vitriolo conjuncti ſubſtantia.

3. Qvidam ſumunt Mercurii ſublimati Cryſtallos puriſs. eosq; in ☿ reducunt, quem poſtea ponunt in *Athanorem ad putrefaciendum; ut niger pingvisq; emergat, ſuper hunc* fundunt ſpiritum vini optimũ unaq; digerunt, tandemq; igne lentisſimo ad rubedinem perducunt. Quod verum vitrioli Sulphur eſſe adfirmant. Unde etiam Johan. Rupeciſſa ſubtilisſimam eſſentiam, quæ cum Argento vivo in ſublimatione evehitur, certoq; modo ſegregatur, Sulphuris Vitrioli nomine indigitat.

Nonnulli ſeqventem præparationis modum extollunt, & paratum ex eo pro vero ſulphure Vitrioli agnoſcunt & oſculantur.

R. Vitrioli optimi q. v. ſolve in aqva fontana, ſolutioni depuratæ per reſidentiam affunde lixivium cineris clavellati, & exæſtuando ſulphur Vitrioli petet fundum. Hoc age, donec ſulphur ampliùs deprimi nequeat, ejusq; aqvâ clarâ exiſtente, magna copia habeatur. Siccatum hoc ſublima & fecibus rejectis, additaq; dimidiâ ſalis ♀ri parte per Retortam in oleum rubicundum deſtilla; cui poſteà modicum aceti *infuſum pulverem phæniceum* præcipitabit, oleo Tartari in aquâ reſtitante, qvi ab omni acrimoniâ benè eluendus.

Hic pulvis affuſo vini ſpiritu octiduum circuletur, & optata Sulphuris prædicti ſubſtantia ad ſuperficiem inſtar Olei Cinamomi ſeparabitur, tritorio ſecernenda.

5. *Sunt alii, qvi ita Sulphur hoc* Vitrioli præparant.

*Sume Vitrioli Ungarici q. v. ſolve aliquoties aqvâ, & per filtrum trajice. Sine iterum conſiſtere, ut evadat mundum; calcina moderato igne ad ſummam rubedinem, ſalem ſepara aquâ pluviali deſtillatâ. Relinquitur Colchotar, ſeu pulvis ruber; Hunc include (v. gr. ℥ii.) phiolæ longi colli. Adfunde olei rubri, vel vitrioli ſpiſſi tantum, quantum ad madefactionem videtur neceſſarium. Signatum Hermeticè pone in arenarium Acediæ per duos menſes, videbis terram cum oleo interdum elevari, & viciſsim conſidere, inq; fine inſeparabiliter commiſceri*

*miſceri. Ita videbis ſulphur vitrioli tenax, quod in loco humido in Oleum reſolvitur.*

USUS:

Odore ſomnum ſuavem inducit, & Anodynum eſt. In genere Paracelſus Tomo 6. in Tractatu de Sulphure ita deſcribit veri Sulphuris vitrioli virtutes: Omnia [inquit] Sulphura è Salibus vitriolatis, ſunt ſtupefactiva, anodyna, narcotica, & ſomnifera, non modò opiatica, ſed ſine omni noxâ. A natura ipſa id ſulphur decoctum eſt, præparatum, & correctum, ad quod confugiendum in morbis, qui ſine anodyno curari nequeunt. Id quod ex vitriolo; eſt nobiliſſimum; eſt enim fixum. Habet & dulcedinem, ita ut à Gallinis devoretur, & eos in ſomnum conjiciat abſq; damno. Sedat dolores omnes & refrigerat calores. Idem in majori Chyrurgiâ part. 2. Tract. 2. cap. 9. ſcribit; Omne vitriolum Sulphur narcoticum continere. Bernhardus Penottus in lib. de Medicin. Chym. quoq; de ♀ris Vitrioli uſu hæc tradit: Sulphur Vitriolatum uſurpabis, quando morbus curandus per anodyna, tunc abſq; omni periculo id efficit. Idem ſulphur per ſe eſt fixum, habetq; per ſe dulcedinem & gallinæ illo devorato ad tempus dormitant quidem abſq; damno, poſt autem reſuſcitantur. Sedat hoc ſulphur omnes paſſiones abſq; periculo, cõſtringit omnes dolores, omnemq; Colicam mitigat.

De

## Tinctura aut Sulphure Narcotico Vitrioli alio.

℞. *Limaturæ chalybis puriſſimæ part. unam ⊕li Heſſiaci aut ♀ris part. 2. Miſce, & pone in matracium colli brevis, ſuperq; affunde acetum deſtillatum bonum, ut ad digitum 1. ſupernatet. Hoc poſtea lentè exhalet ad ſiccitatem, dando ignem fortem circa finem, ut omnia candeſcant. Hinc vaſe frigefacto, pulveriſa iſtam materiam, & ſuper eam affunde acetum novum, ut ad tres digitos ſupernatet. Quo facto, digere per biduum, aut triduum; donec nempe acetum benè coloretur; quod poſtea decanta, & aliud novum affunde, donec omnis tinctura extracta ſit. Tunc guttatim funde Olei Tartari, q. ſ. ſuper acetum coloratum, donec omne ſulphur narcoticum, ad fundum ſit præcipitatum: à quo omnis acrimonia, repetitis ablutionibus, ſegreganda. Poſt ipſum ſiccandum, & ad uſum aſſervandum.*

Inſigne eſt anodynon, & reliquis omnibus meritò anteferendum: quodq; Paracelſus ſummoperè commendat, & magni æſtimat.

## ARCANUM NARCOTICO-ANODYNUM CNEUFFELII REGIS POLON. ARCHIATRI.

R. ⊕li

R. ⊕li tenuisſimè pulveriſati & ad albedinem usq; lento calore exſiccati ℔ß,

Affunde huic Spiritus Vini rectificati ℥xxx.

Pone in fimum equinum per menſem. Decantatum à fæcibus deſtilla in MB. ad liquoris flavi reſidentiam Oleo deſtillato ſimilis, hoc prolectum ſerva.

DOSIS.

*Gutt. xii. in liquore convenienti.*

OBSERVATIO.

De his Medicamentis, etſi multi maximoperè glorientur, in illis tamen effectum talem anodynum & narcoticum, qualis ineſſe perhibetur, hactenus deprehendere minimè potuimus. Satiùs igitur erit, meo judicio, Laudano Opiato correcto ejus loco uti, quàm non ſatis cogniti Medicamenti exhibitione ſibi infamiam, & ægro perniciem procurare & conciliare. Vid. Libavius lib. 1. Epiſt. 35. Unzerus Append. Tractat. de ♀. *Gregorius Horſt.* Sect. 1. Epiſt. Medicin. p. 347.

Sequuntur nunc Ungventa Anodyna.

## CAPUT XV.

## DE UNGVENTIS ANODYNIS.

Recip.

*Flor. roſar. ſylveſtr.* M. x.

*Herb. cum Radic. Hyoſcyam.* M. *vj.*

In Menſur. ß. Vini coquuantur, & poſtea exprimantur & colentur, à colaturâ aqua in balneo abſtrahatur, ut mellis inſtar reſidentia maneat. Tandem adde pingvedinis ſuillæ caſtrat. lib. ij. & miſce. Hinc amotis ab igne adde Opii pulveriſati, ac in vino diſſoluti unc. j. Croci pulveris duarum avellanarum quantitatem. Extract. flor. verbaſc. ſemiunc. & fiat Ungventum Cineritii coloris.

VIRES ET USUS.

Singulare in ſiſtendo dolore Nephritico, Podagrico & ejus generis alio eſt Medicamentum, ſi calidè locus affectus illo illinatur.

## De ALIO UNGVENTO ANODYNO.

R. Fol. verbenæ recentis, benè contunde in mortario, ut fiat inſtar pulmenti; Poſtea miſce cum eo Butyri majal. lib. j. Macerentur in vaſe æneo per aliquot dies in cellâ, & lento igne coquantur, donec ſuccus conſumptus fuerit, deinde benè &

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0350-0 DFG

& fortiter exprimantur, & ad uſum reſerventur. Si autem ingens calor adſit, adde fol. Hyoſciam. M.j. & præpara, ut dictum eſt,

VIRES ET USUS.

Eſt egregium & præſtans medicamentum ad omnes Arthritidis ſpecies, quod ab excellentibus aliquot Medicis pro ſingulari ſecreto hactenus habitum, & ea de cauſâ inuſitato & occulto nomine ungventum Jovis appellatum, quod tamen unguentum de verbenâ meritò nominandum.

## De ALIO UNGVENTO ANODYNO.

R. *Ol. amygd. d.*
*Seſam.*
*Butyr. ſine Sale,*
*Olei violar. ana ſemiunc.*
*Liquoris Mumiæ,*
*Ol. Verbaſci,*
*Medull. cruris boum,*
*Adipis gallinæ,*
*Anatis ana ℥v.*
*Vitell. ovor. num. vij.*
*Croci ℈ij.*
*Ceræ albæ,*
*Camphoræ ana ℈ij.*
*Fiat unguentum anodynum, quod planè uſu convenit cum reliquis Anodynis.*

VEL SIC:

R. Micar. *panis tritici q. ſ. infunde in lacte, & adde*
*Olei Scorpionum, ſemiunc.*
*Croci* ʒiſs.
*Opii* ʒj.
Fiat emplaſtrum vel ungu. anodynum.

His non inferius eſt anodynon. in omni Arthriditis genere proficuum, quo ego uti ſoleo, hoc ſequens oleum & Cataplaſma.

R. *Ol. papav.*
*Lumbric. terreſt.*
*Axung. Vulp. ana unc.* ij.
*Herb. Solani,*
*Hyoſciam.*
*Vini albi q. ſ.*

Coqv. invicem ad vini conſumtionem in ollâ novâ: Colatura ſervetur uſui pro loco affecto inungendo, *poſtea ſeq. imponatur* Cataplaſma.
S. Oel zum Podagra.

CATAPLASMA:

R. *Flor. & fol. Sambuci,*
*Farin. Hord: ana M.* j.
*Ol. fl. ſambuc.*
*Verbaſci ana ℥ij.*
*Coqu. invicem in cereviſiæ q. ſ. pro Cataplaſmate.* S. Warmband.

## Aliud itidem Dn. D. Heinrici Julii Böckelii.

R. *Fl. & fol. ſambuci.*
*Fl. Verbaſci ana M. j.*
*Coq. invicem in Aqu. Salv. & cereviſiæ veteris ana part æq. q. ſ. poſt adde*
*Farinæ Hord. Mſs.*

*Lapid. Magnet. aq. ſpermat. Ranar. opt. præp.* ℨij.
*⊖li opt. Calcinat.*
*Myrrh. opt. pulveriſat. ana* ℥j.
*Theriac. recent.* ℥ß.
*Opii Thebaici* ℨij.
*Balſam. ♀ris fact. c. ſpiritu Terebinth.* ℥iß.
*Bulliant ſemel atq; iterum ad juſtam Cataplaſmatis conſiſtentiam, imponatur de quinta hora in quintam.*

## OLEUM HYOSCYAMI per deliquium, Euporiſtum optimum.

Paratur autem circa S. Johannis Baptiſt. feſtum, ſumendo Hyoſcyamum concid. & cum pauco ⊖le facto ſ.ſ.ſ. impletur olla, in fundo perforata, *quæ olla alteri ollæ imponitur*, in quam liquor deſtillet.

Per menſem & amplius in cellam aut locum alium humidum ſubterraneum reponitur, & terrâ ſuprajectâ olla concluſa reconditur. Invenitur poſtmodum Oleum hoc per deliquium. Scholz.

## De OLEO ANODYNO ALIO:

R. *Ol. Amygd. d.*
*Laurin.*
*Chamomill.*
*Hyoſcyam.*
*M. S.* Oel.

Multa & mirabilia hoc Oleo hactenus præſtiti, ut te ejus uſus docebit.

Atque hæc de Anodynis dicta ſufficiant. Plura de hac re qvi deſiderat, videat Libav. lib. 2. Alch. tr. 3. cap. 1. & ſyntagm. Arcan. Chymicor. lib. 8. cap. 44. de igne naturæ *cap. 52. & Apocalypſ. hermetic. part. 1. cap. 14. Unzer. in appendice de* Sulphure Vitrioli, Qvercetanum, Tenzelium & alios, Nunc de odoriferis ut dicamus, ordo libelli hujus poſtulat.

# PARS XI. DE ODORIFERIS.

QVemadmodũ experientia conſtat certiſſimâ, nullâ re magis ſpiritus animales vitales hominis debilitari, proſterni, reſolvi ac diſſipari, qvàm viroſorum & graveolentium fætore, id quod teſtantur ſyncope & deliquia animi, non rarò ex hâc unicâ causâ provenientia, ita quoq; ex adverſo odoratorum fragrantia & ſvavitate eosdem miris modis

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0352-1

modis vegetari, recreari, ac inſtaurari, imò vitam ipſam interdum conſervari, ac in longius ſpacium protrahi videmus, id quod authoritate & teſtimonio Strabonis ex Oneſicrate lib. 16. Plinii lib. 7. cap. 2. Solini cap. 65. Johannis Bœmii de moribus gent. lib. 2. cap. 8. Franciſci Petrarchæ *Dial.* 22. comprobari poteſt. *Hi* namque & præcipuè Bœmus ſcribunt, Aſtomos, *Indiæ* Gentem, nullius ad eſcam opis indigere, verùm ſolo florum ac pomorum jucundo odore vivere, & longiùs proficiſcentes eadem in præſidium ſecum ferre, quô ejusmodi olfactu alantur: quod ſi verò graveolentem Spiritum ſeu *odorem traxerint, eosdem certum eſſe exanimari. Ita Cæl. Rhodig. lib.* 24 *cap.* 21. *tradit*, Democritum Abderitam morti vicinum ſolo ſvavi mellis ac panis calidi odore vitam quatriduo ſuſtentâſſe. Similiter & Johan. Bapt. Porta, odore grato Elixiris *vitæ ex variis* aromatibus compoſiti, *fatetur*, ſe multiplici experientiâ multorum exhalantem animam retinuiſſe. Odor enim naribus hauſtus confeſtim ad cor & cerebrum trahitur, & propter analogiam ſubſtantiæ ſpiritibus permiſcetur. Unde ſi is bonus exiſtit, ſpiritus compreſſos & ſuffocatos exſuſcitat, exhalantes ac fugaces ſiſtit, & retinet. Contra verò ſi pravus, eosdem puros coinquinat, ac tenues & ſubtiles disſipat, ac reſolvit.

Porrò ea, ut propiùs ad rem accedamus, quæ odore ſvavisſimo cor & ſpiritus vitales recreare ſolent, ex variis componi ac confici poſſunt rebus, nimirùm, vel

1. Ex lignis; ut ſunt Aloes, Juniperi, Cupreſs. Agalloch. Aſpalathum. Santalum:

2. Corticibus, ut *Citrior.* Arantiar. Cinamomi, Caſs. Thymiam.

3. Fructibus, ut bacc. Juniper. nuc. cupreſs. Garyophyll. Nuc. moſchat.

4. Herbis, ut Rorismarini, Meliſſæ, Majoranæ, Puleg. ſativi, Baſilicon, *Thymi.*

5. Foliis, ut Lavendul. Spic. Indic. Spic. noſtrat.

6. Ex Gumm: & lachrymis; ut Aſa dulci, Myrrhâ, Oliban. Maſtiche, Ladano, Styrace calamit.

7. Vel ex *pretioſis, ut Moſcho*, Ambra, Zibetho.

8. Vel ex quibusdam harum rerum Oleis, his cùm admiſcentur Salia, vel Extracta earundem rerum cum adjuncto quodam certo corpore Balſamum talis mixtura appellatur: de quibus ultimis *ſumus* jam dicturi.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0353-7

## CAPUT I.
## DE
# AMBRA.

*AMbra, Ambarum Latinis, Ambar ab Arabibus dicitur: quo nomine omnibus notum eſt nationibus, immutato duntaxat paululum vocabulo. Varia autem circa hujus generationem Scriptorum eſt opinio.*

*Siquidem alii ſperma Balenæ eſſe aſſerunt: alii belluæ Phyſeteræ cujusdam marinæ excrementum, (v. Olaum Magn. d. Pop. Septrion. lib. 12. c. 8. pag. m. 318. & ſeq. & lib. XXI. c. 13. pag. 485. Et Sim. Majol. Dier. Canic. Tom. 1. Colloq. 9. fol. 244. & ſeq. Plin. lib. 9. c. 4. & Alb. dicunt, ex Phyſetere promanare, & vocant Ambracan. Majol. d. l.) aut maris ſpumam (quæ ſanè opiniones ratione carent, quòd nullum Ambarum inveniatur, ubi frequentisſimæ ſunt Balenæ, & ubi fluctuum reciprocatione ſpuma plurima excitatur) alii Bituminis modo ex maris alveo emanare: quæ opinio melior & veritati magis conſona plerisq; viſa eſt.*

*Avicenna lib. 2. cap. 67. & Serapio lib. ſimplic. cap. 196. ſcriptum reliquerunt, fungorum in rupibus & arboribus more, Ambarum in mari generari, & tempeſtatibus una cum ſaxis interdum in littus ejici: quæ ſententia veriſimilior eſt reliquis ab Avicenna productis.*

## VIRES & USUS.

1. Contra omnem imbecillitatem corporis eſt efficax.

2. Nativum colorem ſuſcitat & redivivum facit.

3. Reſarcit eos, qui frigido torquentur humore.

4. Juvat articulos.

5. Faſtidientem ventriculum continere cibum facit; inappetentiam cibi corrigit.

6. Et quod maximum, odore ſuo ſuaviſſimo recreat Cor, & Spiritus vitales & animales.

## DOSIS.

*Datur à gr. iv. ad vj. trita in ovo ſorbili, aut alio vehiculo convenienti.*

## OBSERVATIO.

*Optimum Ambarum, quod Gryſeum cenſetur, à ſordibus maximè repurgatum, & cinerei ſit coloris & leve, quod acu perfoſſum multum Oleacei liquoris reſudet, aut ſi cultro percalefacto particula ejus impoſita, non ſolum liqueſcat, ſed etiam admodum ſuavi odore fumiget.*

*Rejicitur ſi nigrum aut candidum valde reperitur, utpote procul dubio rebus alienis adulteratum.*

*Factitium cognitu facile eſt, ſcilicet ex odore rei illius, ex qua confectum eſt tum calore, uti jam dictum,*



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0354-3
DFG

*& quoq; ſi aquæ impoſitum citius nativo molleſcat. Alii Ambarum nigrum vocant Rhenardæ Ambarum, quod à piſcibus devoratum ac poſtea rejectum ſit. Candidum verò ideo improbant, quia Obſoletum & à calore ſolis corruptum autument.*

## De ESSENTIA AMBRÆ LIQUIDA:

R. *Ambræ* ℈iſs. *vel Moſchi tantundem.*
*Sacchari Canarienſ.* ℥ſs.
*Aqu. Carfuncul.* ℥iij.

Bene miſta Saccharum & odoramentum locentur indigeſtione, veſicâ bubulâ, phiolâ bene munita. Poſt filtrentur & ad uſum, in benè cooperto vaſe ſerventur. In filtro quod remanſit, odoris adhuc capax, aliis uſibus externis inſervire poteſt.

Exhibetur à ℈ſs. ad ʒſs. vel ʒj. cum Vino Rhenano vel Hiſpanico.

## De Eſſentiâ alia liquida.

R. A*mbræ Gryſeæ part.* i.
*Ol. Amygd. d. part.* ij.

Impaſta ac digere dies aliquot, poſtea exprime: expreſſioni affunde Spirit. Vini rectificatiſſ. digere ac deſtilla per arenam. Sic elevabitur cum Spir. Vini Eſſentia ambræ, relicto Oleo Amygdalar. in fundo.

Abſtrahe igitur Spir. Vini leni calore; ad conſiſtentiam Olei,

## De Eſſentiâ Ambræ ſiccâ Zuelferi,

R. *Ambræ Gryſeæ* ʒj.
*Diſſolvatur in* °₀° *Cinamom.* ʒj.
*vel prout lubet in* °₀° *Citri, Macis, &c.*
*In mortario vitreo, cui adde*
*Sacchari candi pulveriſ.* ℥ii.
*vel quantum placuerit.*

M. benè. F. Eſſentia Ambrata nobiliſſima, quæ vino & quibuscunq; liquoribus diſſolvi & commiſceri poteſt, delicatulis viribusq; exhauſtis ægrotantibus ſummoperè inſerviens.

## DE MOSCHO.

*Moſchus, cujus odor omnium ſuaviſſimus eſt, ex tumore quodam* feræ peregrinæ, quam vel capream, vel capreolum, aut Dorcadem moſchi, aut ſimpliciter animal moſchi appelles, licet colligitur. Eſt enim animal capreæ ſimile, unico armatum cornû, *corpore prægnandi.* Longè aliter deſcribit Marcus Polus in der Beſchreibung der Reiſe in die Tartarey lib. 1. c. 63. von der Landſchafft Ernigul und von der Stadt Singui. Item lib. 2. c. 38. von der Landſchafft Thebet. p. 205. Sey ein kleines Thierlein &c. Adde Majol. To. 1. Colloq. 7. fol. 191. Moſchus aromaticus, Germanicè Biſem oder Thieſem/ nomen invenit παρὰ τὸ ἐκ μέσου χεῖσθαι, quod

quod è medio (ſcilicet umbilico animalis) fundatur, vel à verbo μῶ quod eſt quæro, vel ab ὄζω, quod eſt oleo.

VIRES & USUS.

Eſt Caputpurgium. Confortat ſuâ ſubtilitate cerebrum.

Oculis confert exiccando eorum humiditatem.

Confortat cor & lætificat, & ſanat tremorem cordis, & Melancholiam ex ſolitudine.

Eſt Theriaca Venenorum & propriè Napelli.

DOSIS.

Doſis ſunt gr. iij. vel iiij. vel vj. Intra corp9 ex juſculo vel aqua ſpecifica ſumitur: Externè tantùm pulſibus, Naribus & Nuchæ illinitur, & *ejus odor tantummodò excipitur naſo.*

## DE ZIBETHO.

Zibettum, vel Zibethum, Græcè Zapethium, odoratum quiddam eſt, quemadmodum Moſchus, naſcens in utriculo teſticulorum animalis cujusdam feli non abſimilis: Catos Zibettos hæc animalia vocant ex Syriâ delatos: Matthiolus Feles Zibethi.

Clariſs. Dn. D. Thom. Bartholin. hiſtoriar. anatomicar. ratior. 1. Centur. 4. inquit: Ex Africâ cum naribus noſtris inter alias merces pretioſas *1655*. allatæ ſunt utriusq; ſexus Hyænæ odoriferæ ſex, nam reliquæ in itinere mortuæ ſunt. Inter ſuperſtites una ſola fæmella erat, quia in pretio majori habentur mares propter Zibethi copiam, quo abundant. Mas & Fœmina in arce Regiâ ſervantur, reliquas pretio 600. Joachimicorum emit Samuel Maier9 inſignis in urbe noſtra Pharmacopola, ad Zibethici liquoris *collectionem. Veſcuntur* crudâ carne & oriza, nihil bibunt, & in locis calidis ſemper ſuis caveis incluſæ ſervantur, quia frigus collectioni Zibethi obſtat. Semel in Hebdomade colligitur odoratus liquor, & à perito extrahitur cochleari, apprenſa hinc caudâ, illinc *fune irretito capite ne mordax animal ad ſui tutelam inſurgat.*

Fortè ex quatuor coemptis una Hyæna feriis natalitiis moriebatur, quæ picâ laborare videbatur, præter morem enim & modum plus vorabat, quàm reliquæ tres, & quæ cæteræ reſpuebant ipſa avidè arripiebat, minus tamen Zibethici liquoris excernebat, & odore vilius, furiis deniq; acta, hinc inde in caveâ magno impetu ferebatur, antequam concideret.

*Conceſſit mihi demortuam* laudatus Maierus, quam in Theatro Anatomico plurimis Spectatoribus diſſectam demonſtravi, ut & diffe-


Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0356-4

rentiam interiorum viſcerum ſcrutarer, & vaſculum Zibethicum accuratiùs examinarem. Plures quidem & externam figuram animalis & liquoris conditionem adumbrarunt, ut Bellonius, Geſnerus, Aldrovandus &c. pauci tamen interiora penetrârunt. Solus P. Caſtellus Meſſanenſis Medicus, amicus meus, cum Romæ eſſet anatomen hujus animalis celebravit, & publico poſtea Scripto Meſſanæ edidit. &c. Quoad Figuram externam eſt illi cutis maculoſa pilisq; obſita, qui nigras hinc inde lineas efficiunt inter alios pilos flaveſcentes. Caput ferè lupinum, curtæ aures, &c.

VIRES ET USUS.

1. Contra dolorem capitis præſentisſimum remedium.

2. Contra tormina & ventris flatus: Item contra

3. Colicam valdè prodeſt umbilico illitum.

4. Maximum remedium in Renibus.

5. Uſus in RE VENEREA notus.

## CAPUT II.
## DE
## BALSAMIS.

HÆc alius aliter conficit, Crollius ejus corpus vult eſſe ceram albam ſæpiùs in aqv. roſar. coctam, ut acredo tollatur, nec ullam saporis alienam qualitatem referat: cui additur oleum deſtillatione prolectum, nec non tinctura per S. V. alcholiſatum extracta, & inſpiſſata ab eodem Spiritu per ſeparationem: Item ſal poſt incinerationem miniſterio Aquæ è ſuo capite mortuo prolectum. His commixtis conficitur Balſamum odoriferum.

Quercetanus alium modum faciendi Balſamum docet. Recipit nimirum Mannam granatam rectificatam, cui admiſcet oleum quodvis, & conficit ita Balſamum pro colore & ſapore.

Hæc ſequens ratio conficiendi Balſama in frequenti mihi uſu eſt, quæ videtur cæteris commodior, & ſic ſe habet: R. Ol. nucis moſchat. expreſs. ex eaq; extrahe per Spiritum vini tincturam & ſaporem. Huic oleo adde poſtea Extract. Aromat. vel plantæ, cujus Balſamum expetis, tandemque ejus oleum.

OBSERVATIO.

Obſervandum hîc obiter, quod mos ſit Aromatariorum quorundam omninò vituperandus, qvi Balſama coloribus fictitiis exornare ſolent, alienaq; ipſis immiſcent: ut

Balſamo

Balſamo Cinamomi Roſarum Laccam Florentinorum; Bolum orient. Rutæ viride æris, quod tamen cauſticum & corroſivum eſſe quilibet novit, Balſam. citri pollinem radic. curcum. Ab his caveant ii, qvi verè & ritè præparata Balſama ſibi ad ſanitatem cupiunt. Veri autem artifices colores potiùs conciliant Balſamis & Tincturis ſimplicium, quæ convenientiam cum ipſis Balſamis, absq; repugnantibus habent.

De
## BALSAMO CITRI.

Ejus confectio fit ad modum præſcriptum:

*Hoc Balſamum intra corpus à gr. iiij. ad vj. ſumptum, vel externè cordis regioni, pulſibus temporibus & Nuchæ illitum mirè confert cordi, ejusq; palpitationi & ſyncopæ: Melancholiam aufert; umbilico inunctum vermes necat: Colicam pasſionem, Torminaq; ventris ſanat: contra Ictus ſerpentum & morſus venenoſorum animalium, quando membrum læſum eo inungitur, nihil certius: ventriculo inunctum concoctionem promovet.*

De
## BALSAMO LAVANDULÆ.

*Hoc Balſamum excellens contra omnes affectus cerebri & capitis ex frigore exortos. Hinc curat Apoplexiam, Epilepſiam, vertiginem, catarrhos: reſtituit amiſſum odorem vel olfactum. Reddit amiſſam loquelam. Confortat cor, Palpitationem, & Syncopen ejus curando. Tinnitum aurium curat, necat quoque Vermes, &c.*

De
## BALSAMO MACIS.

*Hoc Balſamum temporibus, naribus, Nuchæ adhibitum conſumit catarrhos; avertit vertiginem; præcavet Epilepſiam & Apoplexiam. Cordi illitum atq; adhibitum contra Syncopen, Palpitationem cordis & languorem virium efficax eſt. Reddit loquelam: ſedat colicam pasſionem: calculum rumpit urinam movendo; reddit ſteriles mulieres fæcundas.*

De
## BALSAMO MAJORANÆ.

Hoc Balſamum curat Vertiginem: Conſumit catharrhos: ſopit dolores capitis: Confortat cerebrū, augendo memoriam & judicium: Exhilarat cor: Syncopen & Epilepſiam arcet: promovet ſomnum: deoppilat obſtructum Epar, & pulmonem: confortat ventriculum: menſtrua movet: mundificat ſangvinem: præſervat à Peſte, & omni infectione aëris.

De
## BALSAMO SUCCINI.

Hoc Balſamum præ cæteris excellens eſt Medicamentum contra Epilepſiam, Apoplexiam, & vertiginem;

tiginem : confortat mirum in modum memoriam : curat omnes morbos capitis & cerebri : ſiſtit menſtrua, fluxum ſanguinis, & ſuffocationem matricis ; facilitat partum, umbilico inunctum ; quâ ratione etiam ſedat Colicam ; Stranguriam ſopit, ventriculi concoctionem promovet ; *in Peſte* & morbis Epide*mialibus* medicamentum eximium.

De
## BALSAMO CINAMOMI.

Hoc eſt excellens confortativũ recreando omnia membra principalia corporis, præcipuè cor & cerebrum ; in Melancholia, Triſtitia, Deliquiis animi *ſingulare Medicamentum eſt; promovet etiam mẽſes, &c.*

De
## BALSAMO NUCIS. MOSCHATÆ.

Hoc Balſamum mirè confert capiti : Cerebrum enim & ſenſus confortat ; Somnum conciliat ; Memoriam confirmat ; ventriculo prodeſt, inteſtinis utile eſt remedium.

De
## BALSAMO RUTÆ.

Oculorum hoc remedium ſingulare : ad venena & febres pellendas medicamentum familiare : Gonorrhæam domat, & ſalaces caſtos & placidos reddit, &c.

De
## BALSAMO RORISMARINI.

Hoc præſtantisſimum remedium ad omnes cerebri affectus, expurgando & exſiccando ejus catarrhos, & confortando memoriam & ſenſus, dolores dentium ſanat loco, ubi dolores, inuncto. Cor & omnia membra confortat, ventriculo confert, Colicam aufert.

De
## BALSAMO ROSARUM.

Externè temporibus, fronti, naribusq; illitum, capitis dolores ſedat : vertiginem curat vigiliis, æſtuique *in febribus immodicis medetur, palpebriſque adhibitum æſtum o*culorum ſanat, viſumque acuit. Reficit odore ſuo ſvavisſimo cor, cerebrum & memoriam, item ſpiritus animales, naturales & vitales. Ad fiſſuras labiorum & *manuum* confert. Refrigerat, & *ſitim reſtinguit* : hinc inflammationibus præſidio eſt.

De
## BALSAMO GARIOPHYLLORUM.

Confortat hoc Balſamum memoriam ; Tollit vertiginem, confortat ſpiritus vitales, oppilationes Epatis tollit ; roborat ; *fætorem* anhelitus emendat.

OBSERVATIO.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0359-4

*Balſamorum uſus eſt, ut non ſolùm extrà ad odorandū temporibus, nuchæ, naribus, vertici, pulſibus, cordiſq; regioni illinantur, ſed & intus ad membra principaliora roboranda à gr. v. ad viii. dentur.*

*Cavendum, ne ad conficienda Balſama, Olea cum Oleo Terebinth. vel amygd. dulc. adulterata ſumantur; quæ quidem recentia nullâ reprehenſione digna, paululum verò inveterata rancida, & omnia unius ejuſdemq; ſaporis & odoris eſſe deprehenduntur.*

Ex ſimplicibus Balſamis poſſunt fieri compoſita hoc modo:

R. *Mixtur. cord. imper.* ʒij.
*Ol. ſuccini,*
*Lavendulæ ana gut.* vii.
*Ol. nuc. moſchat.* ℥ß.
*Zibetti,*
*Ambræ,*
*Moſchi ana* ℈ß.

*Miſce. Fiat Balſamum Apoplecticum. Ad Apoplexiam, & hujus generis alios morbos, tàm internè, quàm externè adhibentur aliquot grana.*

ALIUD:

R. *Ol. nuc. moſchat.* ℥ß.
*Lavendul.*
*Cinamomi,*
*Majoran. ana* ℈j.
*Succini,*
*Garyophyllor.*
*Rutæ ana gr.* 7.
*Ambræ*
*Moſchi,*
*Zibetti ana* ℈ß.

*Fiat Mixtura Apoplectica.*

ALIUD:

R. *Ol. nuc. moſchat.* ℥ß.
*Rutæ.*
*Cortic. Citri,*
*Angelicæ,*
*Garyophillorum ana gut.* vij.
*Balſami* 🜍*ris gut.* v.

*Fiat Balſamum contra Peſtem intra & extra adhibendum.*

ALIUD.

R. *Ol. nuc. moſchat. expreß.* ℥ß.
*Extract. Fœnicul.*
*Aniſi,*
*Salis fœniculi ana* ℈ii.
*Ol. Fœnicul.*
*Aniſi,*
*Balſami* 🜍*ris ana* ℈i.

*F. mixtura, & Balſamum.*

Aliud.

R. *Ol. nuc. moſchat. expreß.* ℥ß.
*Extract. Aniſi,*
*Fœnic. ana* ʒß.
*Ol. Fœnic.*
*Aniſi,*
*Balſami Citri & Garyophyll. ana* ℈j.

*Fiat Mixtura, & Balſamum.*

Aliud.

R. *Ol. nuc. moſchat. expreß.* ℥ß.
*Ambræ.*
*Moſchi ana gr.* iiij.
*Zibethi* ℈ß.
*Ol. Lavendul.*
*Cinamomi,*

*Garyophyll.*
*Rutæ,*
*Majoranæ,*
*Anthos ana gut.* iii.
*Fiat Balſamum pro confortando capite.*

Aliud.

R. *Ol. nuc. moſch. expreſ.* ℥iii.
*Rutæ,*
*Succini,*
*Arant.*
*Major.*
*Lavendul.*
*Rorismar. ana gut.* ii.
*Zibethi gr.* i.
*Ungvent. pomad.*
*Miſce pro linimento. S. Haupt-Balſam.*

VEL:

R. *Ol. Succini* ℥ii.
*Majoran.*
*Lavendul.*
*Nuc. moſch. expreſ.* ℈ß.

Aliud.

R. *Ol. nuc. moſch. expreſ.* ℥ß.
*Succini* ℈ß.
*Major.*
*Lavendul.*
*Rutæ ana gutt.* iiij.
*Ceræ albæ* ℈ß.
*Trochiſcor. aliptæ moſchat. gr.* vij.
*Fiat cum cera diſſolutâ in mortario calido ſine igne incorporatio pro Balſamo.*

Aliud.

R. *Nuc. moſchat. expreſ.* ℥ß.
*Ol. Major.*
*Succini ana gut.* iii.
*Anthos,*
*Aniſi,*
*Fœnic. ana gut.* v.
*Ungvent. Pomadæ* ℥iß.
*Fiat Ungventum vel Linimentum.*

Aliud.

BALSAMUM IN PARALYSI.

R. *Ol. Petrol.* ℥iß.
*Spiritus Vini,*
*Terebinth. ana* ℈ii.
*Extract. Salviæ,*
*Lilior. convall. ana* ℈i.
*Ol. Spicæ,*
*Salviæ ana gutt.* vj.
*Balſami Garyophyll.*
*Rutæ ana* ℈ß.
*Ceræ albæ parum.*
*Fiat Linimentum.*

BALSAMUM ALIUD Paralyticum.

R. *Ol. ſuccin. rectificat.* ℥j.
*Angel.*
*Rorismarin. ana* ℥i.
*Garyophyll.*
*Salviæ,*
*Chamomill. Rom. ana* ℈iß.
*Lavendulæ* ℈i.
*Galbani Paracelſi cum ſpir. Terebinthin. deſtill. & præparat.* ℥i.
*Miſce & cum Oleo nucis moſchæ expreſ. ſ. q. fiat juſtæ conſiſtentiæ Bal-*

*ſamum ſive Linimentum molle. Ditioribus & qui habent in ære, ut dicitur, admiſcere licet*

*Trochiſc. Gall. moſch.* ℈j.

*Ambræ gr.* iii.

*Moſchi gr.* ij.

VIRES & USUS.

Nuchæ, & cerebro tanquam origini nervorum; nec non membris paralyticis inunctum mirabiliter juvat, & multum facit in Paralyſi. Quia omnes nervos penetrat ac roborat, quod in hoc morbo maximè requiritur.

Huc referri quoq; poſſunt alia externa Cephalica, inter quæ miris laudibus extollitur illud Epithema à Penoto:

Epithema in Phrenitide Penoti:

R. *Moſchi gr. xii.*

*Camphor. gr. xij.*

*Aqu. Roſar. rubr. cum Tincturâ ſantalor. rubr. imprægnatæ* ℥xx.

*Miſce.*

Capite deraſo madefiant lintea duplicata in hoc liquore, & tepida per omnes capitis ſuturas applicentur. Ubi reſiccata fuerint, iterum imbibe & per 24. horas applicationem continua, & ſomno conciliato, cerebroq; confirmato, ægrum mirificè convaleſcentem proſpicies, niſi ipſamet cerebri ſubſtantia fuerit corrupta.

Aliqui in Maniâ utuntur hôc:

R. *Aquæ Nymphee* ℔. *j.*

*Salis prunell.* ℥*j.*

*Camphoræ* ℈*j.*

*Miſce, & cum linteis complicatis admoveatur tepidè ſyncipiti.*

## CAPUT III.
## DE
## SPIRITU ROSARUM.

SPiritus Roſarum non immeritò ob amabilem, jucundum, ſuavemq; odorem, & fragrantiam inter odorifera referendus: qui non modò per ſe cordi, pulſibus, temporibus & naribus adhiberi poteſt, verùm etiam aliis aquis, vel Medicamentis immixtus gratum reddit Medicamentum, & ſic componitur.

*Roſæ fragrantes tempore ſicco collectæ contundantur, & in vaſe vitreo, vel terreo vitreato, vel dolio quercino benè compreſſæ includantur. Vas clauſum in cellam per menſem reponatur, donec vinum acidulum odore referant. Hinc earum pars per veſicam (alii per Baln. faciunt) deſtilletur ferè ad ſiccitatem aqua deſtillata novis roſis fermentatis affundatur, idq; toties repetatur, donec omnes roſas fermentatas deſtillâris. Quidam antequam roſas deſtillant, feces cereviſiæ, vel fermentum aquâ calidâ diſſolvunt,*

*vunt, roſis affundunt, & cum iis ad formam pultis miſcent & in loco calido ſingulis diebus ſemel agitando aſſervant, donec fermentatio peracta, quod ferè, tribus diebus fieri ſolet. Poſtea eodem modo per veſicam deſtillant. Aquam omnem deſtillatam in vas vitreum longi colli, ſeu Phiolam infunde, & lento igne pars ſpirituoſior in Baln. duodecima circiter, ſeparetur, quæ ſi rectè parata ſit, ſpiritus ignem concipit. Si primâ vice non ſatis rectificatus ſit, poteſt repeti rectificatio. Ita quoq; ex Roriſmarin. Salv. Lil. Convall. & ſimilibus floribus optimus Spiritus extrahi poteſt.*

### VIRES ET USUS.

Quemadmodum uſu & experientia docemur, roſas ſuo ſuaviſſimo odore mirè ſpiritûs vitales recreare, & exinde cor & cerebrum ſtatim vegetari: ita quoq; per earum ſpiritum (qui tanta ſuavitate & nobilitate odoris præditus, ut, meo quidem judicio, non immeritò fragore ſuo antecellat cæteros) naribus, pulſibus, cordi & faciei adhibitum ſupra modum ſpiritus vitales, cerebrum, cor & cætera præſtantia corporis membra, vegetari, inſtaurari, recreari certiſſimum eſt. Inſuper intra corpus datus, vel per ſe, vel aliis aquis admixtus, calorem extingvit præternaturalem, principaliora membra non minùs, ut externè illitus, ſenſibiliter confortãdo.

### DOSIS.

*Datur à ℥ß. ad ℥iß. per ſe, vel in vehiculo apto.*

### OBSERVATIO.

Aqu. cui admiſcetur, reddit gratum odorem & ſaporem, ut una pars decem fontaneæ partes odoratiſſimas reddat, propterea uſus ejus multiplex in Medicinâ.

## *CAPUT IV.*
## De
## AQUA ODORIFERA.

Recip.

*Cinamomi ℥ii.*
*Garyophillor.*
*Macis ana ℥i.*
*Benzoi,*
*Styrac. calam.*
*Maſtiches ana ℥ß.*

*Omnia craſſiuſculè conciſa cucurbitæ vitreæ indantur, ſuperaffuſ.*

*Aqu. Lilior. Convall.*
*Cortic. citri,*
*Majoran.*
*Roſar ana ℥iii.*

*Digeratur optimè vaſe clauſo per 4. dies. Poſtea l. a. deſtill. prius roſtro Alembici impone nodulum, in quo Ambræ*

Ambra, Moſchi ana ℈ß. Zibethi ℈j. invicem mixta ſint ligata.

VIRES & USUS.

Hæc aqua odoratisſima, ſvavisſima, magnatibus imprimis dicata, adhibetur, quando Medicamenta intra corpus ſumi non poſſunt, ut in Apoplexiâ & Epilepſiâ. Multi enim à talibus odoribus excitantur, non quòd planè morbus tollatur ſeu curetur, ſed quòd via præparetur per virtutem enim odoris corpori communicatam ſangvis movetur, & cor ſupra modum refocillatur.

DOSIS.

*Quantum ſufficit ad faciem & manus irrorandas & conſpergendas.*

ALIA EJUSDEM VIRTUTIS.

℞. *Macis,*
*Garyophyllor.*
*Cinamomi,*
*Rad. roſeæ;*
*Benzoin, ana ℥iß.*
*Ligni aloes,*
*Cortic. Citri,*
*Nuc. moſchat. ana ʒvj.*

*Hæc inciſa, & contuſa infundantur in aquam*
*Roſmarin.*
*Roſar. Lilior. convall. Spic.*
*Majoranæ, Baſiliconis ana q.ſ.*
*& ſtent per dies aliquot in digeſtione, Poſtea fiat deſtillatio ſec. artem.*

# *PARS XII.*
## DE MEDICAMENTIS SPECIFICIS ET APPROPRIATIS.

NUnc pervenimus ad tertiam claſſem Medicamentorum, quæ ſpecifica & Appropriata dicuntur. Hæc ſunt variorum generum: quædam enim ſunt vulgaria & ubivis obvia, quædam non niſi è Chymicorum manuſcriptis, vel Codicibus eorum peti poſſunt, de quibus hîc agemus.

Dividuntur autem hæc Specifica & appropriata Medicamenta plerunque in

Specifica.
*Capitalia ſcilicet;*
*In Epileptica, &*
*Apoplectica.*
*Gutturalia.*
*Ophtalmica.*
*Odontalgica.*
*Pectoralia.*
*Stomachica.*
*Splenetica.*
*Epatica.*
*Dyſenterica.*

*Uterina.*
*Febrilia.*
*Peſtilentialia.*
*Venenata.*
*Arthritica.*
*Nephritica.*
*Venerea.*
*Vulneraria, &c.*

## CAPUT I.
## DE
## ARGENTO SEU LUNA POTABILI.

INter Capitalia Specifica Appropriata meritò primas tenet Luna potabilis, quæ & Liquor Lunæ, Tinctura vel anima Lunæ, à quibusdam appellatur, & ſequente modo præparatur.

℞. *Argentum laminatum q. v. huic partes duas ☿ ♎, adde, & ☿ exhalet ſuper igne: remanebit igitur Argentum inſtar reſinæ, cui poſtea menſtruum ex Sale volatili urinæ, & ſpiritus vini affundatur, & Tinctura extrahatur.* VIRES, & USUS.

Quemadmodum Aurum cum Corde, Stannum cum Epate, Mercurius cum Pulmone, Cuprum cum Renibus, Ferrum cum Felle, Plumbum cum Liene ſingularem habent concordantiam; ita quoque Argentum cum Cerebro ſuâ formâ internâ magnam poſſidet harmoniam & affinitatem.

Propterea ejus Tinctura non modò Cerebrum mirè confortat, ſed quoque omnes morbos exindè originem ducentes avertit & propellit. Hinc Apoplexiæ, Epilepſiæ, Vertigini, Phreneſi, Maniæ, ablationi Memoriæ, Lethargo, Paralyſi, Catarrhis, & ejus generis aliis morbis medetur.

### DOSIS.

A gutt. v. ad viij. in liquore convenienti.

Plura autem alia medicamenta ex Luna ſeu Argento fiũt, & ſunt præter Lunam potulentam ſeu potabilem, calx Lunæ, ☿ & ♎, Oleum Butyrum, ſeu Reſina Lunæ.

*Quocũq; autẽ modo paretur Luna*, ſingulares habet ad curandos Cerebri morbos effectus, ad Epilepſiam nimirum, Vertiginem, Apoplexiam & ſimilia Symptomata, uti Hermeticis eſt perſvaſum, qui *non ſolùm* ex ☉ & ☽, *ſed & cæteris mine*ralibus & metallis ſtupendas promittunt curationes, Calce nimirum aut lacte, aut Butyro Lunæ; ubi tamen cavendum, ne fæces menſtruorum ſolventium adhærentes, & non niſi per fluxum metallicum ſeparabiles, noxas, vix ullo ingenio corrigendas, inferant, ob ſpirituum acrium & corroſivorum Lunæ adhærentium permiſtionem, qui in



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0365-4

corporibus noſtris, plus nocumenti, quàm emolumenti afferre ſolent; necenim præviis ablutionibus ita edulcorari Luna præparata poteſt, quin aliquid acredinis remaneat. Securiores aliquot ☽ præparationes ſtudioſæ juventuti inſervientes ſequentes dabimus.

## CALX LUNÆ.

*Purgatiſſimæ Lunæ folia ſolve Spiritu Vitrioli facti ex 3. partibus Boli Armen. & 1. parte ⦶ purgat.*

*Sic enim totum & in Spiritum abit, & aſcendit, nec ut cæteræ aq. ſolventes, corpori nocebit tota ſolvetur ☽a. Mox ℞. Aqu. pluvial. deſtillat. menſur.* ij. *Sal. gemm. præparat.* ℔. *1. m. ut ſolvantur. ſolutionem per chartam bibulam filtra. In hac aqua ſoluta ☽nam præcipita, & habebis candidiſſimum pulverem, quem toties in aqua dulci calida ablue, quoad omnis acredo ſecedat, ſic habebis veram calcem ☽næ. Meliore & accuratiore modo fiat calx ☽æ, uti de calce ☉ ſuprà part. 2. c. 2. diximus, ſumendo quadruplici pondere aquam ſiccam, quæ calcinatio genuina, adhibitô ſpagyrico ingeniô, quatuor horis abſolvetur, habitâ hac calce, non ſpiritû vini Alcooliſato, ad extrahendam Lunæ eſſentiam opus erit, cùm id facili negotiô, vel fontana deſtillata, aut pluviali fieri poſſit.*

## Alia Calx Lunæ.

*Tres ☽næ finæ partes liqua cum 1. parte ☉. poſtea in tenues laminas acta, in pulverem lima; Limaturæ adde partes 12. ☿rii purgatiſſimi, factum amalgama phiolæ lati fundi indito. vitrum Hermeticè ſigillatum in arenâ ſepelito, ad vitri os ſuperius usq;, da ignem per gradus, ad tertium usq; gradum ſic paulatim amalgama, arboris vel vireſcentis graminis inſtar, creſcere & vegetare videbis, idq; tantiſper continuabitur, quoad totus ☿rius ſublimatus paulatim in pulverem, decidat, qui fixabitur cum ſpiritu ♄ni.*

## USUS.

Hic in Hydropiſis, lepræ, paralyſis & luis ♀reæ curatione magni ſecreti loco habetur.

## Luna vitæ purgans.

*Lunæ purgatiſſimæ folia, cum melle virgineo puriſſimo ſubacta, inter duas fictiles conchas ſuper teſtam calcina, quoad omnia in pulverem abeant, pulverem aquâ calidâ dulci deſtillatâ è melle ſepara & edulcora; exiccatum & rurſus cum novo melle ſubactum, pulverem calcina, ut priùs, idq; tribus vicibus.*

## USUS.

Edulcoratum tandem pulverem repone, ad Lepræ, Podagræ, Hydropis, &c. curationem, & præſtantiſſimum purgans habebis. Doſis gr. 2. 3. 4. cum Extractis purgantibus: Cum ſemiſcrup. Theriacæ ſudores movet.

RESINA

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0366-0

## RESINA SEU BUTYRUM LUNÆ.

Ad foliorum Lunæ purgatiſsimæ part. 1. adde partes ij. Aq. vitæ cœleſtis, meteoriſatæ, probè miſce, tandem tigillo indita, candentibus, carbonibus impoſita, evolabit Aquila, relictâ Lunæ reſinâ.

## OLEUM LUNÆ.

*☽næ calcem, vel ejusdem folia, ſolve ſpiritu ⦶ per Salem armoniacum ſublimatum acuato: peractâ hâc Philoſophicâ ſolutione, procede operando, ut ☽na ⊕lum det; hoc purifica, ſolve Vini ſpiritu Tartariſato, deſtilla, aſcendet per Alembicum cæruleus ☽næ liquor, & oleum in promptu erit.*

DuncanusBornettusScotus in Jatrochymicis è calce *Lunæ* in tigillo ignito fortiter motâ, & aq. communi ablutâ, exſiccatâ, affuſoq; TartariOleo ſuper marmor tritis 24. horis, in furno reverberatis, iterumq; tritis, in loco humido Oleum per deliquium educit, à quo per aquam calidam, Tartari oleum ſeparat.

Uſus eſt ad affectus maniacos & melancholicos.

## TINCTURA LUNÆ VEL ARGENTI.

*Extrahitur ex ejus floribus vel calce ſatis attenuatæ per ſpiritum vini Therebinthinatum, ſeparatoq; more tincturarum menſtruo, manet in fundo tinctura, quæ deſtillationibus in quintam eſſentiam exaltari poteſt.*

## USUS:

Diaphoreticum eſt, & in morbis cerebri, inflammatione nervorum, convulſione, morbo attonito, mania vel inſania & delirio, Epatis, Lienis, menſtruorumq; vitiis & obſtructionibus obortis, ſingulare remedium, expellit enim pravas hujusmodi corporis qualitates per poros, absq; omni timore, periculo, debilitatione, reſolutione aut imbecillitate virium: confortat membra principalia & Spiritus vitales ac animales. Duncanus Bornettus Jatrochymicis, p. 86.

## QUINTA ESSENTIA, SEU SULPHUR LUNÆ.

*Lunæ ſublimatæ unciis viij. affunde menſtruum vegetabile minus ad trium digitorum eminentiam, digere, tincturam ſepara, novum menſtruum affunde, fac ut prius, quoad amplius non tingatur: Extractiones miſce, menſtruum per B. M. ſepara, in fundo ſedet eſſentia.*

*Relictum Lunæ Corpus forti vitreæ impone, & arenæ impoſitum forti igne urge, ut candeat: cum refrixerit, affunde acetum radicatum, digere forti digeſtione, ſic ſolvetur Sal Lunæ. Quòd ſi primâ vice non ſuccederet, affuſô novo aceto, poſt digeſtionem tandem ſolvetur, relictis in fundo impuritatibus è ſolutionibus: menſtruum per B. M. abſtrahe, quoad liquor in fundo cuticu-*

*lam contraxerit, tandem cellæ frigidæ impoſitam Cryſtallos, ſeu ſalem Lunæ expecta.*

USUS.

Olei, Eſſentiæ, Balſami ſeu Salis Lunæ uſus eſt in omnibus gravisſimis Cerebri affectibus.

Doſis ab 1. ad iij. guttas. In curandis capitis vulneribus vim maximam obtinet, ut & in Cancro, fiſtulis, malignis ulceribus. Guttæ iiij. cum vini momento menſes cient.

Et hæc in παρόδῳ ſufficiant. Plura verò ſcire qui geſtiunt, legant Claudium Deodatum l. 3. panthei Hygiaſtici, c. 19. pag. 85. 86. 87. Johann-Daniel Mylium l. 3. Baſilicæ Chymicæ à pag. 9. usq; ad 99. Eundem l. 4. Antidotar. Medico-Chymico c. 3. pag. 587.

Et tandem Dn. D. Johann. Agricolam part. 1. Operis Germanici, titulo de Luna ſeu Argento à pag. 119. usq; ad 169.

OBSERVATIO.

*Ditioribus addi poteſt aliquid* ex ſolutione Perlarum, Tinctura corallorũ Quinta Eſſentia Auri & ſimilibus, vel datur cum una atq; altera guttulâ Olei Succini.

## *CAPUT II.*

## DE *OLEO SUCCINI.*

Recip.

*Succini albi ( exempli gratia duas vel tres libras) & craſſo modo tundas, non in pulverem tenuem teras: Eluantur priùs, ſi opus ſit, aquâ communi ſordes, deindè ponatur in* Cucur*bitâ, vel Alembico non nimis alto, & affundatur bona quantitas aquæ Roſaceæ & Betonicæ ( quod fit, ne Oleum comburatur, & ut harum aquarum vehiculo faciliùs ſtillare incipiat ) imponatur capitellum capax cum roſtro ſatis amplo, & vas recipiens adaptetur, & in arenâ clauſis utrobiq; pro more vitrorum juncturis, ſervato ignis gradu convenienti & continuo, ne refrigeſcat (alioquin inſtar picis nigreſcit, & vitrum frangitur) deſtillatio abſolvatur. Cave etiam, ne ignis nimiùm invaleſcat, alioquin Recipiens periclitatur.*

*Primò egreditur Aqua & Oleum album, cum ſpiritibus, nubium inſtar, deinde non ampliùs Spir. egreditur viſibilis, ſed in capitello ſtriæ apparent, ut in deſtillatione S.V. videre eſt: tandem venit oleum flavum; hic ceſſandum à deſtillatione, vel mutato Recipiente excipe ſeorſim oleum rubeo nigrum ſub-ſecuturum. Ultimò aſcendit Sal ſublimatione. Caput mortuum in fundo manet friabile nigrum & leve.*

*Antequam*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0368-2

*Antequam Oleum Succini albi rectificetur, benè abluatur priùs in aqua communi, volvendo ſæpiùs, poſtea rectificetur lentè in B. M. per Aquam Roſarum, vel Majoranæ. Poſt rectificationem poteſt etiam ulterius cum novâ Roſarum vel Majorana Aquâ aliquoties miſceri, ſemper poſt reſidentiam & ſeparationem Olei ab Aquâ, renovando Aquam. Sic fætor perire ſolet.*

*A libra una Succini poſt rectificationem vix tres vel quatuor lotones veri Olei haberi poſſunt,*

VIRES ET USUS.

Efficaciſſimum Opobalſamum Europæum meritò vocari poteſt, quia ſuâ facultate omnia alia remedia ſuperat in Apoplexiâ & Epilepſiâ curanda. Olim ſacrum appellabatur, propter vires nimirùm ejus admirandas & arcanas.

Convenit in Melancholiâ, Spaſmo, Vertigine, Peſte, Calculo, frigidis capitis Defluxionibus, cordis palpitationibus, animi deliquiis, Ictero, difficultate reſpirandi, Dyſuria, partu difficili, Uteri ſtrangulationibus, menſium retentionibus, fluore matricis albo, Vermibus, &c.

DOSIS.

A gutt. jv. viij. x. usq; ad ℈j. pro ratione morbi & complexionis. Plura vide apud Joan. Dan. Mylium in Antidot. Med. Chym. l. 2. c. 5. à pag. 140. ad 150. & Croll. pap. 190.

De
## TINCTURA SUCCINI.

℞. Succini pulveriſati q. v. huic ſuperfundatur Spiritus Vini q. ſ. ſtent in calore per dies aliquot, poſtea Tinctura per inclinationem auferatur & recens Spiritus iterum affundatur, donec omnis Tinctura & vis Extracta ſit: Ultimò abſtrahatur Spiritus Vini in lento Balnei calore, *donec inſtar mellis in fundo relinquatur.*

VIRES & USUS.

Singulare ſpecificum in omnibus capitis Affectibus, præſertim in Apoplexiâ, Epilepſia, Paralyſi, Colicâ, Catharrhis, Opthalmiâ, Vertigine, &c.

DOSIS.

*A gutt. vij. ad x. in vehiculo convenienti.*

*CAPUT III.*

DE
# ELIXIRI PROPRIETATIS PARACELSI.

ETſi hoc Elixir ad omnes ferè morbos, ut paulò poſt docebitur, conveniens Medicamentum, attamen præ cæteris in Capitis & ſtomachi affectibus, ob vires mirandas ac arcanas, quas in curanda Apoplexia, Epilepſiâ, Vertigine, Cephalalgiâ, ſtomachiq; imbecillitate, &c. præſtat commendatione dignum, & ob id non immeritò inter Specifica Capitalia referendum. Componitur autem, ut præſtò ſequitur.

℞. *Myrrhæ Alexandr.*
*Aloës Epatic.*
*Croci Orientalis ana ℥iij.*

*Quibus ad conciliandam ſaporis ſuavitatem vel tantillum de Caryophill: aromat. nonnulli addere conſueverunt.*

Pulveriſentur omnia diligenter & in vitrum indantur humectando optimo Spiritu Vini alcholiſato; poſtea affundatur rectificatum Oleum Sulphuris per Campanam factum (præparatur illud Oleum è Sulphure flavo, vel ſubgriſeo, tempore pluviali, ſic majorem copiam habebis) ad eminentiam quatuor digitorum, ponatur in digeſtione & circulatione per duos menſes, tandem quod tinctum & extractum fuit per inclinationem ſepara, materiæ in fundo reſtanti bonum ſpiritū vini affunde, & circulando per menſem iterum colaturum extrahe, ſepara, ac priori liquori colorato miſce. Fæces in fundo lentè deſtillentur, quod primùm egreditur, addatur ſuperiori Tincturæ, ita per menſem adhuc ſine deſtillatione circulentur. Sapor eſt ſuavis, non amarus, multò minus Empyreuma ſapiens, ut fieri ſolet, vulgariter deſtillando.

VIRES & USUS.

Balſamum priſcorum eſt, ut Paracelſus *ait tenuium prorſus partium* calefaciens & ſiccans, ſicq; à putrefactione conſervans.

Eſt 1. perfectum Elixir. In eo enim ſunt omnes Virtutes Naturalis Balſami, & virtus conſervativa maxima, præcipuè in ſenibus.

2. Omnes tàm calidas. quàm frigidas infirmitates occultâ quadam proprietate curat.

3. Hemicraniam & vertiginem ſanat.

4. Oculorum caliginem depellit.

5. Excellens Medicamentum contra Apoplexiam, Epilepſiam & Paralyſin.

6. Confortat mirum in modum cerebrum & memoriam.

7. Catarrhos exſiccat.

8. Intellectum & omnes ſenſus acuit.

9. Melancholiam aufert, & lætitiam adfert.

10. Hecticis & Tusſientibus non benè ſubvenit, vel quibus aliquod membrum principale læſum.

11. Cor

11. Cor & Epar confortat.

12. Humores diverſos ventriculi educit, ſtomachum cum inteſtinis confortat, & à doloribus præſervat.

13. Calculos Renum rumpit.

14. Quartanam curat.

15. Ab omnibus Arthritidis paſſionibus præſervat.

16. Paulatim pruritum, dolorem item *Iliorum* & Coſtarum levat.

17. Senectutem fortisſimâ juventutis conſervatione arcet & canitiem retardat.

18. Adverſus Peſtiferæ luis contagia, aeremq; corruptum mirè efficax eſt.

19. Vitam ex nimia cibi & potus ſumptione abbreviatam prolongat.

20. *Icteritiæ*, & *Dyſenteriæ* confert.

21. Scabiem, Serpiginem, Lepram & morbum Gallicum curat.

22. Hydropiſi auxiliatur.

23. Vermes necat.

24. Vulnera & ulcera interiora brevi conglutinat tempore.

DOSIS.

A gutt. vj. ad x. in vino, brodio, aqua convenienti & ſpecificâ.

OBSERVATIO.

Diligenter obſervandum, materiam primò irrorandam Spiritu Vini, ut fiat quaſi paſta, & demum Oleum Sulphuris affundendum, alioquin tota materia in nigredinem comburetur, id quod Paracelſus ſtudiosè occultâſſe dicitur. Niſi illius deſcriptionē, quam Archidox. lib. 8. Idiomate Germanico habet, mavis eſſe Philoſophicam. De quâ re vide Excell. Dn. D. Chriſt. Langii Exercit. etiam Elixir Propriet. *Anno 1660. Lipſiæ habitam. Interdum pro affectuum diverſitate diligentes* naturæ indagatores pro Spiritû Sulphuris, tanquam menſtruo ſolvente aliud eligunt. Croll. in Baſil. Chym. p. 170.

## *CAPUT IV.*

## DE PULVERIBUS STERNUTATORIIS.

UT in toto corpore, & publicâ ejus regione humores vitioſi, undè varii affectus & pasſiones corporis obvenire ſæpè ſolēt: ita quoq; in privatis partib. nimirū in cerebro iidem coacervari poſſunt. Ob quod ſæpisſimè multa capitis pathemata exoriuntur: Propterea per nares ipſi aliquando evacuandi Medicamentis, quæ Errhina, ſternutatoria vocantur, & ad hanc normam plerumq; componi ſolent.

R. *Tabaci optimi* ℥j,
*Majoranæ,*

 *Cardo-*

*Cardomom.*
*Nigellæ ana ʒi.*
*Cinamomi.*
*Radic. Ireos Flor.*
*Garyophyllor.*
*Spic. Indicæ ana ℈i.*
*Ambræ.*
*Moſchi an. gr. vij.*
*Ol. Majoranæ gutt. vj.*
*Fiat pulvis ſubtiliſsimus, cujus uſus ſatis notus.*

VEL:

℞. *Tabaci optimi & electi ℥ij.*
*Majoranæ ℥ß.*
*Cardomom. ℈i.*
*Flor. lilior. convall. ℥ß.*
*Rad. Ireos Flor.*
*Nigellæ ana ʒi.*
*Garyophyllor.*
*Cinamomi.*
*Spic. Indic. ana ℈j.*
*Moſchi,*
*Ambræ ana gr. v.*
*Fiat pulvis, cui inſpergantur Oleor.*
*Carvi,*
*Aniſi,*
*Succini,*
*Garyophyll. an. gutt. iij.*

VIRES ET USUS.

Hujus pulveris uſus eſt excrementa è cerebro evacuanda per ſternutationem expellere. Hinc eo maximo cum ſucceſſu utimur.

1. In continuo capitis dolore.
2. Apoplexiâ, Epilepſiâ, Paralyſi
3. Catarrhis, & capitis defluxionibus.
4. Oculorum & faciei rubedine.
5. Grandinibus, Favo.
6. *Vertigine, Lethargo.*
7. Melancholia, &c.

DOSIS.

De hoc pulvere unum, atq; alterum granum naribus flatu immittitur; vel pyxis aut vas, in quâ pulvis continetur, naribus admovetur, atq; inſpirando aliquid attrahitur.

OBSERVATIO.

*Notandum hîc obiter, quòd* talia Medicamenta non ſint uſurpanda, niſi univerſalibus præmiſsis, & corpore evacuato. Aliàs metus eſt, ne humores è reliquo corpore magis attrahantur. Alvus quoq; à cibis vacuus ſit, atq; ideò matutino commodisſimè tempore adhibentur.

## *CAPUT V.*
## DE ALIIS PULVERIBUS PTARMICIS.

Recip.

*Tabac. præparat. cum Oleo Aniſi,*
*Flor. Lilior. convall. ana ℥i.*
*Cardomom.*
*Piperis,*
*Sem. nigellæ ana ʒß.*

*Garyo-*

*Garyophyllor.*
*Cinamomi ana* ℈ſs.
*Moſchi gr. vij.*
*Fiat pulvis, additis aliquot guttis Olei Aniſi, Fœniculi, &c.*

ALITER.

R. *Tabaci optimi* ℥iſs.
*Majoranæ,*
*Nigellæ.*
*Cinamomi.*
*Cardamomi ana* ʒſs.
*Flor. Lilior. convall.* ℥ſs.
*Roriſmarin.*
*Garyophyllor.*
*Rad. Ireos ana* ℈i.
*Moſchi gr. viij.*
*Ol. Majoranæ,*
*Succini,*
*Carvi ana gut. viij.*
*Fiat pulvis, pro more ſolito.*

VIRES & USUS.

Uſus horum pulverum hodiè ita communis, ut in evacuandis catarrhis nihil priùs habeatur, quò omnes iſti morbi, qui ex defluxionibus originem trahunt, non modô præcaventur, verùm etiam præſentes curantur.

DOSIS.

*Unum atq; alterum granum per pennam inflatur vel excipitur naribus, vel immiſcetur butyro & naribus illinitur.*

Quidam pulverem alium ex ſolis floribus Liliorum convallium adjectis aliquot guttis Olei Majoranæ ad uſum conficere nôrunt, qui nuper apud Magnates innoteſcere cæpit. Ita quoq; fermè in omnibus capitis affectibus à vitioſis humoribus obortis utilis, ac ſalutaris deprehenditur.

ALITER:

R. *Rad. Valerian.*
*Angelic.*
*Aſari ana* ℥ſs.
*Herb. Majoran.*
*Roriſmarin.*
*Flor. ſpic.*
*Lilior. convall. ana* ℥ſs.
*Ol. Aniſi,*
*Majoran. ana gutt. vij.*
*Fiat pulvis, qui ſingularis contra catarrhos, alioſq; capitis morbos, ut ſunt Epilepſia, Apoplexia, Paralyſis, Vertigo. &c.*

VEL:

R. *Radic. Ireos Flor.* ℥ſs.
*Majoran.*
*Flor. tiliar.*
*Lilior. convall.*
*Spicenard. ana p. ij.*
*Piperis albi* ℈ſs.
*Garyophyllor.*
*Cinamomi ana* ℈i.
*Moſchi,*
*Ambræ ana gr. x.*
*Fiat pulvis ſubtiliſſimus pro uſu.*

ALIUS:

R. *Fol. Majoran.*
*Salviæ,*
*Roriſmarin. Siccor. an.* ℥ſs.
*Radic. Pirethri,*

Helle-

*Hellebori alb. an.* ℈j.
*Moſchi gr.* iij.
*Fiat Pulvis qui penna tubulo inſuffletur in nares.*

Sub finem hujus capitis placet addere has duas alias ſequentes formulas deſcriptionis D. Doct. Henrici Julii Bökelii.

I.

R. *Tabaci* ℥i.
*Majoran.* ʒij.
*Flor. lil. convall.* ℈ß.
*Ol. Aniſi gut.* ix.
*Moſch. gr.* iv.
*Fiat Pulvis ſubtiliſs.* S. Nieſe-Pulver.

II.

R. *Pulv. Rad. Ireos Flor.* ℈iiij.
*Roſmarin.*
*Flor. lil. convall.*
*Majoran. ana* ʒi.
*Tabaci* ℈ij.
*Troch. Alipt. moſchatæ gr.* vij.
*Moſchi,*
*Ambr. an. gr.* 2.
*Sacchar. albiſs.* ℈v.
*Ol. Majoran.*
*Garyophyll. ana*
*Invicem fiat Pulvis.*
*Sign.* Taback-Pulver.

# PARS XIII. DE SPECIFICIS EPILEPTICIS.

*EPilepſia duplicem habet reſpectum vel indicationem. 1. Quæ Paroxyſmum reſpiciunt. 2. Quæ ipſas morbi radices. Præſervantur pueri, vel prorſus liberantur, ne unquam ſuccedente ætate tali paſſione capiantur, ſi recens jam natis, antequam lac ſugant, ingeratur Ol. amygd. d. cum ſaccharo vino permiſtum: utriusq; ſit* ʒß. *ad* ʒiß. *vel* ʒiiiß.

*In adultis præmittantur univerſalia vomitiva. Poſteà exhibeantur Specifica, qualia ſunt ſequentia.*

## CAPUT I. De PULVERE ANTEPILEPTICO EX Cinnabrio Antimonii.

Recip.

*CInnab. ½ Magiſterii Corall. Perlarum, Cranii humani æquales partes. Doſis gr.* 10. *ad* 16.

NOTA:

Hoc certiſſimum habent ex hoc pulvere

pulvere in Epilepſiâ ſignum: ſi patiens evomat pulverem, etiam ſecundò vel tertiò repetitum: malum eſſe hæreditarium & incurabile; ſi verô retineat, ſanabile.

## CINNABARIS ANTIMONII parandi modus:

R. ♁ *Ungaric.*

☿ ♎ *an.* ℔ *iſs.*

*Miſta* optime indantur retortulæ vitreæ oblongioris colli. Hâc in arenâ locatâ, ita, ut totâ cooperiatur, etiam ſupra additis carbonibus ignitis, prodit liquor gummoſus. Tandem intenditur ignis ſuppresſionis per horas IV. vel ultra, ut retortula tota candeſcat.

Refrigeratis *vaſis in fundo* retortæ *invenientur* ♁ *eleganter ſplendentis* ℔ i¾. Adæquatur nonunquam, ſæpè augetur pondus, ob aliquas partes ☿ currentis in poros ſe inſinuantis. In collo retortæ cinabaris ℥ *iij.* in recipiente modicum ☿ currentis. Reliquum erit butyrum glaciosum.

Aliàs plerunq; Cinnabaris ♁ una conficitur quando Butyrum ♁, ſeu °₀° ♁ii Mercuriale ſeu glaciale dictum expetitur, ex quo rurſus Mercurius vitæ & Bezoardicum minerale paratur.

Igitur ſi deſideratur potiùs cinnabaris, quàm butyrum antimonii, ſtatim ignis fortis datur.

De

## PULVERE ALIO CINNABARINO ANTIMONIALI.

R. *Cinnabar.* ♁. ℥ *ij.*

*Pulveriſata in alcool irroretur & miſceatur*

°₀° *Succin.*

*Ruthæ an.* ℈ *ij.*

*Cinamom.*

*Roriſmarin. an.* ℈ *ſs.*

*In mortario vitreo, piſtillo vitreo.*

*Poſt adde Cranii human. ſin.* △ *prap.*

*Ungul. alc. præpar.*

*C. alcis præparat. an.* ℥ *i.*

*Fæcul. pæon.* ℥ *ij.*

*Ireos Florentin.*

*Magiſter. Perlar.*

*Corallior.*

*Oculor. canc. an.* ℥ *ſs.*

*Ambr. gryſeæ* ℈ *ſs.*

*Moſchi* ℈ *j.*

*Elæoſacchar. Citri q. ſ. ad gratum ſaporem.*

*In mortario agitentur & M. adde*

*Fol. S.* ☉ *num. vj.*

Antidinicum & Epilepticum τέχνημα.

Vid. Ampliſs. D. Rolfinckius.

Huc pertinet quoq;

## CINNABARIS MINERALIS NATIVA.

Quæ eſt terra mineralis lapideſcens, rubicunda, conſtans ex 🜍 re

&☿rio vivo, cum terreſtri materia, inſtar lapidis compactis.

Eligenda quæ gravida eſt ☿rio optimo, qualis eſt Ungarica, utpote naturæ ſolaris quoq; particeps.

## CINNABARIS hæc NATIVA Cratoni magnes Epilepſiæ dicitur, ſimiliq; ratione ex eadem paratur.

*Cinnabaris nativi pellucidi & ſplendentis* ʒß.

*Pulveriſa in marmore ſubtiliſsimè, adde Magiſter. Corall perlar. ana* ℈ij.

*Croci* ℈i. *fol.* ☉ *num. xv. diligenter triti ſuper lapidem, reduc in pulverem, cujus gr. vj. ad xviij. vel* ℈j. *in aqu. ſalv. propinentur in ipſa acceſsione & ſæpiùs repetatur.*

*Vid. Pract. Chym. Hartmanni pag 36.*

## De Alio pulvere Epileptico magnarum virium.

R. *Cinnabaris Ungarici probè loti & depurati* ℔ß. *imbibe cum Spiritus* ⊕*li* ℥iiij. *ſcobis cranii humani nunquam ſepulti* ʒß. *imbibe cum ſpiritu vini, relinque utrumq; in loco calido per 15. dies, & poſtea per Retortam deſtilla liquorem, & illud, quod reſtat, ſeorſim ſerva. Hinc*

R. *Scobis Ungulæ alcis* ℥iß.
*Myrrh. rubræ* ℥ß.

*Solve in ſpiritu* ⊖*lis; ſolutum à facibus ſepara & ſerva.*

*Poſteà* R. *Croci* ℥ß *cum ſpiritu vini tincturam extrahe, liquores omnes ſimul miſce, & in iis imbibe Cinnabarim antè præparatam lotam & pulveriſatam calore lento ſemper exſiccando, donec omnem liquorem imbiberit, & in pulverem ſiccum abierit.*

*Doſis à gr. ij. ad 4. cum vino generoſo aut ſpir. Vini vel Aquâ anti-Epileptica, in, ante & poſt paroxyſmum.*

Hûc non immeritò & ſeqq. referuntur pulveres, ceu utiles & proficui.

I Paracelſi, ſalutaris ad cerebri & ſplenis affectûs, & ad Epaticos fluxûs.

R. *Argenti laminat.* ℥i.
♀*ris purgat.* ℥iiij.
*Reſinæ pini* ℥ij.

*Reduc in bolum, accende, reduc ad præparationem fontis.*

*Doſis à* ℈ß. *ad* ℈i.

II. Pulvis ad Vertiginem.

R. *Cinnabaris nativæ* ℥ß.
*Magiſt. Corall.*
*Perlar. ana* ℈ij.
*Stercor. Pavon. præp.* ℥i.
*Croci Oriental.* ℈i.
*Fol. aur. num. vi.*

*Reduc ad alcool. ſuper marmor.*

*Doſis gr. 10.*

III. Alius ad Epilepſiam miraculoſus.

R. *Opopanac.*
*Caſtor.*

*Sang.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0376-6

*Sang. eon.*
*Stibii præp.*
*Cranei microcoſm. calcin.*
*Ungul. alcis.*
*C. C. calcinat.*
*Lapid. ætit. maſculi & rubei color. ana* ʒß.
*Salviæ ſylveſt.*
*Torment. ana* ʒi.
*Sem. & Rad. pœon.*
*Sem. Rutæ,*
*Beton. rubr. ana* ʒß.
*Margarit. præp.*
*Smaragd. præparat. ana* ℈i.
*Succin. albiß.* ʒi.
*Stercor. Cicon.*
*Anſer. Sylv. ana.* ʒij.
*Viſci quer. Corall. rubr. præpar.*
*Chalcitid. præp. ana* ʒß.
*Spinæ dorſi ſerpent. calcinat.* ʒii.
*Fol. aur. num. viij.*
*Fiat omnium pulvis. Doſis* ʒß.

## CAPUT II.
## DE SPIRITU CEREBRI HUMANI.

Recip.

*Cerebrum hominis juvenis integri benè ſani (adolcſcentis infra annum 24) & bonæ conſtitutionis violenta morte perempti, collige fruſtulatim cum omnibus membranis, arteriis, venulis, & nervis, cum Medulla ſpinæ tota: conquaſſa in mortario lapideo, & adde in cucurbita vel phiola potius capaci aquarum capitalium, ſcil. Flor. tiliæ, pœoniæ, betonicæ, ceraſorum, lavendulæ inprimis: adde diaphoretici in acutis ad ſupereminentiam 4. vel 5. digit. (plus, quàm de reliquis ſimplicibus aquis addunt etiam Spir. Vini) claudatur hermeticè vas, & relinquatur aliquandiu per annum 1. 2. 3. &c. poſtea per cobobia deſtilletur ex B. roris ut tota (aliquota) cerebri ſubſtantia ſimul tranſeat. Hanc aquam abjectis fæcibus curioſè ſerva. Ex fæcibus poſt ſextuplex cohobium calcinatis elice Sal, quem deinceps, cum ſp. facto junge, & totum curioſè ſerva.*

*Doſis à* ℈i. *ad* ʒiß. *in vehiculis convenientibus. Hartmann. in Pract. Chym. p. 37.*

## CAPUT III.
## DE
## DE MIXTURA ANTEPILEPTICA.

Recip.

*Spir.* ⊕ *viridis ex* ⊕ *& urina puerorum* ʒi. ℈i. *Cum Aquâ rad. peon. & flor. til. ana* ℥i.

M. de hac Mixtura exhibe in pa-

roxyſmo, membris convulſis & contortis, cochlear. ß. guttatim, & paulò poſt redibunt ad ſeſe recollectis ſenſibus; quo animadverſo denuò aliquid exhibeto, atque ita tertiò, quod ſiquidem rediturus ſit paroxyſmus, ut fieri poteſt, eundem proceſſum repete.

Poſtea confortantia cerebrum adhibeantur, ceu ſunt Magiſt. Coral. perlar. Cranii humani &c. multum quoque poſſunt hæ tabellæ:

R. Mag. cranii humani drachm. j. (quod calcinatũ primò, poſtea per aqu. evaporatur, pulvis inſtar magiſterii) gran. pæoniæ exortic. numero xvj. ſacch. in aqu. theriacali ſolut. F. ſ. a. tabulæ, qvarum una atq; altera *tàm manè jejuno ventriculo, quàm veſperi longè à paſtu & cæna* exhibeantur. Hartman. in Pract. Chym. pag. 40.

Alii Cranium rectiùs ſine calcinatione contundunt in mortario (cum △ lilior. convall. vel cum decocto, radic. & fl. pœoniæ; ut F. paſta. Exſiccetur, & pulveriſetur. Iſtaqve operatio bis vel ter repetatur.

Doſis gr. vj. ad x. & ultra cum aq. flor. pœon. aut lilior. convall. c. vino deſtillatâ.

De
## MAGISTERIO GRANII HUMANI.

Hoc fit, ſi ſupra cranium pulveriſatum affunditur ſpiritus ⊕i & fermentatur, *poſteaqve bis vel ter ab*ſtrahatur, remanebit magiſterium cranii humani elegantisſimum.

Alioquin ex Cranio humano tria iſta, videlicet ſal volatile, liquor acidus, & oleum unicâ deſtillatione eliciuntur, quæ inſignia ſunt epileptica medicamenta; inprimis, ſi è capite *mortuo quoq;* ſal fixum eliciatur, & *his tribus conjungatur, poſteaq;* hæc omnia per menſem Philoſophicum in cineribus, igne lento, digerantur ac uniantur, ut ex iis F. Magiſterium antepilepticum, cujus vires vulgarium epilepticorum medicamentorum facultates longè ſuperat.

*CAPUT IV.*

DE
# GALREDA VEL GELATINA CRANII HUMANI PARACELSI.

Recipit Autor limaturam Cranii humani nunquam humati, humoreq; *adventitio* privati cum alchoole vini *ſalviato* ad ſuperemi- nentiam 6. digitorum, per menſem dimidiũ digerit, deinde more aqv. fortis, per Retortam, pellit, reaffuſum liqvorem cum capite mortuo denuo

denuò digerit, ac viciſſim deſtillat, idq́; tertiò repetit. Tandem omne abſtractum, aliquandiu circulat, abſtractoq́; alchoole vini è lento balneo Eſſentiam Cranii inſtar coaguli ſeu Galredæ remanentem ſervat. Epilepſiæ verum curativum, ſi ejus grana aliquot in convenienti vehiculo exhibeantur. Hartman. in not. Croll. pag. 352.

Hûc etiam optimè quadrat Confectio Anti-Epileptica præſtantiſſima.

De tribus recentibus, exiccatisq́; & craſſo modô tuſis Craniis per retortam adhibitis ignis gradibus ex arenâ liquorem deſtilla, adhibito capaci alembico: liquorem tertiò fæcibus affunde, deſtilla, tandem per Balneum rectifica:

*Hujus* R. ℥vj.
*Spir. Diamoſch. d.* ℥j.
*Caſtor.*
*mellis anacardin. ana* ʒij.
*miſce, & per retortam è cineribus deſtilla. Tandem adde.*
*Liquor. Salis perlar.* ℈iiij.
*Spiritus ⊕li vireſcentis* ℈j.
*M. Doſis Cochlear.* j. *manè, quotidiè ad Novendium continuando.*

## CAPUT V.
## DE PULVERE EPILEPTICO MARCHIONIS.

Recip.

U*Ngul. Alcis.*
*C. C. Philoſoph. præp.*
*Unicor.*
*Sem. Pæon.*
*Marg. præparat. ana* ʒj.
*Rad. Acori* ℈ij.
*Auri foliati* ℈ſs.
*Rad. Pæoniæ ad pondus omnium.*
*S. Pulvis Epilepticus.*

## De PULVERE EPILEPTICO CÆSAREO.

R. *Cryſtall. lapid. præparat.* ʒj.
*Corallior. rubr. præpar.* ℈ij.
*Margaritar. præparat.* ℈j.
*Smaragd. oriental. præp.* ʒſs.
*F. pulvis, cujus dimidia pars eſt una doſis in aqv. taraxac.*

Hunc Cæſar, inquit Crato epiſtol. 121. contra epilepſiam pro maximo ſecreto habuit, & quo homines etiam provectæ ætatis, & qui diu huic morbo fuerunt obnoxii, poſt purgationem, curati fuerunt.

## De PULVERE DE GUTTETA dicto, Monſpelienſium:



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0379-6

℞. *Rad. pæon.*
*Sem pæon.*
*diptamn. alb.*
*Viſci quern. an.* ℥ß.
*Sem. atriplic.* ʒij.
*Cranii human.* ʒiij.
*Corall. rubr. præparat.*
*hyacynthor. præpar an.* ʒjß.
*Ungul. alc. præpar.* ℥ß.
*Moſchi* ℈j.
*Fol. auri* ʒj.
M. F. *Pulvis. Doſ. à* ℈ß *ad* ℈j *vid. River. prax. lib. j. p.* 3*j.*

De
## PULVERE EPILEPTICO Officinarum.

℞. *Sem. Pæon. excort.*
*Radicis ejusdem ana* ℈ij.
*Saphyr.*
*Rubinor.*
*Granat. omnium præpa. ana gr. vij.*
*Ungul. alcis gr xj.*
*Margarit. præp. gr. xij.*
*C.C. uſt. præp.* ℈ß.
*Spec. Diamb.*
*Diamoſch. d.*
*Macis, ana gr. vij.*
*Sem. Coriand.*
*Sinap.*
*Diptam. alb. ana* ℈ß.
*Mumiæ* ℈j.
*Viſc. quercin.* ʒß.
*Cran. human.*
*præp.* ℈iiijß.
*Manus Chriſti per lat.* ℥ß.
*Fol. aur. fin. num.* iiij.

*Fiat Pulvis ſubtiliſſimus.*

De
## ALIO PULVERE EPILEPTICO Officinarum.

℞. *Sem. Pæon. d. t. collect.*
*Radic. Pæon. ana* ʒjß.
*Ungulæ alcis* ℈j.
*Specier. Diamoſch. d.*
*Diamb. ana gr. xv.*
*Sem. Coriand. præp.*
*Sinapi ana* ℈j.
*Mumiæ,*
*Viſc. quercin.*
*Cran. human. præp. ana* ʒj.
*Spodii* ℈ß.
*C. C. uſt. præp.* ℈j.
*Rotul. Man Chriſti perlar.* ℥ß.
*Fiat pulvis ſubtiliſſimus, detur in vaſculo argenteo, & reſervetur pro uſu. S.* Kinder-Pulver.

## PULVIS EPILEPTICUS alius.

℞. *Rad. pæoniæ maſculinæ, decreſcente* ☽*â & Sole in piſcibus* ʒiij. *Tormentil.* ʒij.
*Diptam. alb.* ʒij
*Viſci q. recent.* ʒijß.
*Gallitrichi* ʒjß.
*Cubebar.* ʒß.
*Corall. rub. præparat.*
*Smaragd. præparat.*
*Margar. præparat. ana* ʒß.
*C. C. uſt. præp.*
*Ungul. alcis pedis poſter. ana* ʒj.
*Cranii hominis partis anterioris vi interempti*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0380-7

*interempti præp.* ℨiij.
*patellarum & taleorum Leporis pedum poſterior. num. xij.*
*Corallin.* ℨß.
*Succin. alb. præp.* ℈ij.
*Fol. Auri fini num. vj.*
*Argenti fini num. ij.*
*Pulveriſentur ſubtilisſimè, & f. pulvis, cui adde*
*Ol. ſtillat. nucis moſchat. macis,*
*Roſmarin. ana gutt. vj.*
*M. & fiat pulvis pro uſu.*

USUS.

Valet pulvis iſte à tota ſua ſubſtantia contra Epilepſiam. Datur in ipſo Paroxyſmo Epileptico ℨi. cum Aqu. Flor. tiliæ & ceraſor. nigr. ſylveſtr. ana ℥i. Epilepticæ Aureæ ℥ß. In præſervatione datur in omnibus quadris Lunæ, vel etiam in humida aëris conſtitutione ℥ß. cum iisdem aquis, aut ſaltem cum ſola aqua florum Tiliæ. Pueris ſufficit dimidia, aut minor Doſis pro ætatis ratione.

## PULVIS PUERORUM.

R. *Rad. pœon. maſculinæ, eodem modo, ut antè collectæ.* ℨi.
*Ireos florent.* ℨij.
*Sem. pæon. maſculin. decreſcente Luna collecti & excorticati* ℨi.
*Margarit. præp.* ℈iv.
*Corall. rubr. præpar.*
*C. C. uſt. præp. ana* ℈ij.
*Fol. ☉ fini num.* iij.
*Dæ ſin. num.* i.
*Manus perlar.* ℥ij.
*Pulveriſanda pulveriſentur ſubtilisſimè, miſceantur, & f. pulvis.*

USUS.

Datur infantibus in metu Epilepſiæ, Apoplexiæ, Catharri ſuffocativi, in tusſi, & in omni ſubito morbo, qui cor petit. Confortat enim cerebrum, munit cor ab irruente materia, ab eoq; omnem noxam longè propellit. Indendus eſt unius ſcrupuli vel drachm. ſem. pondere, ſucceſſivè ori infantium ut in lingva diſſolutum deglutiant; vel diluendus eſt lacte materno, aut nutricis, & paulatim ori inſtillandus.

## Alius Epilepticus Angeli de Tarento.

R. *Cranii homin.*
*Sem. Pæon*
*Sem. vel Rad. Gallitrici.*
*Rad. Torment. ana* ℨi. *M.*
*F. pulvis. Doſis* ℨi.

## Alius Dn. Doct. Valentini Rupitii.

R. *Quinq; lapid. pretioſ. ana* ℨß.
*C. C. Philoſ. præp.*
*Succin. præp.*
*Cranii hum. præp.*
*Oculor. cancror. præp.*
*Corall. rubr. præp.*
*Cryſtall. præp. ana* ℨi.
*Margarit. præp.* ℈ii.

*Læ-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0381-3

*Lapid. Bezoard. gr. xii.*
*Fol. auri fini num. 4.*
*Sacchari candi ℥ſs.*
*Fiat pulvis. Doſis à ℈ſs. ad ℈ii.*

Alius D. Doct. Haberſtro, olim Phyſici Wernigerodani.

R. C.C. *Philoſ. præp.* ʒſs.
*Terræ ſigill.*
*Boli Armen. præp.*
*Corall. utriusq; ana* ʒii.
*Margarit. præp.* ʒi.
*Rad. Mechoacan.* ʒii.
*Scorzoneræ* ℈iv.
*Miſce pro pulvere ſubtiliſsime.*
*Doſis è ℈ſs. ad ℈ii. vel ʒi.*

## *CAPUT VI.*
### DE EXTRACTIS TINCTURIS ET AQUIS EPILEPTICIS.

Extractum Antepilepticum mirabile.

Recip.

E*xtractor. Viſci q.*
*Flor. pæon.*
*Lil. Convall.*
*Lavendul.*
*Calendul.*
*Hyper. ana* ℥i.
*Caſtor.* ℥ſs.
*Hirund. junior. num. vi.*
*Croci* ʒii.
*Magiſt. Corallor.*
*Perlar.*
*Smaragd.*
*Hyacynth.*
*Rubin.*
*Eboris,*
C. *Cerv. ana* ʒiſs.
*Cranii human.* ʒvj.
*Croci metall.* ʒii.
*Pulveris Lienis equor.* ℥i.
*Cordis talpæ exiccat. num. x.*
*Moſchi* ℈ſs.
*Tinct.* ♁*l.* ☉ʒiſs.
*Ol. deſt. cran. human. gr. vi.*
*Succin.*
*Camph. ana* ℈ij.
*Lavendul. gutt. 20.*

Miſce omnia L. artis, moſchum per ſe in aqu. Tiliæ diſſolvendo, mox olea tandem pulveribus miſcendo. Vix melius datur Antepilepticum; præſervat enim ab Epilepſia, Vertigine, Apoplexia & graviſsimis capitis affectibus.

Doſis ſcrup. j. in aquis appropriatis. Sumatur autem prædictum Antepilepticum manè & veſperi cum ſeq. aqua:

R. *Viſci q.*
*Flor. pæon.*
*Lil. convall.*
*meliſſ.*

*calen-*

*calendul.*
*primul. Ver ana* ℔j.
*Rad. pæon. rec.* ℔jß.
*Roris Majalis guttas 6.*
*Deſtilla per veſicam ad tertias deſtillatum vitro impone, addendo ſuo tempore.*
*Flor. Beton.*
*Tiliæ,*
*Lil. conval.*
*Roſar. ana* ℔j.
*Phlegmat.* 🜖*li Ungar.* ℔jß.

Deſtilla per balneum, habebis Aqu. optimam, cum Antepileptico ſumendam, duobus ante plenilunium diebus, corpore priùs debitè purgato. Deodatus l. 3. pag. 126. 127.

## Sequenti etiam modo parabis Aquam Antepilepticam ſecretisſimam.

R. *Caput humanum recens, idque demtis prius Carnibus contunde, & per retortam deſtilla: ſtillatum liquorem per B. M. rectifica. Ad hujus Aquæ* ℥j. *adde*
*Solut. perlar.* ʒj.
*Magiſter. Corall.* ℈ij.
*Rad. pæon.*
*Caſtor. ana* ʒj.
*Diamoſch. dul.*
*Mel. Anacard. ana* ℥ij.

Deſtilla, uſui repone. Doſis cochl. j. in paroxyſmo ter reiterando, & mira videbis. Idem ibid.

Hûc ſummo jure etiam pertinent, Aqva Antepileptica aurea, & Sophorum Dorncreillii.

## AQVA ANTEPILEptica aurea.

R. *Rad. pœoniæ maris debito tempore collect.*
*Viſc. querc. ana* ℥ß.
*Dictamn. alb.* ʒiij.
*Ireos. flor.* ʒij.
*Biſtort.* ʒjß.
*Sem. pœon. Luna decreſcente lect. & excort.* ʒ*vj.*
*cubebar.* ℥ß.
*Coriand. præp.* ʒij.
*Nucis Muſcat.* ʒiij.
*Macis* ʒiß.
*Flor. Beton.*
*Lavendul. ana* M. j.
*Stæchad. Arab. unc. j.*
*Conſervant hos,*
*primul ver. ana unc.* ij.

Pulveriſanda pulveriſentur ſubtiliſs. & miſceantur, & infundantur in ſpiritus vini, ex vino malvatico optimo deſtillati *lib. vj.* & *ſtent in infuſione,* in loco calido per octiduum, vaſe quotidiè multoties commoto: Deinde adde
*Aqu. Liliorum convallium ſimplicis* ℔*iij. Flor. Tiliæ* ℔. *jß.*
*Ceraſor. nigr. ſylveſt. dulcium* ℔*j.*
*Roſmarin.* ℔ß.
*Majoran.*
*Salviæ minor.*
*Chamædr. veræ ana* ℥iiij.

Miſce,& deſtillentur igne lentisſimo in Balneo M. Aquæ deſtillatæ adde

*Magiſt. perlar.* ℥ij.
*Tinct. Corallor.* ℥j.
*Fol. Auri fini num.* 20.
*Da num. v. M.*

USUS.

Eſt aqua verè aurea præcavet enim ab Epilepſia, Apoplexia, Paralyſi, à convulſione, & ab aliis nervorum frigidis affectib9, ſi in omnibus quadris Lunæ, & in humidâ, & nebuloſa aeris conſtitutione ſumatur ſemiũc. Curat. verò eosdem affect9, ſi in ipſo paroxyſmo exhibeatur unc. j. Pueris ſufficit, tàm in præſervatione, quàm in curatione dimidia, vel etiam minor pro ætatis ratione doſis: nec iis ſimpliciter generoſam hanc aqvam uſurpare convenit, ſed diluenda eſt æquâ portione Aq. fl. Tiliæ, vel ceraſorum ſylveſtrium nigrorum dulcium, addaturq; ſaporis gratiâ, nonnihil Syrupi violarum. l. d. pag. 7. 8.

AQVA SOPHORUM ejusdem.

℞. *Radic. coſti amari, candidi, aromatici* ℥j. *Cyperi rotundi* ℥ii.
*Summit. Majoran.*
*Flor. Anthos,*
*Beton.*
*cordialium ana* M. iij.
*Stœchad. Arab.* ℥vj.
*Sem. 4. frigid. maj. excort. an.* ℥vj.
*frigid. min.*
*Erucæ ana* ℥iij.
*Santal. albor.*
*citrin.*
*rubr. ana* ℥v.
*Myrobalanor. belliricor.*
*chebulor.*
*Indorum,*
*pip. longi,*
*nigri,*
*Caſtorei ana* ℥j.
*Bacc. laur. excortic.* ℥ij.

pulveriſanda pulveriſentur ſubtilisſimè. Flores verò minutim incidantur, miſceantur & infundantur in

*Aq. lil. convallium ſimpl.*
*Flor. Tiliæ,*
*Rorismarin.*
*Antepilept. aureæ ana* ℥ix.
*Vini malvat. opt.* ℔. xi.

*Stent in infuſione loco calido per* octiduum, deinde deſtillentur igne lentisſimo in B. M.

USUS.

Hæc aqua non immeritò Sophorum Aqua dicitur, cum illorum, qui in liberalioribus ſtudiis verſantur, ingenium ob nimiam humiditatem & frigiditatem ſtupidum acuat, & memoriam, ob eandem excedentem qualitatem labilem, confortet, omnes ſenſus vivificet, ac ſtudioſos ad quasvis diſciplinas capeſſendas habiliores reddat. Nec Epati infenſum eſt ſuâ caliditate & ſiccitate, çùm plurima habeat ingredientia

Epatica

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0384-0

Epatica frigida. Sumitur unc. j. alternis, vel ternis, quaternisvè dieb9, pro majori aut minori neceſſitate utentis. Ibid. p. 9. 10.

His non incommodè junguntur & quædam Tincturæ.

## TINCTURA EPILEPTICA.

℞. *Rad. Pæon. maſculæ creſcente lunâ effoſſ.*
*Viſc. q. ana* ℥ij.
*Ungul. alcis,*
*Sem. pæon. ana* ℥i.
*Raſur. Ebor.*
*C. C. præp.*
*Cinamomi,*
*Succini albi an.* ʒß.
*Croci Orient.* ℈ß.
*Cranii hum. ſicc.* ℥i. *M. F. cum ſpiritu vini Tincturæ, quæ dabitur cum tinctura corallorum rubeorum.*

## TINCTURA EPILEPTICA ALIA.

℞. *Coriand. præp.* ℈ij.
*Rad. & Sem. pæon. ana* ℥ij.
*Viſc. q.* ʒß.
*ungul. alcis* ʒß.
*C. C. uſt.*
*Corall. rubr.*
*Margar. ana* ℈ij.
*Sp. aromat. Roſat.*
*Caryophyll. ana* ʒiß.
*Lign aloes,*
*Macis,*
*Galang.*
*Cinamomi ana* ʒi.
*Sp. Diamoſch. d.* ℈ij.
*Sem. Citri* ʒi.
*Aniſi* ʒiij.
*Sacchar. q. vis. F. cum S. V. Tinctura.*

## Tinctura Antepileptica alia.

℞. R*ad. fragor.* ℔iii.
*Pulv. Rad. pæon. cum ſem. ana* ʒi.
*Sem. Aniſi* ʒß.
*Seſeleos,*
*Coriandr. præparat.*
*Viſc. q. ana* ℈i.
*Spiritus vini* ℔. *iv.*

Digere in Sole, ut f. Tinctura, cujus cochlear. i. cum gr. ij. Salis è cranio microcoſmi, eſt perfecta cura in Epilepſia. Alii etiam dictas ſpecies deſtillant.

## Tinctura Confortans in Epilepſia.

℞. *Spec. Dianthos,*
*Diamoſch. d.*
*Diacalamenth.*
*pleriſarchont. ana* ʒi.
*Macis,*
*Cubebar.*
*Caryophyll.*
*Gran. pæon. ana* ʒß.
*Sal. Cranii microcoſmi,*
*Magiſt. corallor.*
*Perlar. ana* ℈i.
*Piper. long.*
*Carvi,*
*Zingib. ana* ℈ß.
*Sacchar.* ℔. i.

F. cum vino ſuper Lilia convall. correcto tinctura artificioſa.

## Tinctura Digeſtiva in Convulſionibus.

R. *Rutæ,*
*Hyſſop. Salviæ Beton.*
*Stœchad. Arab.*
*calamenth.*
*Roſmarin. ana M.* i.
*Rad. Acor.*
*Pœon. ana* ℥iii.
*Rad. Apii,*
*Petroſel.*
*Fœnicul.*
*Ruſc. Aſparag. ana* ℥iij.
*Sem. anis fœnic.*
*Nucis muſcat.*
*Cinamami ana* ℥iii.
*Mellis* ℥vi.

F. l. a. digeſtio & Tincturæ extractio, quæ datur cum appropriatis.

His propter inſignem uſum adjicio Spiritum Sambuci Antepilepticum ſeq. Dn. D. Blochvvitii in anatom. Sambuci, Sect. 3. c. 4. pag. 66.

R. *Cort. medianor. Sambuci,*
*Rad. pæon. ana* ℥vi.
*Fol. Sambuc. vel Turion. ſicc.*
*Fl. Tiliæ ana* M. i.
*Sem. Rutæ* ℥ii.
*Bacc. H. paris numero xx.*
*Spongiol. Sambuc. num. vi.*

Conciſis & contuſis ſuperinfunde Spiritus Sambuci q. ſ. ut palmæ transverſæ altitudine ſupereminea, & per octiduum in loco tepido, vaſe benè clauſo, macerata deſtilla organis vitreis in B. M. ad ſiccitatem: deſtillato Salem ex fæcibus reſiduis extractum admiſce, & in vaſe obturato reſerva, pro Spiritu Sambuci Epileptico.

### USUS.

Internus: ſi de hoc Epileptico in ipſo Paroxyſmo dimidium vel integrum cochleare præbeatur, repetendo poſtea ſingulis Lunæ quadris ad *μίασμα* illud Epilepticum per ſudorem aut ἄδηλον διαπνοὴν, diſcutiendum cerebrumq́; muniendum.

Externus: ſi eodem fricentur, quoq; in ipſo paroxyſmo Nares, gingivæ & Palatum, addito tàm uno vel altero grano Caſtorei.

## *CAPUT VII.*
## DE LAUDANO EPILEPTICO HARTMANNI, Ejusdem Aquâ, ut & Magiſterio Succini.

Recip.
L*Audani ex* 🜍 ⊕ *li facti* ℥j.
*Oleum camphoræ* ℥ß.

*Miſce & habetur Laudanum præſtantiſſimum, cujus uſus tam in paroxyſmo, quàm*

*quàm extra paroxyſmum ad curationem, doſi ſæpiùs reiteratâ, præmiſſis univerſalibus.*

## NOTA:

Oleum ſiquidem Camphoræ per ſe datum mirificâ virtute poſſet etiam in epilepſiâ puerorum à flatuoſâ efferventiâ ſangvinis.

Camphoræ enim (licet contra mentem Cratonis lib. j. conſilior. 28. tamen) juxta Paracelſum lib. de morb. ament. quàm rectiſſimè facultas vapores epilepticos coagulandi tribuitur.

Præſertim cum Nathan. Higmor. c. 5. de hyſter. paſſion. monente, compertum ſit, morbum caducum non æquè facilius, ac iis, quibus tenuitas ac flatulentia ſangvinis figitur, ſiſti poſſe.

Unde ipſe vitriolata hoc in morbo ab ſtipticitatem ſuam multum conferre credit. Quercetanus ſanè ob camphoræ admiſtionem aquam ſuam epilepticam in tetrade, 🜂re mitigativo gaudere non ineptè contendit.

## De AQUA EPILEPTICA Hartmanni.

R. *Flor. lilior. convall.* M. ii.

*Infunde in vini generoſ. q. ſ. digere per x. dies, vel donec habere poteris*

*Flor. til. recent. lib.* ſs.

*Pæoniæ* ℥iv.

*Deſtilletur in Balneo Mariæ ad ſiccitatem. In deſtillato iterum infunde*

*Rad. pæoniæ unc.* i.

*Diptamni albi,*

*Viſci quercini ana* ℥ſs.

R*ad, pyrethri* ʒſs.

C*aſtorei* ℈ii.

*Fol.* R*utæ M.* i.

*Flor. ſtæchados*

*Arabicæ.*

*Lavendulæ ana P.* iv.

*Flor. Betonicæ* P. vi.

*Maceris ana* ʒii.

C*inamomi* ʒi.

*Scyllæ præparatæ* ʒiii.

*Digere iterùm per 15. dies; hinc per alembicum in M. B. deſtillatur, & aqua uſui reſervatur.*

*Doſis* ℥ſs. *ad* ℥i.

## De MAGISTERIO SUCCINI.

Diſſolve raſuram ſuccini albiſſimi in Spiritu Vini, ut tingatur. Pòſt filtra: & ad dimidiam partem evapora.

## VIRES & USUS.

In Epilepſia, magnum eſt arcanum, quando dantur in aqua adpropriata gr. xv.

# PARS XIV.
# DE
# SPECIFICIS APOPLECTICIS.

PRincipiô in Apoplexia Enema injiciendum.

Poſtea ſternutationes excitandæ ad modum ſequentem.

R. *Fol. majoran.* ℥ij.
*Sem. nigell.* ℥i.
R*ad. hellebo. nigr.* ℈ij.
*Moſchi opt.* ℈ß.
*Ambræ gr. vi.*

*Fiat pulvis. Magnitudine ipſi inſufflatur in narem utramq; calamo fortiter.*

*Fumus ſuccini; item Oleum ejus (de quo ſupra) intra nares proſunt.*

In Apoplexia mirabilis eſt Balſamus vitæ Johannis Lichtenacker. Vide Hartmann. Chym. Pract. pag. 43.

Ad præſervationem & curationem conducit Aq. Apoplectica ad unc. j. Item Laudanum antepoplecticum Hartmanni.

## CAPUT I.
## De
## AQUA APOPLECTICA CROLLII.

Recip.

FLorum Lilii convallium.
*Tiliæ,*
*Pæoniæ,*
*Primulæ Veris,*
*Majoranæ,*
*Lavendulæ,*
*Salviæ,*
*Betonicæ,*
*Roris Marini,*

*Ceraſorum ſylveſtrium nigrorum & dulcium, Luna decreſcente decerptorum ana q. ſ.*

*Tritis omnibus & mixtis (vel ſeorſim flores, ſeorſim ceraſa deſtillentur) adde* Sinapi *ſeminis triti libram* i. *vel duas, pone ad putrefactionem affusâ convenienti aquæ communis quantitate, in quâ tantillum Lupuli & fermenti incoctum ſit, ut omnia poſſint fermentare, poſteà ſecundum artem deſtilla, & inde elicies ſpiritum inflammabilem, quem circula cum ana Spiritus Vitrioli Crolliani, & in Apoplexiâ pro morbi & ægri ratione cochleare*

*ſemis*

*ſemis exhibe, additâ una atq; altera guttâ Olei Succini.*

*At extra etiam tempora & vertex capitis utiliter illo liquore inunguntur.*

## CAPUT II.

## DE AQUA APOPLECTICA DN. D. CUNRADI FROMMANNI in Imperiali Northusâ Phyſici, & aliis Officinalibus:

Recip.

*Flor. paralyſeos recent.* ℥iijß.
*Summitat. meliſſ.* ℥iß.
*rad. ſquammar.* ℥ijß.
*Affunde Spirit. vini Rhenan.* ℔ iiß.
*ſtent in infuſione bene tecta, donec flores ſuo tempore ſequentes addi poſſunt:*
*Flor. lilior. convall.* ℥v.
*pæoniæ* ℥iß.
*tiliæ* ℥iij.
*anthos*
*tunicarum an.* ℥ß.
*Stœchad. Ambic.* ʒvj.
*lavendul.* ℥jß.
*ſambuc.*
*borragin.*
*bugloß.*
*roſar. an.* ℥j.
*Affunde*
*aqu. ceraſor. nigror.* ℔iij.
*lilior. convallium* ℔iß.
*meliſſ.* ℔j.
*Vin. opt.* ℔iij.
*Digerantur per octiduum. Deinde deſtillentur: deſtillato liquor. adde ſpirit. vin. rectificat.* ℔ij.
*Ac rurſus infunde*
*Fol. & flor. ſalviæ*
*betonic. an.* Mj.
*ruthæ* Miß.
*ocymi*
*majoran.*
*pulegi an.* Mj.
*Serpill.*
*ſaturejæ an.* Mß.
*Sem. ſeſel.* ʒvj.
*pœon.*
*eruc. an.* ℥j.
*naſturt. hortenſ.*
*ſiloris montan. an.* ʒv.
*carvi*
*Viſci quercin. decreſcente* ☽*â coll. an.* ℥ß.
*Cortic. citr.* ʒiij.
*Lign. Aloës ponderoſ.* ʒijß.
*rad. doronic.* ℥ß.
*pocon.* ʒv.
*Inciſa digerantur rurſus per octiduum poſtea deſtillentur.*
*Hinc* ℞. *nuc. moſchat.*
*cubebar. an.* ʒvj.

*Caryophyllor.* ℥iij.
*Cinamom.*
*Macis*
*Cardamom.*
*galang. an.* ℥ijſs.
*granor. Paradiſi*
*piper. long. an.* ℥iſs.
*ſuccin.* ℥ij.
*gumm. juniperin.*
*thuris an* ℥ijſs
*myrrhæ*
*maſtich. an.* ℥jſs.
*baccar. juniper* ℥x.
*gumm. ammoniac. acet. diſſolut.* ℥v.

*Iterum miſceantur cum deſtillato priore pro nova digeſtione per dies decem protrahendâ. Quâ optime peractâ ultimò deſtillentur in cineribus Alembico roſtrato, cui in limbo ſint impoſitæ.*
*Aliptæ moſchat.* ℈ij.
*Storac. calamith.* ℥ſs.
*F. l. a. aqua operoſa quidem, ſed virtutis non ſatis deprædicandæ in omnibus capitis affectibus frigidis, præcipuè tamen in Apoplexiâ, nec non quovis virium lapſu.*

## De AQUA APOPLECTICA ALIA:

℞. *Flor. lil. convall. m.* viij.
*Primulæ veris m.* j.
*Vini Rhen. generoſ. menſur.* ijſs.
*Stent in vitro benè clauſo in digeſtione per 12. dies, poſtea lento M. B. calore deſtillentur. Deſtillato adde*
*Flor. pæon. m.* 8.
*Stent iterum ut antea in digeſtione & deſtillentur. Poſtea infunde*
*Flor. Lavend.*
*Roſmarin.*
*Stæch. Arab. ana m.* 1.
*Tiliæ m.* ii.
*Viſc. querc.* ℥ſs.
*Rad. Pæoni.* ℥iii.
*Nuc. Moſch.*
*Garyophyllor.*
*Cubebar. ana* ℥i.
*Sem. Sinapi* ℈iiii.
*Pœoniæ* ℥iiſs.
*Nucleor. Perſicor.* ℥iſs.
*Pulveriſentur, & ſtent in digeſtione per 12. dies; poſtea adde*
*Spec. Diambr.*
*Diamoſch. d. ana* ℈iiii.
*In lento B. calore f. deſtillatio.*
*Aqu. ſervatur pro officinæ uſu.*

### VIRES ET USUS.

1. In omnibus capitis, cerebriq; affectibus conducit.
2. Apoplexia & Epilepſia.
3. Paralyſi.
4. Vertigine.
5. Memoriæ læſione.
6. Tenebroſitate oculorum.
7. Et in omnibus frigidis affectibus Ventriculi, Epatis, & totius corporis.

### DOSIS.

*A ℥ß. ad ℥i. per ſe, vel in vehiculo convenienti datur.*

Huc optimo jure referuntur Aq. ſequens mirabilis & pilulæ mirabiles.

## AQUA MIRABILIS PRÆſervatoria ab Apoplexiâ, Paralyſi, oris tortura, Spaſmo, cæteriſq; frigidis Cerebri affectibus, & loquelam mirabiliter reparans.

℞. *Fl. primul. ver.*
*Roſmarin.*
*Pæon.*
*Lil. convall.*
*Lavendul.*
*Major.*
*Ivæ Arthet. ana M. i.*
*Spec. Diambr.*
*Diamoſch. d.*
*Diaplirɨs Archont.*
*Conf. Anacard. ana ℥i.*
*Cubebar.*
*Lign. Aloes,*
*Nucis Muſc.*
*Caryophyll.*
*Macropip.*
*Carpobalſam. ana ʒi.*
Rad. *Ireos,*
*Ariſtol. rot. ana ℥iß.*
*Sem. Siler. montan.*
*Pæon.*
*Fœnic. ana ʒi.*
*Aq. Herb. Paralyſ.*
*Salviæ,*
*Beton.*
*Flor. tiliæ ana ℔ iß.*
*Serapin.*
*Opoponac.*
*Myrrh.*
*Gum. Junip. ana ℥i.*

*Infundantur & macerentur* omnia per 8. dies. Poſtea ter per Alembicum è cineribus deſtillentur. Doſis cochl. j.

# CAPUT III.

## DE ALIIS APOPLECTICIS MEDICAMENTIS.

### PILULÆ MIRABILES ad eosdem præcavendos affectus.

Rec.

*Pœon. maſculi.*
*Myrrh. El. ana ʒß.*
*Aceto fortiſſimo diſſolvantur & reducantur.*
*Aloes Roſat. ʒij.*
*Extractor. Hellebor. nigr.*
*Agaric.*
*Reſin. Scammon. ana ʒi.*
*Sp. d. Gemm.*
*Cubebar.*
*Cardomom.*
*Pyrethr.*
*Succin. alb.*
*Coſti,*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0391-2

*Caſtor.*
*Camph. ana* ℈i.
*Viſci. q.*
*Ungul. alcis,*
*Cinnabaris nativi an.* ℈iſs.
*Sal. Hyperic.*
*Beton. ana* ℈ſs.
*Ol. Succin. alb.*
*Spir.* ⊕*l. an. gut. xv.*

*Cum Syr. d.* Betonic. *f. pilulæ piſi magnitudine. Et hîc libet ſpiritum Sambuci Apoplecticum cum aliis Tincturis adjicere.*

## SPIRITUS SAMBUCI APOPLECTICUS:

R. *Herb. Salviæ* ℥ſs.
*Ivæ Arthet.*
*Majoran. ana* ʒij.
*Flor. primul. ver.*
*Lili. Convalli. ana* ʒiſs.
*Sem. Eruc.* ʒiij.

Quæ inciſa, & craſſo modo pulveriſata in ſ. q. Spiritus Sambuci maceranda, & poſt octiduum in B. M. ad ſiccitatem usque deſtillanda, addito fæcum ſale, pro ſpiritu ſambuci Apoplectico. In cujus parte aliqua Caſtoreum diſſolvi, & aliquoties transcolari poteſt. De qua miſtura tempore inprimis paroxyſmi Cochleare unum vel alterum pro cauſæ exigentia, inſtilletur, eademque palatum, Nares, Vertex, & Nucha fricentur. Blochvvitius l. d. c. 5. pag. 77.

## TINCTURA APOPLECTICA:

R. *Raſur. ungul. alcis,*
*Cranii human. ana* ʒij.
*Spec. Diamoſch. d.* ℈iiij.
*Corall. utriusq;*
*Marg. præp.*
*5. Lapid. pretioſ.*
*Sulphure calcinat. ana* ʒſs.
*Rad. Dictam alb.*
*Rhab. el. ana* ʒj.
*Viſci q.*
*Cubebar.*
*Cardamom. ana* ʒjſs.
*Fl. Salviæ,*
*Anthos,*
*Calendul. ana* ℈iiij.
*Nucis moſchat.*
*Galang.*
*pip. longi,*
*Coriandr. præparat.*
*Zingib. ana* ℈v.
*Sem. Citrin. excort.* ʒj.
*Zedoar,*
*Doron,*
*Been utriusq; ana* ℈j.
*Flor. borrag.*
*Bugloß.*
*Menth.*
*Meliß.*
*Nymph.*
*Violar. ana* ʒſs.
*Off. d. cord. cerv. num.* 4.
*Unicornu gr. xv.*
*Terr. ſigill.* ʒſs.

Roſ.

*Roſ. rubr.* ℈ij.
*Sp. Diamarg. fr.*
*de gemm. ana gr. xv.*
*moſch.*
*Ambr. griſ. ana gr. x.*
*M. F. cum Spiritu vini tinctura.*

TINCTURA APOPLECTICA ALIA:

R. *Spec. Dianiſ.*
*Diacaſtor.*
*Dianthos,*
*pleris archont.*
*Diamoſch. amar. ana* ℥ſs.
*Diatrion. pipere* ʒj.
*Caſtor.*
*Zedoar.*
*Caryophyll.*
*Nucis Muſchat.*
*Cinamomi ana* ℈ii.
*Zingib.* ℈i.
*Gran. pæon.*
*Xylo aloës,*
*Raſur. Unicorn. ana* ʒſs.
*Rhabarb.* ʒj.
*F. Tinctura cum vino Lavendulato.*

USUS:

Per ſe, vel cum Aqu. Ceraſorum nigrorum cum vino per ferment. deſtillat.

Alia ſimplicior:

R. *Sem. pæon,*
*Nucis Moſchat.*
*Coriandr. præp.*
*Viſc. q. ana* ʒij.
*galang.*
*Cubebar.*
*Cinamomi,*
*Macropip. ana* ℈j.
*Fl. anthos,*
*Tormentil.*
*Zingib. ana* ʒſs.
*Sacchar. q. placet.*
*F. Infuſio cum vino Malvatico ſuper Lilium convallium deſtillato.*

*CAPUT IV.*

## De BALSAMO APOPLECTICO CROLLII.

Recip.

OLei *Nuciſtæ expreſs.* ℥ij.
*Ambræ gryſeæ* ʒj.
*nigræ* ʒiſs.
*Moſchi* ʒj. ℈ij.
*Zibettæ ana* ʒijſs.
*Ol. ſtillat.*
*Lavendulæ, in quo Lilii convall. flores maduerint.* ʒſs.
*Ol. cinamomi* ℈ſs.
*Majoranæ* ʒſs.
*Caryophyllorum gut. vj.*
*Succini* ʒj
*Rutæ* ʒſs.
*Ex his omnibus ſecundùm artem mixtis fiat in juſtâ conſiſtentia Balſamum: qui volet aliquid de Balſamo Peruviano odorifero addere, ei erit integrum.*

De
BALSAMO APOPLE-
ctico alio:

R. *Olei Nucis Moſchatæ per expreſſionem facti* ℥j.
*Ambræ gryſeæ gr. xxvj.*
*Moſchi optimi,*
*Benzoes, Storacis calamit.*
*Laudan. optimi ana* ℈ß.
*Oleor. garyophyll. gut. xvj.*
*Lavendulæ,*
*Rutæ,*
*Anthos,*
*Cinamomi ana gut xx.*
*Succini gut. vj.*

Pulveriſata optimè cum oleo Nucis Moſchatæ in ſcutella aliqua argenteâ, vel orichalceâ cum piſtillo, *quàm optimè uniantur, ut in corpus unum* abeant.

Hinc admiſceantur olea deſtillata pedetentim, & Balſamus in vaſe benè clauſo ad uſum ſervatur. Apoplecticis, Epilepticis, & Vertiginoſis prodeſt, ſi extremitates manuum tempora & vertex eo inungantur.

BALSAM: APOPLECTIcus Dn. D. Henrici Julii Bökelii.

R. *Ol. Nucis Moſchat. expreß.* ℥ß.
*amb. gryſ.*
*moſch. ana gr. vj.*
*Zibeth gran. x.*
*Ol. Citr. gut. viij.*
*Succin.*
*Majoran.*
*Rutæ, ana gut. vj.*
*Cinamomi,*
*Garyophyll.*
*Lavendul. ana gr. iiij.*
*F. mixtura accurata.*

# PARS XV.
## DE
# SPECIFICIS GUTTURALIBUS.
## *CAPUT I.*
### DE
## LAPIDE BRUNELLÆ, SEU CRYSTALLO, VEL ANODYNO MINERALI.

LApis Brunellæ ideò dicitur, quòd inflammationi gutturis, quam Brunellam vocant, ac faucium ſcabritiei, confiniumq; partium inflam

flammationi, medetur præſentiſſimè.

R. *Nitri purificati q. v. liquetur in catino, poſtea injice aliquid 🜍 puri, vel, quod meliùs, florum Sulphuris, qui ubi deflagraverint, iterum aliquid 🜍 injice, idq; continua, donec pro qualibet uncia 🜕 injeceris ℈ij. vel ʒi. 🜍 & 🜕. planè purum fiat. Tum effunde ſuper marmor, vel tabulam Nitrum hoc modo præparatum. Pulveriſetur, ſolvatur in aqua Roſar. & filtretur. Aqua Roſarum dimidiâ parte exhalet, & in loco frigido in Cryſtallos pellucidiſſimos concreſcet nitrum. Aqua effundatur, atq; iterùm dimidia pars exhalet, denuumq; Cryſtalli colligantur.*

## VIRES ET USUS.

Maximo cum fructu in Brunella morboq; Hungarico uſurpatur. Inprimis verò convenit in colli gutturisq; vitiis, præſertim quando fauces, præ nimio æſtu, nigreſcere incipiunt.

Datur ejus drachma ſemis, vel drachma una, in aqua roſarum, ſempervivi, brunellæ, lactucæ, fauceſq; tali gargariſmate ſæpiùs eluuntur: ſiquidem omnem oris, & colli immunditiem tollit.

## Aliud.

R. *Herbæ malvæ hortenſis* Mj.
*Flor. Roſarum rubrarum.*
*Prunellæ,*
*Veronicæ,*
*Salv. ana* Mß.
*Rad. polypodii quercini* ℥ij.

*Coq. in aq. pura* ℔. iii. & *acet. vini* ℥vi. *usq; ad caſum transverſi pollicis, poſtea colentur, & colatura leniter exprimatur.*

*Poſtea f. talis Mixtum.*

R. *Spiritus* 🜔*li* ʒß.
*Vini* ℥ij.
*Mellis* ℥i.
*M. inſtar linimenti.*

Hoc linimento poſt adhibitum gargariſmum illinatur lingva, & imminutus guſtus paulò poſt redibit.

## VIRES & USUS.

Hæc mixtura excellens eſt ad omnis generis gutturis vitia, ſive ſit inflammatio, tumor, excoriatio vel exulceratio, &c.

Valdè etiam hîc *commendatur* Aqua ex cancris contuſis deſtillata, vel etiam ſuccus eorum ex vivis expreſſus, aliiſq; aquis pro gargariſmate admixtis. Plurimùm etiam hîc commendant Autores Aquam Ulmariæ, ſedi majoris & lil. alborum. Sed hæc ſufficiant.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0395-5

# PARS XVI.
# DE OPHTHALMICIS & ODONTALGICIS SPECIFICIS.

## CAPUT I.
## DE AQUA OPHTHALMICA QUERCETANI.

Recip.

*Croci Metallorum ʒi.*
*Aquæ Fœniculi ℥vi.*
*Filtra per chartam Empereticam.*

VIRES & USUS.

Habes hîc aquam Ophthalmicam mirandæ & ſtupendæ virtutis *contra Amblyopiam, Amauroſin & ſuffuſionem oculorum.*

Idcircò hæc aqua in his prædictis, ſimilibusq́; affectibus multò aptior eſt, quàm cætera quæque collyria ex corroſivis compoſita, quia omnis acrimoniæ expers eſt & citra ullum doloris ſenſum uſurpari poteſt, in Pharmacop. reſtituta mihi pag. 79.

DOSIS.

Inſtillatur una atq; altera gutta in oculos.

AQUA OPHTHALMICA ALIA.

Ex floribus etiam cæruleis de Cichorio ſecreta quædam aqua Ophthalmica parari poteſt, quâ ſi in affectibus oculorum tantùm palpebræ externè ſingulis diebus illinantur albugines, nubeculæ, ungues, *ſuffuſiones, caligo, imò ipſa* quandoq; cæcitas, mirificè tolluntur. Ejus autem præparatio fit hoc modo.

℞. Flor. Cichorii q.v. colligantur ante ortum Solis, Sole ſignum ♌. modò ingreſſo: Contundantur benè in mortario, admiſceatur ſacchari candi albi quarta pars, indantur vitro, ponantur ad Solem, ut reſolvantur in liquorem. Ad eundem modum, & ex Calendula præſtantiſſima præparatur aqua.

## CAPUT II.
## DE OPHTHALMICO CROLLII.

Recip.

Recip.

V*Ini Malvatici lib.* i.

*Aquæ ſtillatitiæ albuminum ovorum coctione induratorum lib.* i.

*Aquæ ſangvinis humani* ℥i.

*Aquæ Roſarum albarum, rubearum ana* ℥iii.

*Aquæ Chelidoniæ,*
*Rutæ,*
*Euphraſiæ,*
*Fœniculi,*
*Valerianæ,*
*Fumiterræ,*
*Pulegii ana* ℥ij.
*Mellis Virginei* ʒiiiſs.
*Aluminis Roch.*
*Sacchari candi,*
*Vitrioli albi ana* ℥ſs.
*Camphoræ* ʒiii.
*Salis Euphraſiæ,*
*Fœniculi,*
*Saturni ana* ʒi.
*Salis Margaritarum,*
*Corallorum ana* ℈ii.
*Caryophyllorum,*
*Zinziberis,*
*Maſtychis, ana* ʒi.

*Tutiæ præparatæ (id eſt, in Aquâ Roſarum & vino cretico ana ſexies extinguatur, ac tenuiſſimè teratur)* ℥iſs.

*Aloes* ℥ſs.

Terenda terantur, & miſceantur, ſtent in vitro clauſo, aut in caloris digeſtione per menſem, vel, quod meliùs, ſub dio Soli & Rori exponatur per 40. dies quotidiè movendo aliquoties, ſic demum inſolata promenda uſui. Qui in vaſe Aurichalcino vult parare & exponere, faciat pro libitu.

Nota, Aloen in mortario cum aquis dictis prius remiſcendam movendo quatenus in aquam abeat, & ſtrigmenti modo coëat; idq; donec Aquæ remiſceatur, poſtea reliquis addatur.

USUS.

Ad omnes oculorum affectiones.
Lippitudines,
Nebulas,
Fiſtulas & ejusmodi.

## MODUS APPLICANDI.

Jaceat in lecto æger ſupinus, & injecta intra apertos oculos aquæ lachryma, vel gutta, cum pluma gallinæ nigræ indatur, claudat, reſeretq; oculos infirmus, ut per oculorum cavitates, *intruſa aqua per oculum diffundatur*, faciat id bis, tervè in die, & curabitur.

Si nebulæ fuerint ſupra vel infra corneam, conficito pulverem è Saccharo candi, Alumine combuſto & ſepiæ oſſe, ſed tenuiſſimè contuſo & ſuccreto per incerniculum, ut tactum effugiat, & cùm cubitum pergit æger ex canaliculo *pennæ*, parùm de hoc pulvere inſuffletur; moxque Aquæ guttam inſtillabis,

oculos

oculos claudat ac dormiat, nam citiſſimè diluetur.

Vel ſi ſint maculæ, miſceantur cum uncia ſemis illius liquoris Ophthalmici, Laterini olei quater rectificati, & Olei Fœniculi ſemel rectificati, ana gut. iiij. item duæ guttæ Olei Succini rectificati, ac in die de hoc Liquore benè mixto bis, manè & veſperi ſemper una atque altera gutta oculo indantur Mirum & ſtupendum Ophthalmicum fit è Cancris & Chelidoniâ. Quod ſi debito artificio & tempore præparetur oculos ad deſperationem læſos virtuoſiſſimè reſtituit & omnia vulnera intra 24. horarum ſpatia conglutinat. Croll. p. 149.

## *CAPUT III.*

## DE AQUA OPHTHALMICA HARTMANNI, & aliorum:

Recip.

*Fol. Euphraſiæ,*
*Rutæ,*
*verbenæ,*
*fœniculi ana Mj.*
*ſummit. roriſmarini,*
*ſalviæ,*
*flor. roſ. ana p. j.*
*bacc. juniperi* ℥i.
*Caſſiæ ligneæ* ℥ſs.
*Ligni aloës* ʒſs.
*Sem. Fœnic.* ʒij.
*Sileriſ. montani* ʒi. *rutæ* ʒſs.

*Infunde in Vini Malvat.* ℔. *vi. macerentur per quindenam, poſtea deſtillentur. Hujus cochl.* ſs. *vel i. manè jejuno ventriculo ſumtum viſum eleganter confortat.*

### De AQUA OPHTHALMICA D. Arniſæi in Officinis Hafnienſibus uſualis.

R. *Panis tritic. ſeu cruſt.* ℔. i.
*Macer. in ſ. q. lactis*
*Mell. ſimpl.* ℥iij.
*Roſati* ℥ij.
*Baccar. juniper.* ℥ſs.
*Laur.* ʒij.
*Herb.* Calaminth.
Origan.
Roriſmarin.
*Euphraſ.*
*Chelidon. maj. an. Mj.*
*Flor.* Roſar.
*Fabar. an. p. ij.*
*Sem. Fœnicul.* ʒvi.
*Fœnugr.* ℥i.
*Ocymi* ʒi.

*Contund. & infundantur in Vin. alb.* ℔. iii.
*Aqu. Euphrag.*
*Plantag. an.* ℔. iii.
*Roſar.* ℔. iſs.

*M. ſtill.*

M. ſtill. per M.B.
S. ut ſupra.

## AQUA OCULARIS ALIA EXTERNA.

R. Lapidis ſciſſilis Schieferſtein/ in-
fruſta contuſi ℔.ß.
Aquæ fontanæ claræ
vel pluviæ, quæ præſtat, ℔.iv.
Olei albi ℥ß.
vel ad ſummum ℥vj.

Coque ebulliendo in ollâ, & inter coquendum ſpumam diligenter remove ad caſum 2. digitorum transverſorum, poſtea per filtrum mitte, & vaſe benè clauſo ſerva. Uſus quotidianus eſt immittendo in oculum manè & veſperi guttas aliquot.

Hûc optimè quadrat Aqua Ophthalmica Viri Clariſſ. Dn. Doct. Hermanni Conerdingi, quæ talis.

R. Succi Anagallid. rubr.
Apii,
Fœnic.
Beton.
Majoran.
Chamædr. Ver.
Pimpinell.
Euphraſ.
Salviæ,
Fragariæ, ana part. æq. ℥i.
vel ij.

Adde Urinæ pueri impubis pondus tale, ut liqueſcat & mergantur.
Mellis partem tertiam,
Pip. contuſ. gr. xij.

Miſceantur, & ſerventur in Vitro ad Solem diu agitando, poſtea colentur, à reſidentiâ, dimidia pars deſtilletur per Balneum: altera ſervetur Uſui.

## AQUA OPHTHALMICA, D. D. Winckelmanni.

R. Frag. rec. unc. xviij. Sacch. Canarii unc. iv. ſtent in loco calido per 3. ſeptiman. deſtilla poſtea & utere. Aqu. florum Sambuci cum aliqua portione Aqua Roſaceæ permiſta dolores Ophthalmicos mirè demulcet, Viſumq; roborat. Cui interdum aliquid Tutiæ præparatæ ad pruritum faciliùs ſedandum cum nodulo immergendum, ſpongiolaq; Sambucina in aqua Pulegii macerata Nuchæ applicanda.

Utilis etiam eſt ſequens LIQUOR palpebris cum pluma inunctus.

R. Fl. Sambuci M. Junio, ante ortũ Solis collect. & à ſtipitibus mundat. q. v. contunde in mortario marmoreo, & inde Vitro, quod opturetur, & per menſem radiis Solaribus exponatur. Hinc paſtâ Secalinâ involvatur, & cum reliquis panibus in furnum piſtorium ad coquendũ immittatur. Quô exemptô ac aperto, liquorem quendam oleagineum reperies, quem in alio Vitro accuratè aſſerves. Spongiolis Sambuci in Aq. fl. optimè maceratis, ut inſtar Galredæ intumeſcant, ſordes ac ſanies in Ophthalmicis, nec non ulceribus, & Vulneribus oculorum optimè detergentur, ſuperimpoſito mox folio ſambuci tenero & recenti. Blochvvitius l. d. 53. c. 8. pag. 87. 88 9.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0399-1

UNGVENTUM OPHTHALMICUM PENOTI.

R. *Tut. præparat.* ℥iiſß.
*Camphoræ* ʒij.
*Virid. æris gr. xij.*

*Tutiam cum Camphora ſimul contere in mortario, ac ſeorſim, omnia verò ad pulveris impalpabilis conſiſtentiam, tum*

R. *Butyr. recent.* ℥ii
*Aqu. Roſar.* ℥ii.

*Bulliant leviter ſimul, & ab igne remotis primùm Tutiam cum Camphorâ, deinde æs viride ſenſim immiſce agitato optimè & in vaſe vitreo reconde.*

*F. Ungv. quod per ſericum transcoletur, quo inunge interiores palpebras, præſertim circa angulos.*

## CAPUT IV.
## DE
## SPECIFICIS ODONTALGICIS.

Odontalgica, quæ mihi in uſu, plerumq; ſunt hæc.

*R. Ol. Garyophyll. rectificati unciam ſemis, ſolve in illo* ʒſß. *Camphoræ, adde poſtea Spiritus Therebinthinæ, quater rectificati unciam ſemis, & mixtum hunc liquorem ad neceſſarios uſus ſerva.*

### VIRES & USUS.

Gutta j. vel altera denti dolenti croſo cum Goſſypio indatur, ad ſopiendos dolores. Croll. in Baſil. Chymic.

Majori efficaciâ ſatisfacit Oleum Camphoræ goſſypio exceptum, dentiq; dolenti appoſitum. Quod ſanè Rulandus cent. 2. curat. 3. certo experimento cognovit, aliis remediis incaſſum adhibitis.

Khunrath. ſimiliter Oleum Camphoræ expertus eſt in Odontalgiâ, mixtum tamen cum Ol. Juniperi & Caryophyllor.

Ita Radices Sambuci in aceto & Vino coctas & gargariſatas pro ſingulari experimento commendat Raymundus Mindererus in Medic. Militari c. 10. nec ab ullo quopiam medicamine tàm repentinum levamen in dolore hoc intenſiſſimo ſe cognoviſſe teſtatur, ut:

R. *Rad. Sambuc. in taleol. diſſect.* ℥iiſß.
*Acet. Sambuc. vel ſimpl.*
*Vini albi ana unc.* ſß.

*Coqu. pro gargariſmate & collutione oris, quæ ſæpiùs exſpuenda & renovanda.*

### VEL:

R. *Cort. Median. Sambuc. & flor. ana M. i.*
*Spongiol. Sambuc. num.* 1.

*Coq. itidem in S. q. aceti & vini, & uſurpentur.*

*Ubi verò VERMIUM ſuſpicio in dentibus excavatis adeſt, fovea infarciatur*

*ciatur, aut dente ſaltem mordicus teneatur Spongiola Sambuci. Vapor etiam ex Medicamento priùs præſcripto per infundibulum in os poteſt excipi. Blochvvitius libro d. c. 7 p. 84. 85.*

*Videatur itidem tractatus Dn. D. Joann. Stephani Strobelbergeri de Podagra dentium per totum.*

## CAPUT V.
## De AQUA ODONTALGICA CROLLII, p. 198.

Paratur hoc modo:

R. *Serpilli,*
*Origani,*
*Salviæ,*
*Mentaſtri.*
*Hydropiperis, ſeu Perſicariæ,*
*Raſuræ Guajaci,*
*Tamariſci,*
*Buxi ana M. i.*

Affunde Spirit. Vini Opiaticum, videlicet à Laudani Confectione reſiduum, ad eminentiam trium vel quatuor digitorum, ſtent in calore, vitro clauſo, donec tingatur Spiritus. De hôc Spiritû tincto tantillum in ore côtineatur parte illâ, ubi ſunt dolentes dentes, poſteà iterùm exſpuatur; reiteretur, ſi opus eſt; ſi dens ſit concavus, goſſypium intinctum imponatur.

Efficaciſsimè omnes dolores dentium ſopit.

Hujus generis eſt etiam Tinctura ſequens.

R. *Pulv. Corall. rubr.*
*Margarit. præpar.*
*Ocul. Cancr.*
*Oſſium. Dactylor. ana ʒß.*
*pulv. C. Cerv.*
*Oſ. ſepiæ. ana ℥i.*
*Pumicis,*
*Thuris,*
*Maſtich. ana ʒiij.*
*Cinamomi,*
*Caryophyll.*
*Nuc. Moſchat.*
*Zingib. ana ʒij.*
*Lign. aloes ℥ß.*
*Camphor. ℈ß.*
*Staphid. agr. ʒi.*

*Cum aceto, vel Vino fiat Extractio tincturæ, quæ continenda Calida in ore. Si fortior erit, adde Rad. Urticæ, tormentill. pip. long. Zingib. pimpinell. ana q. v. Joann. Dan. Mylius in Antidotar. Medico-Chym. l. 4. c. 3. pag. 599.*

### De TINCTURA ODONTALGICA D. TIMAEI.

R. *Raſur. lign. ſanct. ℥i.*
*Buxi ℥ß.*

*Sem. Hyoſcyam. alb.* ℥iij.
*Fol. Origan.*
*Serpill.*
*Salviæ ana* ℥ii.
*Cortic. interior. Pini,*
*Sambuci ana* ℥iii.
*Rad. Pyrethri* ℥ij.
*Santal. rubr.* ℥iiß.
*Caryophyllor.* ℥ß.
*Balauſt.* ℥i.
*Alumin.* ℈ij.
*Opii Thebaic. puriſſ.* ℥iii.
*Spirit. Vini ex Laudan. Opiat. reſidui q. ſ. ad eminentiam 4. digitor.*

*Digerantur in B. M. per triduum; poſtea filtrentur in* Colatur. *diſſolv. Eſſent.* Croci ℥ß.
*Camphor.* ℈i. *M.*

De
## LAUDANO OPIATO.

Hujus Laudani (cujus deſcriptio ſuo loco habetur) aliquot grana indantur denti dolenti, & ſtatim levamen ſentitur. Alii hâc compoſitione utuntur.

R. *Laudani Opiati gr. v.*
*Sem. Juſquiam,*
*Apii ana gr. iij.*
*Cum Syrup. de papav.*
*fiat pilulæ duæ, quas ægrotans intra dentes teneat, & brevi ceſſat dolor.*

## SECRETUM TACHENII in dentium dolore:

Magnetem cælo ſereno pulveriſa, calcina in olla vitreata, donec viridescat; hujus cum farinâ ſubtiliſſima & vino & tragacanth. an. F. Rotulæ, dentibus impoſitæ dolorem in momento ſiſtentes.

## TROCHISCIS IN DOLORE DENTIUM:

R. *Opii puriſſim.* ℥ij.
*Pulver. Caryophyllor.* ℥jß.
*ol. nuc. moſchat. per exp. fact.* ℥j.
*Camphor.*
*Extract. Croc. an.* ℈j.
*M. F. Trochiſci illinendi oleo Caryophyllor. vel ſi ſcorbutus infeſtet, oleo cochleariæ.*

VEL:

R. *Rad. pyrethri pulveriſat.* ℥ß.
*Maſtich. el.*
*Opii præparat. an.* ℈j.
*Camphoræ* ℈ß.
M. F. *cum ol. Myrrhæ per deliquium l. a. in ovo cocto facto Pilula denti dolenti applicanda.*

## *CAPUT VI.*
De
## UNGVENTO ODONTALGICO.

Recip.
UNgvent. *Arragon.*
*Roſarum. ana* ℥ß.
*Storacis liquidæ,*

*Ol. nucis moſch. expreſ. ana ℥i.*
*Vitrioli calcinati ℥iſs.*
*Aluminis uſti ℥i.*
*Olei Roſarum compoſ.*
*Spicæ ana ℈ſs.*
*Spiritûs ♁ris per Campanam factі ℈i.*

*Fiat Ungventum, quo ungatur externè locus, ubi dolor, bis in die.*

## De
## MIXTURA ⊖LI AD DENTIUM DOLORES.

R. *Aqu. Serpilli,*
*Salviæ, ana unc. iii.*
*Spiritus ⊖li ℈ſs.*

*Commiſceantur, & de hoc calidè aliquid detineatur in ore, eo colluendo dentes.*

## De
## EMPLASTRO QUODAM:

R. *Allii dentem unum,*
*Theriacæ parum,*
*Telam araneæ puram,*

Comſcindantur invicem & miſc. F. Emplaſtrum, quod ſi venæ medianæ bracchii, eo loci quo dentes dolent, per aliquot horas imponatur ſtatim intenſisſimi dolores ſiſtuntur, nec per aliquot annorum ſpacia recurrunt.

Hoc emplaſtrum miræ virtutis à Dn. D. Sacco Northuſano & in cathedrali templo Magdeburgenſi, primo Evangelico Eccleſiaſte, in concione quadam funebri Munchuſanâ colla utator communicatū ſibī in odōtalgiâ propriâ comprobatū.

## CAPUT VI.
## DE
## OLEO HERACLINO.

PAratur hoc ex Corylo, dum floret, non aliter ac Oleum ex ligno Guajaco, & utilisſimum eſſe creditur ad Epilepſiam percurandam, dentium dolores ſopiendos, & vermes è corporibus profligandos.

VEL.

R *Ol. heraclin. Ruland. ℥j.*
*Camphoræ ʒſs.*
*Caryophyllor. ℈ſs.*
*M. applicentur aliquot guttulæ cum goſſypio.*

Odontalgiam ex quacunq; causâ ortam, ex quâdam ſpecificâ proprietate tollit radix lapathi acuti (ante germinationem vere præſertim collecta, mihi familiaris) exſiccata, & denti dolenti applicata.

Idem præſtat, ſed remiſſus rad. lappæ majoris, dolores ſubitò aufert,



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0403-4

fert, humoremq́; ſuperfluũ extrahit.

Si fiunt dolores ex deſtillationibus, decoctum rad. urticæ majoris alii uſurpant cum pauxillo nucis moſchatæ raſæ & croci, in Vino Aduſto & acet. ana paratum quod calidè in ore, locovè dolente retentum, humores illapſos mirabiliter extrahit. Ab initio quidem videtur dolor augeri, ſed paulò pôſt mitigatur & deſinit.

Idem præſtat decoctum Guajacĩ cum vino & aqua paratum.

## *CAPUT VIII.*

## De TINCTURA ENULOTICA DN. D. CUNRADI FROMMANNI in Imperiali Northuſanorum Phyſicis Ordin.

Recip.

*Flor. roſar. rubr.* ℥ß.
*Pulv. radic. biſtort.*
*pentaphyll. an.* ʒvj.
*Ireos* ʒij.
*lign. guajac.* ℥ß.
*Rhod.* ʒv.
*fol. cochlear.*
*ſalviæ*
*aquileus an.* Mß.
*Irrorentur Spirit.* 🜔 ʒij. *optimè vitrum agitando; hinc poſt duodecim horas adde Gumm. Lacc. opt. pulveriſ.* ʒiij.
*Alumin. uſt.* ℈iiij.
*aqu. Salviæ* ℥iiij.
*aquileg.* ℥jjß.
*prunell.*
*verben. an.* ℥iiß.
*roſar.* ℥v.
*Spirit. cochlear.* ʒijß.
*Phlegmat. vitriol.* ℥iß.
*Stent in digeſtione, donec perfectè tingantur. Hinc color rubicundisſimus filtretur.*

Vires obtinet ſummas in dentium mobilitate, putredineq́; gingivarum, ac earundem conſumptione, ſi videlicet ipſæ ſæpius eâ colluantur & fricentur.

VEL:

R. *Tinctur. enulotic. hujus* ℥ß.
*aqu. chelidon. minor.* ʒvj.
*Syrup. flor. aqu. leg.* ℥j. *M. opt.*
*D. ſ.* Mund-Waſſer.

# PARS XVII. DE PECTORALIBUS.

CAPUT

## CAPUT I.
## DE OLEO SULPHURIS AUREI COLORIS.

Recip.

*Sulphuris crudi, q. v. Impone Vaſi fuſorio ſuper prunas, ut ſolvatur; ſolutum ♆ effunde in aquam ferventem, exemptum denuò ſolve, inq; eandem aquam immitte, idq; duodecies reitera, & invenies ♆ Butyri inſtar liquefactum. Iſtud inde Retortæ, ſuperaffuſo optimo Spiritû Vini, inq; lento coloris gradu per deſtillationem abſtrahe, & exibit poſtea Oleum aurei coloris, boni ſaporis, & odoris Oleum Spiritui ſupernatat, quod ſtatim lege artis ſeparandum.*

USUS.

Uſus ejus eſt frequens ad morbos Pectoris, nec non in obſtructionibus viſcerum, ut & peſte.

DOSIS.

*A. gutt.* iiij. *ad* xij. *in convenienti vehiculo.*

### DE OLEO vel SPIRITU ACIDO SULPHURIS.

Habendum eſt Vas vitreum latum, paropſidis vel patinæ inſtar, è cujus centro ſeu medio ſurgat meta, ( tripus, vel aliud aliquid metæ vices ſupplens ) ſupra quam catinus vel crucibulum ſtatuatur, ſulphure repletum. Sulph. accenditur. Supra Sulph. Campana vitrea ſuſpenditur, eâ diſtantiâ, ne flamma tangat Campanam; fumus ex Sulphure accenſo aſcendens, in Campanâ coagulabitur, & ex Campanæ oris deſtillabit in ſuppoſitam patinam.

Alii etiam per Retortam tubulatam Oleum vel Spiritum Sulphuris deſtillant: ſed prædictus modus, præ cæteris mihi videtur commodiſſimus: cuilibet tamen judicium de utraque deſtillandi methodo liberum relinquo.

USUS.

Spiritus Sulphuris acidus per Campanam factus eaſdem vires habet, *quibus etiam Spiritus ⊖li inſignitur*, putredines arcet, in phthiſi autem, aſthmate, ſangvinis ſputo, catharris ſuffocativis, aliisque pectoris affectibus, debitis vehiculis adminiſtratus, ſuâ laudem obtinet.

OBSERVATIO.

Ubi *abſumtum eſt Sulphur*, novum ſufficiendum eſt: ſi conclave ſit clauſum, major olei quantitas colligetur, & præcipuè, ſi locus humidus. Quapropter diebus pluviis major quantitas Olei hujus, quàm diebus ſiccis; & hyeme, quàm æſtate, colligitur. Utile eſt *campanam* initio madefacere.

Ego quidem communi hâc viâ ad hoc Oleum *colligendum* utor, &

nunquam

nunquam non voti compos mei fio.

Sunt tamen, qui hanc ſequentem meliori notâ commendant.

## De ALIO MODO PRÆPArandi Spiritum Sulphuris.

Primô in qromptu habeas Retortam feneſtratam, *quæ* habeat tubulum prominentem in dorſo. Eam luto craſſo munitam in arenam loca, ita, ut poſſis expeditè ad tubulum accedere.

Roſtro applica ampullam, in quâ ſit aqua frigida (vel tantùm ponatur ampulla in aquam frigidam) Igne ſuppoſito, Retortam fervefacito, & per tubulum immitte portionem Sulph. ut in eâ deflagret. Fumus *tranſiens in receptaculum, ſuper* aquâ conſiſtit. *Immitte ordine portiones* plures, donec ſufficiens Oleum habeas, quod ab aquâ ſeparatum ſerva.

### NOTA:

Si prorſus aerem denegaveris, fine fruſtraberis, & quod Schrödero accidit, qui lacteſcentem liquorem loco ſpiritus obtinuit, omnis aciditatis expertem.

### VIRES & USUS.

Uſus Spiritûs vel Olei Sulphuris eſt:

1. In Catarrho ſuffocativo.
2. Præterea oleum Sulph. ita efficax, ut neque vivum corpus, neque mortuum ad putredinem tranſire ſinat, ſed adeò integrum tueatur, ut nulla vel cœleſtis impresſio, vel ab alimentis profecta corruptio, vel ab aliâ causâ inducta, obeſſe ei posſit.
3. Inſuper multis, tàm internis, quàm externis vitiis adverſatur: ut Verrucis, Strumis, Orexi, Hydropi, Urinæ ſuppresſioni, Aurium tinnítui, Colicæ, Dentium dolori, Epilepſiæ, &c.
4. Imò omnes ardores Febriles extingvit mirificè, cæteraque ferè omnia, quæ Spiritus Vitrioli præſtat, efficit.
5. In Tusſi verò, Phthiſi & ſputo ſangvinis rarò datur ſine periculo.
6. In Aſthmate nihil præſtantius eſſe, aliquoties expertus ſum, *cum aquâ fontanâ mixtum.*
7. Item utilisſima hæc aciditas ad Vermes, Peſtem, diſſolutum Stomachum, Febres & Pleuritidem.
8. Exterius quoque prodeſt in procidentiâ ani hôc modô:

R. *Oxymell. ſimpl. q. ſ.*
*Olei Sulphuris hujus,*
*Quantum ad tolerandam aciditatem ſufficit, cum Spongiâ in eo madefactâ inteſtinum tange, intraq; corpus etiam per dies aliquot exhibe.*

### OBSERVATIO.

Mirum, quod ab uſu Sulph. excrementa alvi, moſchi odorem referant: quæ res myſterio non caret.

Sulphur apud Græcos vocatur

θεῖον,

Θεῖον, non ſolùm mehercle, quod ἀναθυμίασις ſulphurea ſit Κεραύνιον πῦρ ſed quòd in eo Divini quiddam delitescere comperti ſint Philoſophi

DOSIS.

*A gutt. v. ad xij. in convenienti vehiculo.*

OBSERVATIO.

In exhibitione Olei, vel Spir. Sulph. ut & Spir. ⊕li ⊖lis vel ♀ris, vel alterius qui acriorem ſaporem habet cavendum ne infantibus, pueris, puerpuris phtiſicis, vel iis, qui pejus ſeſe habent ab ejus uſu, dentur. Oleum Sulph. gravidis quoq; exhibendum.

## *CAPUT II.*

DE

## FLORIBUS SULPHURIS ALBIS.

R. ⦶ *purificatum, liqueſcat, & injiciatur Sulphur. ſicut, dum ſal Brunella paratur, fieri ſolet; ſed id tamdiu continua, donec coaguletur, in igne. Quod ubi accidit, ignis augeatur, & operculo ſupra catinum poſito etiam ſupra ignem accende, eumq; horis duabus continua.*

*Tandem ubi omnia refrixerint, invenies* ⦶ *fixum.*

R. *Hujus partem unam, Sulph. optim. & elegantiſs. part. ij. probè miſceantur & ſublimentur in igne arenæ, & flores fiant albiſſimi.*

De

### FLORIBUS SULPHURIS CROCEIS.

R. *Sulphuris,* ⊕*li calcinati ana lib j. Alii addunt ad lib. 1. Sulphuris* ⊕*li calcinati, &* ⊖ *communis ana lib. ß. Alii aliam proportionem obſervant, quæ tamen neminem perturbare debet, nam in hôc labore maximum eſt, ſi ignem regere noveris. Additamenta enim, quæ pauciora fuerint, eo* △ *ſufficit mitior. Quamcunq; autem proportionem obſervaveris, Sulph. & additamentum diligenter miſce & pone in ſublimatorium in cineres, atque impoſito Alembico, primum lentum ignem adhibe, & poſt duas horas vapores humidi attollentur, ac liquor quidam acidus exſtillabit. Poſt horas 4. vel 5. flores ſublimari incipient, itaq; roſtrum Alembici claude, ignem auge, & flores attollentur. Calor non ſit major, quàm ut poſſis manum aliquandiu in Alembico ſine damno retinere. Atq; ita continua ſublimationem. Flores ſublimati cum novo additamento, ſeu Vitriolo calcinato miſcendi, & ita ſublimatio ter, vel quater repetenda. Floribus tertiò, vel quartò ſublimatis nonnulli addunt myrrhæ, aloës ana partes tres, & croci partem unam, atq; iterum ſublimant, eosq; in Peſte exhibent.*

OBSERVATIONES.

Signum perfectæ ſublimationis inde cognoſci poteſt, quando caput mortuum friabile, & poroſum, & prunis aſperſum non ardet. Id enim ſignum privationis omnis bonitatis.

De

Floribus ♆ris per ſe abſq; additione.

Cucurbita terrea, & cùm priùs duo Alembici vitrei congrui ſint ſelecti, ita ut unus poſt alium adhiberi poſſit, locetur priùs vacua in arenam, quæ ubi gradibus ignis paulatim fuerit excalefacta, immitte ♆ris communis in fruſta conquasſati manipulum unum atq; alterum, & appone Alembicum, videbis paulò poſt flores elevari, ſi modò ignis juſtè adminiſtratus fuerit; aliàs ſi intenſioris fuerit, jacturam patieris operis. Quod ſi itaq; non nihil florum in Alembicum elevatum fuerit, illo ſublato, alter ſubſtituatur, & identidem Flores, ſic repetitis ſæpè alternis Alembicorum vicib9, colligantur. Quòd ſi elegantiores & puriores adhuc deſideres; hanc florum operationem, ſemel atque iterum reiterare poteris.

VIRES ET USUS.

Flores hi valdè reſiſtunt Putredini, ac propterea in Peſte tàm præſervationis, quàm curationis gratiâ cum Theriaca utiliter uſurpantur.

2. Præſervant & à febribus.

3. Sudorem movent.

4. Proſunt omnibus Pectoris & Pulmonis vitiis.

5. Reliquis Oleis ac Ungventis additi ſcabiem, ac puſtulas ſanant.

6. Tandem Hydropi, aliisq; morbis & affectibus, exſiccatione opus habentibus, valdè conducunt.

DOSIS.

*Dantur à ℈ß. ad ℈iß. vel ʒi. in Rotulis, Syrupis, Electuariis, vel alio convenienti vehiculo.*

De

FLORIBUS ♆ris COROLLATIS.

℞. *Corall.* ℔j.

*Flor. ♆ris* ℥iiij.

*Tere minutiſſimè & M. ſublimaq; ut dictum; △ profluentem ſeorſim primò collige dein flores.*

*Habentur præſtantiores, quam vulgares ♆is flores. & ſi ex his fiat* Balſa*mus ſulphuris, optimè pulmonibus conducere perhibetur.*

Plura vide ap. Joan. Dan. Mylium Baſil. Chymic. l. 5. c. 3. pag. 674. 675. & ſeqq.

CAPUT

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0408-3

## Caput III.

## De
# LACTE, SEU CREMORE, MAGISTERIO, AUT Butyro Sulphuris, ſecundum præparationem Crollianam.

Recip.

Sulphuris flavi, triti & cribrati, vel Florum 🜍ris partem unam, & Salis Tartari partes tres, pone in vitro ore capaci, luto obducto: collocetur in arenam, affundatur aqua pluvialis deſtillata ad eminentiam 6. digitorum. Vitri quarta pars ſit vacua, quæ extra arenam promineat. Subjice ignem ſucceſſivè, ut bulliat, lignea ſpatula diligenter agitetur, donec ſuphur ferè omne *in illis ebullitionibus ſolutum ſit, quod ſpatio 5. vel 6. horarum fit;* tunc enim liquor rubeſcit, mediocriter ſaltem ſe inſpiſſando inſtar lixivii. Si aqua inter ebulliendum evaneſcit, adfundatur alia fervida. Vltimò ubi ferè omne Sulphur ſolutum eſt. & liquor rubeus ad eminentiam 3. digitorum tranſverſorum reſtat, tunc ita calidè filtratur per chartam Emporeticam, & defiltrata calida ſolutione parùm in alio vitro ponitur, & confeſtim dum adhuc calet, adfunditur vinum; (ſunt qui aceto deſtillato utuntur, ſed vinum præſtat) lentè, celeri tamen & alto lapſu, tamdiu, donec colorem ſpiſſi lactis acquirat. Hoc poſtea in peculari vitro ſervatur, & proceditur eodem modo cum reſtante ſolutione calida & vino. Vltimò omnem lacteum liquorem miſce, & pone in loco tepido, donec albedo 🜍 à vino cærulei & rubei coloris in fundum deſcendendo ſe ſeparaverit, abſtrahe tunc vinum per inclinationem, & adfunde aquam pluvialem deſtillatam miſcendo: ſtet diem ac noctem, ac iterùm effundatur, adfundendo novam. Hoc toties reiteretur, *donec nulla nigredo, ſeu impuritas in aqua ampliùs appareat,* nec ſenſibilis fœtor. Poſtea poſt debitam reſidentiam & effuſionem aquæ ſiccatur per ſe in Hypocauſto, & ſervatur inſtar pollinis, vel antequam planè *ſiccetur, miſceatur* aqua Cinamomi, *vel alia* appropriata, ut fiat pultis inſtar, ſeu Lactis, & priusquam ad uſum Medicum adhibeatur, diligenter moveatur. *Unzer. in Tractat. de Sulphure pag. 82.*

## De
# ALIO MODO PRÆPArandi Lac Sulphuris.

R. *Florum* 🜍*ris* ℥iij.
*Liquoris* ♀*ri* ℥ix.

 *Digeran-*

*Digerantur in igni lento, donec 🜍 ſolvatur, & rubedo appareat; hanc filtra, & cum vino, vel aceto guttatim inſtillando præcipita, & poſtea cum aquâ roſarum, melioris odoris gratiâ edulcora.*

## De ALIO MODO PRÆPARANDI Lac Sulphuris.

℞. *Flor Veneris, vel Sulphuris puri partem unam, Salis 🜿ri partes duas, liqueſcant in crucibulo. Liquefactis affunde aliquid aquæ calidæ, mox affunde in patinam aquam calidam plenam, & ſtatim filtrentur, affundaturq; paulatim vinum, (alii acetum deſtillatum uſurpant) donec totus liquor albeſcat, & lac in fundum præcipitari incipiat, quod effuſo liquore colligatur & exſiccetur.*

## VIRES & USUS.

1. Balſamum eſt humidi radicalis.
2. Confortat vires naturales.
3. Purificat ſanguinem ab omnibus impuritatibus, unde varii morbi oriri ſolent.
4. Præſervativum Apoplexiæ,
   Convulſionis nervorum,
   Lepræ,
   Luis venereæ.
5. Specificum Pulmonum; præſervat, ac ſanat Aſthma.
6. Tollit antiquam & recentem Tuſſim.
7. Conſumit & exiccat fluxûs capitis.
8. Confortat Cerebrum.
9. Ventoſitates Ventriculi & colicam impedit.
10. Hecticis, & aridis peculiariter ſuâ confortatione prodeſt, cum aquâ Cinamomi, ſi miſceatur, ut fiat inſtar lactis liquidi.
11. Phtiſicos oculariter juvat, agendo in humidam radicale, teſtimonio ægrotantium.
12. In Arthritide, Podagrâ, Schiaticâ, & ſimilibus morbis, ſummoperè etiam conducit. Ignis occulti inſtar conſumit morbum non aliter, ac ignis vulgaris lignum abſumit.

## DOSIS.

*Tantum pulveris miſcetur, ut vehiculum quaſi albicante colore tingatur: manè & veſperi j. cochl. exhibeatur.*

*Offertur in Aquis Cinamomi, Meliſſæ, Lavendulæ, vel in Spiritu vini.*

## OBSERVATIO.

Priusquàm Lac Sulphuris ad uſum medicum adhibeatur, diligenter vehiculo, vel liquori immiſceatur. Oleum, Flores, & Lac Sulphuris gravidis non temerè offerantur, quia menſes promovent.

## NOTA:

Lac tamen 🜍ris ſeu præcipitatum hoc omninò in phtiſicis ſeu tabidis cautè eſt exhibendum, nec unquam

quam convenit, niſi in eo genere, cum multa pituita abundaverit, quod aliquando fieri etiam Fracaſtorius obſervavit. In hecticis verò & aridis tantum abeſt, ut juxta Crollium, ſit balſamum humidi radicalis, & tanquam ſpecificum pulmonum remedium, quin potiùs agat inſtar ignis occulti, & reliquias humidi radicalis conſumat atq; exſiccet.

Itaq; cum flores 🜍 & hujusmodi reliqua ſudorem moveant, non niſi in aliis infirmitatibus conveniunt, quàm quæ à causâ frigidâ & humidâ proficiſcuntur.

## CAPUT IV.
## DE BALSAMO SULPHURIS, VEL RUBINO SULPHURIS.

Etſi alii aliter, Balſamum hunc præparant, nobis tamen ſequens compoſitionis modus præ cæteris magis probatur & arridet.

Sume igitur *V. G. Florum Sulphuris ter ſublim. unc. iij. Pone in Cucurbitam vitream orificii anguſtioris*, iisq; ſuperaffunde Spiritûs Terebinth. clari & puri unc. vj. Vitrum ſuperne probè occluſum, ne quid inde expiret, colloca in catinum arenarium ſeu (vulgò ut vocant) capellam. *Quô factô, ignem* carbonum ſubjicito, primo quidem lentum, per binas vel tres circiter horas, quo paulatim in catino arena calefiat; Deinde ignem fortiorem reddito, quousq; materia in vitro ebullire incipiat. Signo hoc ebullitionis apparente, ignem in æquali gradu ſemper conſervato, donec Floribus omnibus planè diſſolutis, menſtruum tuum affuſum, colore rubicundisſimo, Rubini inſtar imprægnatum appareat. Huic menſtruo ita colorata mox aliæ unc. iij. dictorum Florum addantur, atq; iterum in arenâ calida ſtent, eò usq; *dum prorſus etiam diſſolvantur. Hinc Vitrum ſeu Cucurbitam exime* ex arenâ, & materiæ diſſolutæ affunde Spiritum Vini optimè rectificatum, ad eminentiam circiter 3. vel 4. digitorum. Claude vitrum exactè & ſic relinque *in arenâ, vel alio loco calido per biduum*, donec Spiritus Vini ſangvineo tingatur colore. Hunc effunde, aliumq; novum Spiritum priori materiæ adpone, qui rurſus ſtet, donec rubicundisſimum colorem attrahat, ſeu induat. Et hunc laborem toties reitera, quousq; dictus Spiritus *non* amplius tingatur. *Tandem* omnem hunc ſpiritum *coloratum* coaffunde ejusq; *bonam* quantitatem in

 leni

leni balnei colore per Alembicum deſtillando abſtrahe, ita tamen, ut in fundo Cucurbitæ conſiſtentia quædam liquidior maneat, quam exemptam in phiola per dies aliquot digere, ut fæces nonnullæ ſubſideant, à quibus demum Rubinum ſeu Balſamum hunc Sulphuris ſepara, & in vitro mundo ad futurum uſum diligenter cuſtodi. Vel ſi vis eundem iterum per Alembicum deſtilla, aut per Retortam Vitream aquæ, & ſic prodibit præſtantisſimum Oleum, admirandarum in Medicinâ virium ac virtutum.

OBSERVA:

Quod ſi balſamum hunc à ſuo ſolvente ſeu ſpiritu ſeparare volueris, affunde △ & deſtilla, ſic ſpiritus una cum ▽ exſtillabit relicto balſamo in fundo.

*DOSIS à gutt. 4. ad x. ſi à ſuo ſolvente ſeparatus ſit, vel ad gutt. 20. cum ſuo ſolvente.*

Nota: poſtquam à Balſamo ♎ terebinth. ſeparatus fuerit, affunde Spirit. Vin. & extrahe Spirit. Vin. in MB. & habebis Tincturam; digere atq; à fecibus ſubſidentibus decanta

Vid. Tract. Medico Chym. Vnzeri pag. 37.

## De ALIO MODO PRÆPARANDI Balſamum ſeu Rubinum Sulphuris

R. *Florum Sulphuris* ℥iii.
*Olei Terebinth.* ℥vi.

*Stent in digeſtione in cinere, vel arenâ ad unum atq; alterum diem, donec color rubeus appareat; poſteà tinctum filtretur per chartam bibulam, & rectificetur affundendo aquã roſaceam.*

## Alii ſic parant Balſamum Sulphuris.

R. *Flor. Sulphuris* ℥iii.
*Spiritus Terebinth.* ℥vi.

*Collocentur hæc in Phiolâ in arenam, & primò per horas 2. vel 3. lentum ignem admove, quem poſtea ita auge, ut ebulliant, atque in eo gradu ignem conſerva, donec Sulphur in Spirit. Terebinth. ſolvatur, & rubedo appareat. Quidam Spiritui colorato novos flores reaffundunt, eosq; eodem modo, ut anteà diſſolvunt, tranſcolant, & uſui reſervant.*

Oleum Terebinthinum quò vetuſtius, eò meliùs ad hanc [illegible]tionem.

## De VIRTUTIBUS BALSAMI SULPHURIS.

### I.

Inter ea Medicamenta, quæ vel ſpecificâ quâdam proprietate, vel manifeſtâ qualitate Febrium putridarum, ac malignarum generationi, itemq; aëris, tempore Luis peſtiferæ ſævientis, inquinati attractioni efficaciter reſiſtunt, & ab omni contagio, ac venenatâ infectione,

one, cordi inprimis, ac ſpiritibus vitalibus adverſisſima, corpus humanum præſervant, ac muniunt, nullum ferè exiſtit meliùs, quod citiùs, tutiùs ac feliciùs id præſtat, ipſo Balſamo Sulphuris, ſi ejus gutt. 4. 5. 7. 9. vel 10. pro diverſitate ætatis, temperamenti, ſexûs, loci ac temporis, ter vel quater in hebdomade, manè, vel ex vino, juſculo, aut aqu. Carduibened. Rutæ, Scordii, vel Veronicæ, ſeu cum modico Conſervæ Roſarũ, Meliſſæ, Scabioſæ, vel Borraginis adſumantur.

II.

In omnib9 ferè pectoris vitiis, ut ſunt Aſthma, Tusſis, Catarrhus ſuffocativus, difficultas ſpirandi, Raucedo, Phthiſis, Empyema, nullum datur nobilius, præſtantius ac probatius remedium Balſamo Sulphuris, quæ omnia, niſi vel hæreditaria, vel plurimis annis inveterata ſint perfectisſimè, nec ſine ingenti ſtupore & admiratione curat ac tollit, ſi pro varietate ætatis de eo gutt. 5. 6. 7. vel x. aut xii. præbeantur cum Syrupo de Hyſſopo, Scabioſ. Violar. vel Conſerva Roſar. antiquar. Elenii, vel Veronicæ.

III.

Ad ſedandos ac disſipandos atrocisſimos dolores Colicos, à flatulentâ materiâ exortos, tàm in viris, quàm mulieribus, BALSAMUS SULPHURIS ſummam laudem meretur, ſtrenueq; & efficaciter operatur, ſi alvus priùs per Enema ſollicitata & emollita, pro magnitudine doloris, adultis de eo gutt. 7. 10. 12. vel 14. cum pauxillo vini calidi, vel aq. Junip. Rutæ, Chamomill. vel Fœniculi exhibeantur. Externè ſi ulcera aliquis eò illinit, brevi tempore ipſa ſanabuntur.

## CAPUT V.

## DE BALSAMO SULPHURIS ANISATO.

**Recip.**

*OL. aniſi ℥vj.*
*Flor. Sulph. ℥j.*
*M. & in vitro digerantur & circulentur tamdiu, donec ° ₒ ° aniſi tincturam Sulphuris perfectisſimè extraxerit: poſtea aufer oleum rubicundisſimum perinclinationem, filtra & ad uſum reſerva.*

**Vires, Uſus, Doſis.**

*Eſt balſamum perfectisſimum calefaciens, ſiccans & à putredine conſervans, in quo ſunt omnes virtutes naturalis balſami, & vis conſervativa maxima.*

*In catharris pectoralibus, tusſi aſthmate, phthiſi, pleuritide, peſte, febribus*

*bribus, morbis epidemicis, lue ♀rea-nec non in omnibus apoſtematibus, & putrefactionibus corporis miranda præſtat.*

*Doſis à gutt. iij. ad v. & vj. in vehiculis appropriatis & ſpecificis. Eadem ratione quoq; confici poteſt balſamus Sulphuris fæniculatus, hyſſoponatus, &c.*

## CAPUT VI.
## DE BALSAMO SULPHURIS COMPOSITO.

Recip.

*Florum Sulphuris ℥ſs.*
*Myrrh. elect.*
*Aloës,*
*Croci ana ʒii.*
*Ol. Terebinthinæ ʒiiiſs.*

*Myrrha & Aloë cum croco pulveriſentur, & poſtea Oleo cum Sulph. floribus immiſceantur. Hæc ſtent in loco calido, vel arenâ, in phiolâ, admoveaturq; primò ad horas duas lentus ignis, quem deindè augeas, donec ſpecies ſolvantur, & rubedo appareat.*

### OBSERVATIO.

Cavendum hîc diligenter, ne ignis nimis fortis ſit: nam ſi ignis juſto fortior, comburitur materia, impediturq; ejus effectus, ſed ita regatur, ut tantùm vis & efficacia ſpecierum leniter extrahatur, poſtea hæc filtrentur per chartam bibulam, & ad uſum reponantur.

### Aliis hæc Compoſitio placet.

*℞. Florum Sulphuris ℥i.*
*Myrrh. elect.*
*Aloës,*
*Croci ana ℥ſs.*
*Ol. Fœniculi,*
*Aniſi,*
*Terebinth. ana ℥iſs.*

*Fiat Balſamum modò jam dictô.*

### VIRES & USUS.

Hoc Balſamum Specificum pulmonis eſt: nam 1. curat Aſthma, tollit antiquam & recentem tuſſim.

2.

Vlcera Pulmonum abſtergit & conſolidat.

3.

In Phthiſi nihil certius.

4.

Prophylacticon, & Pharmacum in Peſte, aliisq; morbis contagioſis.

5.

Externè ſi quis ulcera eô illinit, brevi tempore ipſa ſanantur.

6.

Sudorem expellendo Febres abigit & curat.

7. Ve-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0414-6

7.

Venenatorum animalium morſibus reſiſtit.

DOSIS.

*A. gutt. viij. ad x. vel xij. in convenienti vehiculo.*

## CAPUT VII.

## DE ELIXIRI SULPHURIS.

Recip.

*CRoc. oriental.*
*Myrrhæ rubr. an.* ℥iſs.
*Maſtich. el.*
*Benzoin.*
*Cardamom. minor.*
*Cinamom. an.* ℥j.
*Succ. Glyzyrriz. Extract.*
*Confect. alchermes*
*rad. Enul. campan. an.* ʒvj.
*Aliptæ Moſchat.* ʒiij.

*M. & F. Pulvis, cui adde ſacchar. candi alb.* ℥ij. *& humectetur ſp. vini rectif. ut F. quaſi paſta: poſtea Sp. ♎ris opt. rectific. ad eminentiam 4. digitorum affunde, digerantur & circulentur per menſem. Tandem quod tinctum & extractum fuerit, per inclinationem ſepara, materiam in fundo reſtantem S. V. extrahe; ſepara ac priori liquori colorato immiſce, & ad uſum repone.*

VIRES, USUS, DOSIS.

In affectibus thoracis & pulmonis miranda præſtat. Pectus ab impuritatibus & catharris mundificat. Tuſſim tam inveteratam quàm recentem tollit. Phthiſicis, Melancholicis, ſupra rationem mœſtis, cardiacis &c. in genere ſubvenit, & lætitiam adfert. Valet quoq; ad coarctationem anhelitus antiquam, & aſthma chronicum. Inſuper cor confortat & à putredine præſervat. Vitam prolongat & canitiem retardat. Nec eſt quod hic acredinem tuſſim provocantem metuamus; illa etenim ad reſolutionem neceſſaria, moxq; alleviatio ſequitur.

*DOSIS* ſeu modus exhibitionis eſt ſaporis in acidum mutatio, & per ſe nullus ſit uſus: ſed ſemper cum vehiculo appropriato ſumatur. In aquis vel Syrupis pectoralibus commodisſimè offertur.

## De ELIXIR ARTERIACO SEU PNEUMONICO DN. D. Cunradi Frommanni Phyſici Northuſani.

R. *Herb. ſcord.* Mijſs.
*Flor. papav. Rhæad.* Miſs.
*Extract. liquirit.* ℥ſs.
*Helenii* ʒiſs.
*Gumm. Ammoniac. depurat.* ℥i.
*Aloës ſuccotrina* ʒiii.

*Storac. calamit.*
*Trochiſc. alipt. Moſch. an.* ℈iiiſs.
*Balſam. Indic.* ʒiſs.
*Flor.* 🜍 ʒv.
*Croci pulveriſat.* ʒijſs.

*Omnia pulveriſentur & in vitro cum Spiritu Vini & °°°🜍ris infuſa, parentur admodum vulgaris Elixiris, quod Paracelſo proprietatis vocatur.*

*F. ſ. a. Elixir Arteriacum.*

Quo non præſtantius aliud in Aſthmate, præſertim mucilaginoſo pulmonum Tartaro. Egregiè quoque confert deſtillationibus pectoris, quæ ab Hypochondriorum obſtructionibus maximè foventur.

## CAPUT VIII.
## De EXTRACTO, SEU QUINTA ESSENTIA SULPHURIS.

Rec.

B*alſami Sulphuris intensè rubri, præcipita illud ſale* 🜿*ri, & agita ſuper carbonibus, donec exaruerit, poſtea extrahe Tincturam Spiritû Vini. De hâc Eſſentiâ gutt. vj. vel viij. adhibentur feliciſsimè ad Phthiſin.*

USUS.

Hæc Eſſentia ad omnes corrodentes morbos hæmorrhoidum, penis & aliarum partium ulcera extrinſecus curanda præſtantisſima.

### ESSENTIA, SEU EXTRACTUM Sulphuris externum.

R. *Fl. Sulphuris q. ſ.*

*Impone ſcutellæ Vitreatæ, lento ignis calore liqueſcant, Liquefactis adde,*

*Sal.* 🜿*ri triti part.* i.

*agita bacillo, donec omnia in materiam ſubrubeam inſpiſſentur, maſſam ſupra marmor effunde, induratam tere, pulverem Vitro impone, affunde Vini Spiritum rectif. q. ſ. & in ictu oculi aureo colore tingetur, ſtet tinctura per noctem, & Rubini inſtar evadet.*

### De ELIXIRI PROPIETATIS POPPII.

R. *Hujus Eſſentiæ* ℥iij.
*Eſſentiæ ex Aloë,*
*Myrrha & Croco* ℥iiſs.

*Confunde omnia & habebis verum Elixir pectorale.*

VEL SIC:

R. *Flor. Sulphuris* ℥v.
*Myrrh. Optimæ* ℥iſs.
*Aloës Epaticæ* ℥i.
*Croci* ℥ſs.

*Fiat pulvis, cujus doſis* ℈i. *in aquâ Veronicæ contra tuſsim, & alios pulmonum affectûs.*

De

De
## ELIXIR PNEUMONICO
Dn. D. Levini Fiſcheri, Phyſici olim Brunſuic. poſteà apud Illuſtriſſ. Viduam in arce Holſatica Huſen, Medici Aulici, jam verò Archiatri Anhaltini.

*R. Gumm. Ammoniac. Sp. Vini eloti, repurgati ac ſoluti.*
*Aloes epatic. opt. purificat. & Sp. Vini elot.*
*Myrrhæ ſelect. an.* ℥i.
*Croc. Orientalis* ℥ſs.
*Flor.* ♤ *ter à realgare ſublimat.* ℥iv.

*Cõtrita imponantur cucurbitæ vitreæ, affundendo Sp. V. alcoliſat. & vini meliſſ. deſtill. ad eminentiam digiti lat. perlutetur, digerantur per menſem in* MB. *poſtea effundatur quicquid tinctum & extractum; Iterumq; affunde Sp. Vin. novum cum Vini Meliſſati anaticis partibus, toties usq; dum amplius non tingatur menſtruum.* Ma*trici reſtanti affunde Sp. V. alcoliſ. & Vinum Meliſſatum; deſtillat ex arenâ, quoad Balſamus omnis egrediatur, qui priori tincturæ commiſceatur, filtretur, clarificeturq; ſimul & circuletur ſpacio bimeſtri agitãdo quotidie.*

USUS.

Conducit hoc inprimis Phthiſi & Aſthmati; omnes enim pulmonum putredines exhaurit, & pulmonem uti & jecur reficit.

Medetur etiam omnis generis febribus, prodeſt item febribus peſtilentialibus, malignis & petechialibus, ſtomacho utilis eſt, & appetitum promovet.

DOSIS.

*Gutt. 9. 12.* in Vino aut Cereviſia. Fiſcher. in conſil. hypochondr. & corpor. Medic. Imperial. Sect. 2. tit. 4. pag. 119.

## CAPUT IX.

DE
## AQUIS PECTORALIBUS.

### AQUA PECTORALIS.
Recip.

*Hepat. vitul. num.* i.
*Pulmon. vulp. num.* i.
*Herb. Pulmonar.*
*Hepat. ſtellat.*
*Salv.*
*Rut.*
*Hyſſop. an.* Mi.
*Rad. Enul. Camp.*
*Gladiol. an.* ℥ſs.
*Sem. Aniſi,*
*Carv.*
*Fœnicul. ana* ℥iii.
*Flor. Borragin.*
*Bugloſſ. an.* ℥ii.

*Infundantur per horas 24. in Vini veteris generoſi Menſ. 2.*
*Aqu.* Scabios.
*Carduibened. an.* ℥iv.
*Hyſſop.* ℥ii.
*Dein deſtilla in MB.*

VIRES:

Confortat pulmones ac Epar, craſſam mucilaginem attenuat, expectorat, flatus diſcutit, obſtructiones reſerat. &c.

De
## AQUA PECTORALI CHEMNIZENSI, vulgò Chemnitzer Lufft-Waſſer.

℞ *Cinamomi,*
*Caryophyllor.*
*Zingiberi,*
*Cardomom.*
*Baccar. Laur.*
*Juniper. ana* ℥iii.
*Rad. Enulæ,*
*Farfar. an.* ℥ß.
*Gentian.*
*Glyzyrrhit.*
*Ireos Florentin.*
*Polypod. an* ℥ii.
*Fol. Hyſſop.*
*Majorn.*
*Prunſ.*
*Salv. an.p. ii.*
*Sem. aniſ.*
*Fœnicul.*
*Urtic.*
*Petroſelin. an.* ℥ii.
*Squill. præp.* ℥ß.
*Paſſul. major.* ℥i.
*Dactylor.*
*Sebeſten.*
*Jujul. num. xv.*
*Amygd. dulc.*
*Nuc. Pinear. ana* ℥iii.
*Caricar.* ℥i.
*Mell. Virgin.* ℥i.
*Superfunde Sp. Vini* ℔ *xxx. ſtent in digeſtione per aliquot dies. Poſtea deſtillentur in MB. & adde*
*Sacchar. alb. clarificat.* ℔. *3.*
*Aqu. Scabioſ. Canthar.* iij.
*Serv. pro uſu & S.* Chemnitzer Lufft-Waſſer.

NOTA:

Hanc Dn. D. Gantzland in Aulâ Dresdenſi Archiater ita miſcet:
R. *Aqu. pectoml. Chemnic.*
*Elixir vitæ Matthiol. an.* ℥vi.
*Tinctur. confect. Alcherm.* ℥i.
*Syrup. violar. ex ſucc.* ʒx.
*Eſſent. moſch. Oriental.* ℈i.
*M. Filtr. & D. ad fictile*
*S.* Köſtlich Lufft-Waſſer.

De
## AQUA ASTHMATICA Dn. D. Cunrad. Frommanni Phyſ. Northuſ.

*R. Herb. marrub.*
*Scabioſ.*
*Veronic.*
*Scord. an. Miß.*
*Carduibened.*

*Hyſſop.*

*Hyſſop.*
*Calamenth. ana* M i.
*Salviæ,*
*Hederæ terreſtr.*
*Capill.* ♀ *an.* Mſs.
*Nicotian.* M j.
*Sem. eruc.* ʒiiſs.
*Botryos*
*Naſturt. hort. an.* ʒij.
*Urtic. roman.* ʒiij.
*Fœnicul.*
*Aniſi an.* ℥ſs.
*Lign. Saſſafras torn. trit.* ʒvi.
*Cinamomi acerrim.*
*Rad. Chin. an.* ʒiij.
*Ireos Florentin.* ʒvi.
*Tuſſilagin.*
*Polypod. an.* ʒiij.
*Helen.*
*Glyzyrrhit. ana* ℥ſs.
*Aron.* ʒvij.
*Fœnicul.*
*Eryngii ana* ℥ſs.
*Gentian.* ʒiiſs.
*Scyllæ recent.* ℥i.
☿*ri albiſſ.* ʒvi.
*Optimè tritis & contuſis*
*Affunde Vini albi opt.* ℔. iv.
*Spir. Vin. opt.* ℔. iii. ſs.
*Aqu. Scord.*
*Fœnicul.*
*Stabioſ. ana* ℔. i.
*Hydromell. Cochleat.* ℔. v.
*In infuſione ſtent d. 14. poſtea deſtill. per* MB. *deſtillato rurſum adde*
*Succ. violar. infuſ.* ℥v.
*Amygd. amar. integr. contuſ.* ℥iiſs.
*Paſſular. minor.*
*Caricar. ana* ℥iſs.
*Sebeſt.*
*Jujubar.*
*Dactylor. rec. enucleat. an.* ʒx.
*Pulmon. vulp. præp.* ℥iſs.
*Milleped. præparat.* ℥ſs.
*Mell. granor. juniperin.* ℥iij.

*Relinquantur in infuſione per octiduum & digerantur in loco calido, vaſe bene obſignato. Hinc forti expreſſioni factæ adde Elix. Pneumon. noſtr. deſc.* ℥ij.

*Poſt digerantur denuò ſæpè multùm agitando ad perfectam fæcum depurationem. Ultimò filtrentur, & cum petiâ, in quâ*
*Benzoës,*
*Styrac. calamit. an.* ʒiſs.
*Croc.* ʒi.
*ligat. ſerventur vaſe Opt. munito; pro uſu. doſ.* ʒi. *ad* ʒiii. *vel per ſe vel cum vehiculo conveniente.*

℞. *Florum Sulphuris* ʒj.
*Lactis Sulphuris* ʒſs.
*Spec. diatrag. frig.*
*Diapenidii,*
*Rad. Enulæ campan.*
*Ireos Florent.*
*Tuſſilaginis,*
*Liquiritiæ ana* ℥ſs.
*Herb. Scabioſæ,*
*Praſſii,*

 *Pulmo-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0419-7

*Pulmonariæ,*
*Capill. ♀ris,*
*Seminis Urticæ ana ʒj.*
*Gummi Tragacanthi,*
*Arabici ana ʒß.*
*Succi rad. glycyrrh. pulveriſ.*
*Pulmon. Vulp. præparat. ana ʒij.*
*Amyli ʒijß.*
*Sacchar. Cand.*
*Penidii ana ℥ij.*
*Fiat pulvis ſubtiliſſimus.*

VIRES ET USUS.

Efficaciſſimus eſt pulvis, ad omnes pulmonum affectûs: nam curat Aſthma, h. e. ſpirandi difficultatem. Excellentiſſimus quoq; eſt ad tuſſim inveteratam, & recentem Phthiſin & Ulcera pulmonum.

DOSIS.

*Doſis eſt à ʒß. ad ʒj. manè & veſperi, per ſe, vel in aqua Fœniculi, vel Veronicæ.*

Hûc etiam appropriatæ pertinent ſpecies de Pulmone Vulpis, & ex iisdem paratæ Rotulæ.

℞. *Pulm. Vulp. præp.*
*Succi glycyrrh.*
*Sem. Aniſi,*
*fœnic.*
Capill. ♀ *ana ℥j.*
*M. F. Species pro Rotulis.*
*E. G.* ℞. *Sp. Loch. d. pulmon. Vulp. ʒiß.*
*Fl. Sulphuris Sacch. Candi ſublim. ℈j.*
*Spir. Sulph. acid. ℈ß.*
*Sacch. albiſſ. aqu. Scabioſ. vel Loch. d. pulmone Vulp. deſtill. ſolut. ℥iij.*
*Fl. a. Rotulæ.*
S. Bruſt-Küchlein..

Quæ Dn. D. Henrico Julio Bökelio in frequenti uſu.

De
## TINCTURA MELLIS.

*Miſce Melarenæ benè mundatæ, ut fiat inde quaſi maſſa; ſuperfunde vini ſpiritum ad eminentiam duorum digitorum. Digere per quinque vel ſex horas: coloratumq; ſpiritum effunde, & alium affunde, donec non ampliùs coloretur. Tinctum ſpiritum filtra & coagula.*

Hæc Tinctura mirum in modum curat & nutrit Phthiſicos. Joan. Daniel *Mylius* in antidot. Medico-Chym. l. 4. c. 3. pag. 583.

Hîc ſi lubet, poteſt ad imitationem Sacchari candi violacei, cinamomei vel roſacei confici Saccharum ſambucinum: de quo in omnibus pectoris affectibus continuè aliquid in lingva teneatur, ut ſenſim diſſolutum per aſperam arteriam delabatur.

Modus Compoſitionis hîc eſt.

R. *Sacch. Canarii opt. ℔vj. Liqueſiant & bulliant in aqua florum Sambuci flagrantiſſima, donec craſſitiem conficiendis tabulis aptam acquirant, mox affuſi ſucci baccarum ſambuci recenter expreſſi & optimè depu-*
*rati*

*rati, vel infuſionis multiplicis florum, prout hic vel ille color expetitur* ℔ij. *decoquantur igne moderato ad Syrupi conſiſtentiam, Tùm ollæ terreæ vitratæ decuſſatim, bacillis in ea duorum digitorum intervallo diſpoſitis, calidè infunde, & in officina calefacta, vaſe denſa bombace involuto, juſto tempore ad concretionem relinque. De qua pleniori conficiendi ratione vide elegantiſſimos Medico-Botanicos P. Penam, & M. Lobelium in Adverſar. ſtirpium novis pag. 20. & 21. nec non clariſſ. C. Bauhinum de compoſ. medicament. c. 19.*

*Spiritus Baccarum Sambuci in ſumma dyſpnoa valdè ſalubris eſt, dimidii aut integri cochlearis pondere cum Sacchara abſorbtus: Si lubet, præſcribatur ſequens Aſthmaticus ſeu Pneumaticus Spiritus.*

℞. *Cort. Medianor. ſambuc.*
*Glycyrrh. opt. raſæ ana* ℥vj.
*Rad. Enul.*
*Ireos Florent. ana* ℥ij.
*Eryſimi cum toto M.* ij.
*Sem. fænic.* ℥ß.
*Conciſa & conquaſſata infunde in ſ. quantitate Spiritus granorum Actes, ſtent in infuſione per octiduum, bis in dies agitanda, poſt deſtillentur in B. M. pro ſpiritu Sambuci Pneumatico Blochvvitius l. d. ſ. 3. c. 13.*

Sic in tuſſi ferina mirum in modum hoc commendatur *ἀπόϑεστον.*

℞. *Fol. Sambuci recent. aut in umbra ſiccat. M.* j. *Coq. in Aqu. fontanæ Menſ.* j. *ad tertiæ partis conſumtionem: Colatura Sacchara cando vel melle deſpumato dulcoranda, de quâ in dies manè & veſperi hauſtus tepefactus hauriatur.*

## CAPUT X.
### DE
## DE FLORIBUS BENZOINIS, UT ET VITRIOLO ALBICANTE.

B*Enzoinum teritur, & ollæ rotundæ vitreatæ imponitur, deinde clauditur duplici chartâ emporeticâ, convoluta in modum pyramidis aut manicæ Hippocratis, & datur poſtea ignis lenis ad ſublimationem idoneus: Floresq; nivei, qui nihil aliud ſunt, quàm Sal eſſentialis, ſæpiùs colliguntur chartæ adhæreſcentes.*

USUS.

Valent ad Aſthma, ac omnes pulmonum morbos.

DOSIS.

Scrupulus ſemis in liquoribus, vel Syrupis idoneis. Topicum etiam remedium ſunt ad tubercula, & ruborem faciei Vid. Tyr. Chym. Beguini

guini pag. 385. Præſertim in albumine ovi cocti ſolvatur.

## De OLEO BENZOINO.

R. Benzoin pulveriſ. q. v. miſce cum ſabulo ac imple retortam ad medietatem: deſtilla gradatim ex arena & nanciſceris liquorem ac oleum craſſum inſtar Butyri.

R. *bujus (à liquore ſeparati) part.* j.
*aquæ pluvial. p. xij.*

Deſtilla in cinere per alembic. & exſtillabit oleum clarum & flavum ad fundum ſubinde ſecedens. Poſtquam pars media ▽ exſtillavit, extingvatur △, effundaturq; materia in cucurbita relicta, in lebetem æneum, calefiatq; optimè ſuper △ affuſo ſubinde △ *calidæ quadruplo: hinc* filtretur *per pannum, reponaturq;* filtratura ad cryſtalliſandum. Cryſtallos collectos exſicca lento △ calore.

Oleum illud rectificari poterit ſemel ac iterum ex alembico cum ſp. vin. 🜍riſato, & evadit odore, ſaporeq; gratius.

NOTA. ℔j. *Benzoin. præbet Ol.* ℥ß.
*Cryſtall. ſeu flor.* ℥j.

Sunt qui Benzoen ſolvunt in Ol. nucleor. Ceraſor. exprim. ſolutioniq; admiſcent Ambram, Moſchum & Zibetam & exprimunt ad perfumandas, ut ajunt, Chirotecas.

### OBSERVATIO.

Si ſuffitus ex ſolo Benzoino paretur, tuſſim excitat.

Optimum benzoinum cenſetur pellucidum globulis candidis refertum, Thuris æmulum, ſvaviſſimè ſpirans, nec heterogeneis inquinatum.

Solvitur in olcaginoſis ac ſpiritu vini rectificatiſſimo, ut & in ovi albumine, aeri humido ad liqueſcendum expoſito.

## De VITRIOLO ALBICANte ex Marte ad Aſthma.

Ad Aſthmata etiam inveterata & tuſſes, aliasque pectoris infirmitates, ex Marte ſubitò fieri poteſt Vitriolum albicans hoc modo:

*Recipe limaturæ Chalybis tenuis, puræ. & neutiquam pulverulentæ unciam ſemis: ſuperfunde guttatim in ſcutella vitrea olei Sulphuris per Campanam facti, non rectificati drachmas duas: ſine quieſcere, & refrigerari. Sic fiunt Cryſtalli, qui per aquam communem deſtillatam ſoluti, & à facibus per filtrationem liberati denuò in cryſtallos, aqua evaporatâ, redeunt. Eorum grana duo vel tria in Syrupis pectoralibus aliquoties exhibita, mirificè aſthmata expediunt, idq; nec per vomitum, nec per ſeceſſus; ſed ſudoribus prorumpentibus.*

Huc etiam optimè ſpectare videtur præparatio ⊕li ad Phthiſin talis:

R. *Spi-*

R. *Spiritus Urinæ q. v. ſuperfunde hunc ⊕lo (in pulverem album per digeſtionem præparato) & rurſus exicca; exiccatum deſtilla per retortam, & præpone in recipiente Spirit. Urinæ* ℥iij. (*ad 3.* ℔. *⊖l. urinæ* ℥iii.) *deſtilla poſtea ut artis.*

*Deinde in igne vaporoſo lentè deſtilla Phlegma, ſic accipies ⊕li ſpiritum Cryſtallinum, qui per rectificationem eſt arcanum in Phthiſi, peripnevmonia, caduco, &c.*

Sic R. *Corall. rubr. ⊕l. ana* ℔. i. *contuſa M. & deſtilla in Oleum rubeū, cujus Doſis 6. guttæ, curat Colicam paſsionem, purificat ſangvinem, confortat membra principaliora; cum vino vel Aq. Aniſi propinatur. In fundo vitri remanet pulvis albus, qui reſolvi poteſt in Salem.*

Plures qui cupit ex ⊕lo Medicinas, legat Joann. Daniel Mylium Baſil. Chymic. l. 5. c. 2. à pag. 559. ad 654. Item Dn. D. Joan. Agricolam part. 1. operis ſui German. à pag. 352. ad finem operis.

## *CAPUT XII.*
## DE TRAGEA AD OMNES PECTORIS AFFECTUS.

Recip.

*Spec. Diair.*
*Diatrag. frig. ana* ʒiß.
*Pulv. ungul cab.*
*Summitat. Hyſſopi,*
*Sem. urticæ ana* ℈iv.
*Pulm. vulp. præp.* ʒß.
*Flor. ♀ris* ʒiß.
*Eſſent. Margarit.*
*Corallor. ana* ʒi.
*Sacch. violar. q. ſ.*

*Miſce, fiat pulvis, vel ſi velis Electuarium, vel tabulas ex eo concinnabis.*

### VIRES & USUS.

Præſtantiſsima hæc Tragea in omnibus Pulmonum affectibus; ut *Aſthmate, Tuſsi antiqua & recenti:* Præſervativum & Curativum in Phthiſi maximum. Datur à ʒß. ad ʒi. vel ʒii.

Oleum Terebinthinæ, eſt efficaciſsimum remedium ad omnes pulmonum Affectûs, nimirùm ad Tuſsim, Aſthma, Phthiſin & ulcera pulmonum.

Elixir proprietatis eſt quoque Specificum pulmonis.

Oleum Aniſi & Fœniculi hîc valdè conveniunt, quorum præparatio, ut & cæterorum Oleorum, ex ſeminibus eſt ſequens.

R. *Aniſi, Fœniculi vel carui ſemen. Injiciatur an lib. i. contuſi non nihil ſemi-*

*ſeminis, Salis communis ℥i. vel ℥iſs. (Alii addunt ad lib. i. ſeminum Tartari ℥i. & Salis M. i.) ſtent in digeſtione per dies 9. Hinc adde adhuc M. i. Salis, deſtillentur per veſicam: Oleum ab aqua ſeparatur. Libra una ſeminis carvi dat Olei ℥ſs. vel ℥i.*

## De GLYZYRRHIZA COCTA Dn. D. Ganzland.

℞. *Spec. Diaireos ſimpl.* ʒii.
*Pulver. rad. Glyzyrrh.* ʒvi.
*Croci Oriental. gr.* iv.
*Eſſent. ambr. gutt. xvi.*
*Miſce cum Sacchar o alb.* ℥viiij.
*Et ſ. q. mucilagin. gumm. Tragac.*
*F. arundines rotundæ,*
*S. pro uſu* Süßholtz-Röhrlein.

## De OLEO SACCHARI Pectorali.

℞. *Spec. Diatrag. frig.* ʒiii.
*Diaireos ſimpl.* ʒvi.
*Pulveris ſcyll. præp.* ʒvi.
*Marrubii* ʒſs.
*Benzoi,*
*Thuris ana* ʒi.
*Croci integr.*
*Pulver. Dactylor.* ʒiij.
*Paſſul. exacinat.* ʒii.

*Superfunde per biduum S. V. optimè rectificat. q. ſ. vaſe benè cooperto. Tunc ſepara ſpiritum impregnatum per inclinationem, admiſce Sacch. cand. alb pulveriſat. dimidiam quantitatem: poſtea in ſcutella argentea vel figulina vitreata accendatur Spiritus, agiteturq; ſpatulâ, donec omnia in ſpiſſum liquorem Olei æmulum abierint.* Cui admiſceri poteſt *Ol. Sulphuris q. ſ. ad gratam acetoſitatem, vel aliquot gutt. Ol. Aniſi vel fœniculi.*

### VIRES & USUS.

Ad Phthiſin, & exulceratos ſive purulentos Pulmonum Affectus hoc Oleum eſt ſummum auxilium, ut ſæpenumerò in pluribus optimo cum ſucceſſu expertus ſum.

Tusſim antiquam, Aſthma, Sputum glutinoſum, & Anhelitus difficultatem, item raucedinem à frigore vel pituita craſſa in pectore & pulmonibus juvat.

Doſis cochleare ſemis.

## *Simile Oleum Sacchari* compoſitum paratur eodem planè modo:

℞. *Rad. Ireos Florent.*
*Enulæ Campan. pulveriſ. an* ℥ſs.
*Pulpæ Dactylor.*
*Paſſular. purgatar. an.* ʒiii.
*Cortic. Citr.*
*Arantior. an.* ʒiſs.
*Benjoin.* ʒij.
*Croci* ʒi.

*Infunde bidui ſpacio in Spir. Vini rectificato &c. uti in priori deſcriptione dictum.*

Huic haud abſimile eſt OLEUM SACCHARI

chari Sambucinum Blochvvitii l. d. 3. c. 13. pag. 103.

R. *Spiritûs* Pneumatici *(priori cap. 7. deſcripti) rectificati q. placet: admiſce* Sacchari *partem dimidiam. Accendè ſpiritum candelâ cereâ, aut Papyro incensâ, tamdiu cultello hinc inde agitando, donec omnia inſpiſſum & oleagineum liquorem flammâ ſpontè extinctâ abierint.*

*Utere Eclegmatis inſtar cum bacillo liquiritiæ, vel per ſe, vel cum æquali parte Oxymelitis Sambucini permiſto. Expectorationem ſtrenuè promovet, multoq; expeditiùs, quàm commune Oleum Sacchari, cujus conficiendi modum præſcripſit* Beguinus *l. 2. Tyrocin. Chym. c. 6.*

## OXYMEL SAMBUCINUM, hoc ita paratur.

R. *Mell. deſpumat.* ℔. i.
*Acet. Sambucin.* ℔. ſ.
*Aq. ſimpl. vel fl. Sambuc.* ℔. i.
*Miſta indantur Cucurbitæ & coq. in B. M. ad juſtam conſiſtentiam.*

### NOTA:

Acetum hîc adhiberi poteſt vel ſimplex florum, vel quod infuſione Baccarum purpurat, prout hic vel ille color à Medico ægrotovè expetitur Blochvvitius l. d. p. 28. 29.

## MEDICAMENTA ALIA PECTORALIA.

R. *Herb. Veronic.*
*Pulmonar. maculoſ.*
*Scabioſæ,*
*Epatic. nobil.*
*Salv. an.* Mii.
*Flor. Epatic. p.* iv.
*Jujubar.*
*Fic.*
*Sebeſt. ana num.* xii.
*Rad. Polypod.*
*Liquirit. an.* ℥ß.
*Coq. in ſ. q. aq. fontan. Colat.* R. ℔. viii.
*adde* Sacchar. *cand. rubr.* ℥viiii.
*Clarific. cum album. Ovi. Colaturæ adde Aqu.* Cinamom. *Cydoniat.* ℥ij.
M. S. Bruſt-Tranck.
*Dn. D.* Gangſand *Archiatri Dresd.*

### VEL: Ejusdem Autoris.

R. *Flor. papav. errat.* Miiii.
*Roſar. rubr. M*ij.
*M. Infund. in aqu. Veronic.* ℔. iiß.
*Pectoral.* ℥viii.
*Spirit.* ♀*ris* ℈ij.
*Sacchari cand. albiß.* ℥vj.
*Stent in B. M. & coq. lentè per hor. 6. poſtea filtrentur per chartam.*
R. *Colatur.* ℔. i. ℥iiij.
*Aqu. pectoral.* Chemnit. ℥ij.
*Eſſent. ambr.* ʒv.
*M.* S. Bruſt-Waſſer.

# PARS XIIX.
# DE SPECIFICIS STOMACHICIS.

TAnta eſt Ventriculi affinitas & conſpiratio cum reliquis totius corporis partibus, ut ex ejus vel minimo errore cæteræ particulæ ſtatim in conſenſum trahantur, & ita infinita propemodum mala procreentur. Hinc medendi arte inſtructi omni tempore in id unicè incumbendum putârunt, ut in Pharmacopoliis ſemper ejusmodi medicamenta cum cæteris extarent, quæ ventriculum benè valentem in ſuo eſſe vel conſervarent, & ab omni læſione tuerentur, vel morbo oppreſſum iterùm ad ſanitatem reducerent. Hæc verò ſunt variorum generum. Quædam enim *ventriculus per os ingreſſa* excipit; quædam verò extra applicantur formâ Olei, inunctionis, fomenti, linimenti, cataplaſmatis, epithematis ſacculi, &c. Ex his è Chymicorum numero ſunt ſequentia, elegantiora, nobiliora, & ſæpiùs probata, quæ jam in medium producemus, incepturi de *Spiritu Vitrioli.*

## CAPUT I.
## DE SPIRITU VITRIOLI.

VItriolum à multis ad quartam ferè morborum partem percurandam deſtinatur, quod nemo admiratur, qui ſcit ex variis & heterogeneis illud eſſe compoſitum quæ beneficio Spagyriæ & Vulcani artificioſè ſegregari & in ſaluberrima remedia redigi poſſunt. In eo namq; reperies frigidum, calidum, incraſſans, attenuans, adſtringens, aperiens, coagulans, reſolvens, purgans, ſudoriferum & roborans: Sicut id non incongruè Turquetus, & poſt hunc Sala probavère. Peritus quippe Artifex ex Vitriolo ſedulâ arte extrahit phlegma Spiritum humidum & ſiccum, oleum viride & rubeum, Sal, Sulphur & Colchotar, per veram iſtius corporis anatomen, & hæc omnia ad complurium morborum ſanationem, in uſum Medicum veniunt. Unde Gesnerus illum Medici perſonâ vix dignum judicat, qui Medi-

camentis Vitriolatis ſe poſſe carere autumat. Et Theophraſtus Oleum Vitrioli vocat partem Pharmacopolii quartam, atque cuilibet Pharmacopæo ita commendat, ut ſint inſtar lapidis angularis in ſuâ officinâ, cujus præparatio lege artis, ſequenti modo expeditur.

R. *⊕li calcinati lib. vj. vel vij. injiciantur Retortæ benè lutatæ. Huic aptetur Recipiens amplum, commiſſuris benè clauſis. Accendatur ignis, paulatim augeatur. Circiter horam ſeptimam ſpiritus albi apparere incipiunt: Iterùm augeatur ignis, & ita continuetur per integrum diem. Tandem detur maximus ignis, atq; continuetur hic labor usq; ad finem ſecundi vel tertii diei. Donec nulli ampliùs ♎ egrediantur, quod cognoſces, ſi receptaculum pellucidum appareat. Poſtea refrigerentur omnia ſenſim. Rectificetur Spiritus in balneo à phlegmate deſtillando, donec acidæ guttulæ deſtillare incipiant, poſtea rectifica eundem per retortam vitream in cinere, ſic exibit ♎ clarus, in retortâ verò manet °o° rubicundum & acre.*

### OBSERVA:

Brendelius in Chymiâ Sect. j. c. 5. p. 26. vulgari huic deſtillationi ⊕li duos errores impingit; primò quod calcinatio ⊕li multum Spirituum deperdat, deinde quod ignem violentum diutius quam par eſt, adhibeant, ibidemq; ſingularem modum proponit.

Verùm cum Spiritus in calcinatione evaneſcentes vix ac ne vix operæ adhibitæ æquivalent, igitur præſtat vulgatam viam calcare cum hâc cautelâ, ne nimium initio calcinetur, neq; nimiùs ignis in deſtillatione urgeatur. Etenim uti in omni deſtillatione, ita quoq; in hâc pedetentim eſt procedendum.

## CORRECTIO SPIRITUS VITRIOLI.

Hic Spiritus Vitrioli adhuc aliquid aciditatis in ſe habet, & ita corrigitur:

*Sume tempore Verno purpureas violas, ſucci plenas, iisdemq; affunde ſpiritum Vitrioli vulgari modo paratum, qui ubi violarum colore tinctus fuerit, eum per chartam bibulam transcola, & uſui reſerva. Hoc modo aliquid aciditatis amittit, & gratum aliquo modo ſaporem, colorem & odorem acquirit, ut etiam ad gutt. xij. exhiberi poſſit.*

## VIRES & USUS.

Vitriolum, ejusq; Spiritum multi rejiciunt, clamitantes, non eſſe Medicamentum eſurinum, ſed calidiſſimum, ſummoperè deſiccans, materias excrementitias in ventriculo coagelans, cruſtas inducens, hominem exurens, ſtomachum penetrans & erodens, atq; foramine facto, ut in pannis ſolet, morbi occaſionem præbens. Hi verò neſciunt, multa

 extrin-

extrinſecus adhibita, cutem exulcerare, *ut ſunt* allium, ſinapi, acetū, *ſuccus* Citri & Limonum, Spiritus mellis, &c. quæ æquè ac Spiritus Vitrioli, metalla exedunt, & tamen illa ſtomachus ſine noxâ recipit, & ope innati humidi, adjuvante Epatis & cordis calore domat. Sic humores excrementitii, ut bilis flava, atra, æruginoſa, & pituita acida, in terram effuſa, eam fermentant, & in bullas attollunt, obvia quæq; arrodunt, & tamen corporis partibus internis nihil nocent. Ergò cum his minimè convenientes, planè contrarium ſtatuimus, & has ſequentes vires, tàm propriâ experientiâ edocti, quàm multorum doctorum Virorum teſtimoniis adducti, Spiritui *Vitrioli adſcribimus.*

1. *Valet contra Apoplexiam.*
2. Tollit morbum caducum.
3. Valet contra Paralyſin.
4. Contra Spaſmum.
5. Curat Tremorem cordis & corporis.
6. Omnem debilitatem viſûs.
7. Surditatem & Tinnitum auriū.
8. Rheumati capitis & ſquinantiæ medetur.
9. Tuſſim, Aſthma & Pleuriſin pellit.
10. Sanguinem ſiſtit.
11. Syncopen curat.
12. Appetitum excitat.
13. Extinguit ſitim.
14. Valet ad eructationem ſtomachi.
15. Ad Colicæ dolorem.
16. Ad Hæmorrhoidas & omnia Apoſtemata.
17. In febribus ardentibus & Hydrope mirificè confert.
18. Curat paſſiones matricis.
19. Iſchiaticam, Podagras frigidas, & calidas.
20. Provocat Urinam.
21. Naturales, vitales, & animales ſpiritûs reficit.
22. Obſtructiones aperit tàm ſplenis, quàm Epatis.
23. Putredinem curat.
24. Curat Lapidem & omnes paſſiones Renum.
25. In Peſte & Febribus peſti*lentialibus, morſu ſerpentis, Tertia*nâ, Quartanâ, felicisſimè uſurpatur.
26. Sanguinem mundificat; Lepram reprimit, conſervat & auget calorem naturalem.
27. Cum liquore vel vino miſtus & gingivis impoſitus lenit odontalgiam.
28. Illitus quoq; ejus prodeſt in tinea capitis aliisq; generibus ſcabiei & pruritûs cum ▽ chelidon. mixtus.
29. Nec non de *hæmoptoicis*, quibus *vena* in *pulmonibus* rupta profuiſſe, teſtatur Petrus Monavius epiſt. Craton. à Scholz. edit. 219. &

confirmat Petrus Caſtellus epiſtol. 2. contra Raimundum Minderer.

DOSIS.

A gutt. v. ad x. vel xij. in vehiculo convenienti.

OBSERVATIONES.

Diligenter obſervandum in exhibitione Spiritus Vitrioli, ne pueris, infantibus, aut iis, quibus aliquod membrum principale læſum, detur.

2. Picrocholi ab uſu Spiritûs Vitrioli propter mutuam ebullitionem ac effervesſcentiam maximè abſtinere debent.

3. Mulieribus in magnâ quantitate non dandus, quia ipſas non modò ſteriles reddit; verùm etiam utero infenſus eſt.

*4. Nec iis convenit, qui orificium* Stomachi habent exquiſiti ſenſus, ut nulla acria vel acida, ſive Medicamenta, ſive alimenta ſumere queãt, convenit. In conſervâ Roſarum tutiùs ſumitur, ut & in brodio gallinæ, vel carnis; acredo enim ejus pingvedine & dulcedine brodii aliquantum corrigitur. Spiritum Vitrioli correctum cum floribus violarum vel Roſarum, Tincturam Roſarum indigitant Pharmacopæi.

5. Uſus hujus, ut & Spir. Sulphur. ac Salis rarus & paucus eſſe debet, neque iis dandus hic Spiritus, qui aliquod membrum principale læſum habent, ſicuti jam ſupra monitum eſt.

CONSERVA ROSARUM VITRIOLATA.

R. *Roſar. quando jamjam ſeſe explicare, & in folia diffundere volunt, easq; minutiſſimè flaveſcentibus tamen partibus poſterioribus priùs remotis, inſtrumento incide, & ſingulis libris poſtea adde lib. ij. Sacchari, quod ubi factum, inſtilla commixtis Spiritus Vitrioli tantum, donec conſerva intensè rubeſcere incipiat.*

VIRES & USUS.

Omnibus Stomachi vitiis & imbecillitatibus opitulatur, eumque corroborat adverſus vomitum, & omnem intemperiem frigidam à pituitoſis & mucilaginoſis humorib9, *tunicis ejus inhærentibus orta corrigit. Inde cruditates tollit, flatus* & ventos diſſipat, & unâ eademq; operâ ciborum coctionem mirificè juvat. Corpus confortat, ſitim extingvit, Epar & Splenem aperit, *Diarrhææ & Dyſenteriæ medetur.*

PROBATIO SPIRITUS VITRIOLI.

Commendatur inprimis Spiritus Vitrioli, quando de eo aliquot guttulas in Cyathum vino plenum ſtillaveris, ſeſe ebulliendo ſurſum allevet.

De SPIRITU VITRIOLI DULCI.

R. *Spiritus Vitrioli,*

*Vini*

*Vini ana* ℔ ß.
*Sacchari candi* ℥viii.
*Sublima ter vel quater per Retortam, & unientur inſeparabiliter & dulceſcent.*

DOSIS.

*Datur à gutt. x. ad xx. in vehiculo convenienti.*

NOTA:

Spiritus ⊕li dulcis etiam aliter conficitur.

SPIRITUS ⊕li ALIUS Dulcis:

R. *Spirit.* ⊕*li vulgar.* (*rectific.*) ℔j.
*Capit. mortui* (*ex quo ſal ſit extractum*) ℥iiij.

*Deſtilla per retortam vitream in* ∴ *in receptac. ſatis capax, ſic prodit* ≏ *ſub dulcis, quem ſi dulciorem cupis, circula cum Sp. V.* ♂ *4. aut 5. deinde abſtrahe Sp. V. ſic habes ſpiritum* ⊕*li dulcem.*

Keslerus 3. centur. 27. & Tenzelius alium ſpiritum ⊕li dulcem ſeu potiùs ∘°∘ cum aceto deſtillato depromunt. Contra dulcedinem horum ſpirituum ſalinorum vid. Nobiliſſ. Conringium de Hermetic. medic. c. 19. p. 254.

De
MAGISTERIO SALIS ABSINTHIJ, quod alii vocant SPIRITUM VITRIOLI COAGULATUM ABSINTHIACUM.

R. *Salis abſinthii cryſtallini, & ſummè depurati q. v.*

*Huic affunde ſpiritus* ⊕*li tantùm ut cum eo ſecundum artem coagulari & uniri poſſit, cum exuperantia tamen ſpiritus* ⊕*li.*
*M. ebullitione ceſſante coagula, & in vitro ſubere clauſo, ad uſum ſerva.*

VIRES.

Ventriculo langventi & officium non facienti patrocinatur.
*Doſis ad* ℈ß. *cum juſculo.*

OBSERVATIO.

Poteſt idem ſpiritus ⊕li coagulatus quoque cum aliis ſalibus vegetabilibus confieri.

Monet tamen Zvelferus, quod omnium optimè cum ⊖le ⊕li (ceu proprio) coaguletur iſte, nimirum ſale, quod ex ⊕lo ſummè calcinato in aere relicto & aſtris impraegnato extrahitur. *Similiter etiam cum* Ⓓ eleganter ſuccedit coagulatio.

Totum autem coagulationis opus in eo conſiſtit ut ſpiritus ⊕li corpus aliquod, quod ipſi non contrarietur, adjungatur: tale autem eſt ſal proprium & Sal Ⓓtri, tan quam ſalia acidiora.

Salia autem lixivialia, utpote abſinthii, tartari & ſimilia, ſpiritibus acidis contraria ſunt, idcircò neceſſum eſt, ſi cum ſimilibus ſalibus ſpiritus ⊕li aliorumvè ſpirituum acidorum coagulatio inſtituatur, ut multum ſpiritus inutiliter deperdatur tantum ſcilicet quantum fuerit Salis coagulantis; tantum enim circiter

citer in ſe recipiunt Salia, antequam aciditas Spirituum acidorum indeſtructa vel immutata ſeſe manifeſtare poſſit, quod cum Sale ⊖ vel ⊕li proprio, tanquam ſalibus magis cognatis & acidis non contingit.

## SPIRITUS VITRIOLI COAGULATUS ALIUS.

R. *Terram Sigillatam Strigenſ. affunde Spirit. ⊕li, ſtent in loco calido, ubi refrixerint, ſimul coagulabuntur, inq; calido iterum ſolventur, &c.*

*Hunc Spiritum coagulatum, ſi placet; inde Retorta vitreæ & deſtilla ex ∴ & deſtillabit liquor minus acidus quam -○- ⊕li, coboba vice tertiâ, & nil niſi Phlegma exſtillabit, adeoq; -○- ⊕li in retorta manebit conjunctg cum terra ſigillata, qui in loco humido iterũ liqueſcit.*

## De SPIRITU VITRIOLI PHILOSOPHICO STRIATO, vulgò Cohob ♁ii.

R. *Aquam, quâ butyrum ♁ii præcipitatum in ☿rium vitæ communiter dictum, hicq; ſufficienter edulcatus eſt, acidulam.*

Filtretur denuò per chartam bibulam. Indatur aqua hæc phiolæ, impoſito alembico, & ex arenâ deſtillat primò phlegma. Quamprimum in alembico Striæ apparent, mutetur vas recipiens. Cum diſparent, iterum mutetur vas recipiens, Cum diſparent, iterum muteturvas, & hic ſeorſim adſervetur. In fundo reſtitans Spiritus, novo recipiente appoſitô igne violentiori ſubdito, vel per retortam exſtillatus, & ſic ab omni terreſtri materia ♁ii liberatus, ad uſum ſervetur.

S. Spiritus ⊕li Philoſophicus fixus. Non quod revera Philoſophicus ſit, ſed ad differentiam vulgati ſpiritus, quod ille majoris operæ ſit.

Doſis *à gr. v. vj. ad ℈ß. in conveniente liquore.*

### VIRES:

Potioris eſt virtutis, quam qui vulgari modo conficitur. Medetur febribus, Luem ♀ream mitigat, Lienem & Meſaraicas reſolvit, ventriculum debilitatum & à Phlegmate craſſo infarctum confortat. In Melancholiâ, Hypochondriacâ, Epilepſiâ, omnibusq; affectibus capitis mirè prodeſt.

Plura qui volunt legant Joan. Daniel Mylium. Agricolam l. citatis, & Deodatum l. 1. à pag. 136. ad 145. Schröderum Pharmacop. lib. 3. c. 26. p. 488.

## ELIXIR VITRIOLI,

R. *Galang. minor.* ℥iß.
*Calam. aromatic.* ℥i.
*Menth. criſp.*
*Salviæ acut. an.* ℥ß.
*Cinamom. Elect.*

*Caryophyllor.*
*Zingiber alb. an.* ℥ij.
*nuc. moſchat.*
*Cubebarum an.* ℥j.
*Lign. aloes ponderoſ.*
*Cortic. citr. an.* ℥j.

*M. & F. Pulvis, cui adde Sacchar. candi alb.* ℥iii. *poſtea humectetur optimè Sp. Vini aut F. mixtura mellis inſtar: mitte illam in vitrum, atq; Ol.* ⊕*li Veneris ſeu* ♂*tis aut in horum defectu Sp.* ⊕*li aliquoties rectific. ad 4. digitorum eminentiam affunde, & tres aut quatuor ſeptimanas digere; tandem tincturam per inclinationem aufer & filtra. Super relictam autem in mundo materiam Spirit. Vini ſuffunde & ulteriùs ſ. a. ſpagyricam, eſſentiam extrahe: Poſtea tincturæ extractiones mixtas, majoris efficaciæ ergò per 14. dies adhuc in MB. circula & ad uſum ſerva.*

### Vires, Uſus, Doſis.

Nobilius & efficacius ſtomachicum in totâ Repub. Medica nondum inventum eſſe, experientiam ipſam atteſtor. Idcircò breviter & quaſi in tranſcurſu dicam, quod in ventriculi affectione qualicunq; ingés &incomparabile ſit ſecretum.

Datur autem cum aq. Stomachica Mynſichti vel menthæ criſpæ vel aliis appropriatis &c. Supra modum Stomachum & inteſtina confortat, & ſimul omnia principalia membra refrigerata calefacit, & appetitum quàm bellè excitat. Inſuper ab Epilepſiâ & Apoplexiâ præſervat. Cerebrum purgat. Caput totumq; corpus multis Phlegmaticis catharris repletum exſiccat, illudq; à dolore mirè tuetur.

In Epilepſiâ exhibetur cum aqu. Pœoniæ, Lil. convall. &c. In capitis doloribus ſæpè ab impuritatibus ventriculi Cerebrum lancinantibus offertur in aqu. *Betonicæ &c.* In omnibus febrib9 propinatur cum aqu. Centaur. minor. Carduibenedicti, &c.

Doſis à ℈ß. ad ℈j.

Vid. Mynſicht. armam. Sect. XVI. pag. 271.

## *CAPUT II.*
## DE ALIO STOMACHICO,
*Nempè*
## SPIRITU SALIS.

SPiritus Salis variis modis paratur: mihi verò ſequens videtur utiliſſimus.

*R.* Salis communis vel marini, quantum vis, ſolve & coagula aliquoties.

quoties, ſi libet. Hunc Salem vel in Hypocauſto, vel alio calido loco ſiccatum miſce cum terrâ figulinâ ſiccâ æquali quantitate, (adjectâ aquâ conveniente ſufficienti) exempli gratiâ, ana lib. iij. & forma inde orbiculos rotundos ſeu oblongos nucis avellanæ magnitudine, qui ſiccentur. Exſiccatos Retortæ indè, apteturq́;. Recipiens amplum & clauſis commiſſuris, admoveatur ignis gradatim. Primò exſtillabit humor Aqueus, hinc ſequentur albi Spiritus. Augeatur ignis, & eodem gradu ſervetur, ne Spiritus remittant, idq́; eò usque, donec nihil Spirituum ampliùs egrediatur, refrigerato vaſe, *invenietur Spiritus Salis, qui repetita deſtillatione per Alembicum* rectificetur.

## VIRES & FACULTATES.

1. Hic Spiritus ſingulare eſt ſpecificum in omnibus ſtomachi vitiis & imbecillitatibus. Nam mirificè eum roborat, in Aqua Menthæ.

2. Excitat appetitum ex Aqua Abſynthii.

3. Appetitui canino, item dolori Pleuritico, Tumori Stomachi, Ardoriq́; gulæ medetur, in Aqua Centaurii minoris.

4. Concoctionem ciborum mirificè juvat, in aqu. menthæ.

5. Cruditates tollit, ventos & flatus diſſipat.

6. Intemperiem frigidam ventriculi corrigit, ex eadem aquâ.

7. Præterea renovat hominem præſertim ſi aliquot folia Auri in eo ſolvantur; quia ⊖ omnia præſervat.

8. Leproſos & alios tàm virorum, quàm mulierum morbos, in vino ſumptus ſanat, & ſangvinem mundificat.

9. In Hydrope miſcetur Sali Abſynthii, vel aliquot *guttæ in aq. Abſinthii quotidiè,* donec Hydrops, quod fit in paucis diebus, evaneſcat, ſumuntur.

10. Ad confortandum caput datur, in Aqua Betonicæ.

11. Ad cor in Aquis cordialibus, *ut Meliſſæ, Borrag. &c.*

12. Ad Hepatis vitia, in Aqua Cichorei.

### NOTA:

Phthiſicis hæmoptoicis & quibus membrum aliquod *principale læſum, non datur ſine periculo.*

13. Ad Splenis imbecillitatem, in Aqua Scolopendriæ.

14. In Peſte cum aqua appropriata cordiali. Infecta etiam regio illo ungatur, Apoſtema retrocedit, & venenum ſine noxa expellitur per aliud emunctorium. Si *guttæ* quatuor cum ſemiunc. Electuarii Juniperi offerantur, expectato ſudore, ut ſingulare commendat Theo-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0433-1

phraſtus in peſte & venenis: quia confortat cor, & ſangvinem purificat.

15. In aceto ſi offeratur, pellit ſudorem Anglicum.

16. Renes & veſicam expurgat, calculum rumpit.

17. Lumbricos pellunt aliquot guttæ, in Aqua Abſynthii.

18. Iu Colica quatuor vel quinq; guttæ, in vino forti, præſentaneum remedium.

19. Pellit Febres in Aq. Card. ben.

20. In Ictero quatuor guttæ proſunt, continuetur, donec patiens ſit reſtitutus.

21. In Iliacâ, Dyſenteriâ, Paralyſi, Apoplexiâ, Podagrâ datur commodè.

22. *Ulcera etiam interna ſanat.*

## Uſus ejus ab Extra.

1. Cum aq. appropriatis mixtus, parti dolenti podagricæ inungitur.

2. Penetrat omnes venas, carnem, oſſa, & promovet omnium ulcerum curam.

3. Ubi membra contracta, & de ſeſe mota, ſive ſit contractura, ſive Apoſtema, inunctio inſtituatur cum appropriatis ungventis.

4. Sic omnia ulcera Cacoethea, inſanabilia, fætida, ut Fiſtulam, cancrum, Lupum & ſimilia Phagadænica cum inunctione continuata in parvo tempore ſanabis.

## DOSIS.

*Internè à gutt.* iij. v. *vel* viij. *in vehiculo convenienti.*

## OBSERVATIO.

Cùm diverſa terrarum genera & alia aliis puriora, argillaq;, cui Sal immiſcetur, ad eliciendum Spiritũ, alicujus veneni ob varias rationes, arguatur, periculoſum videtur in hoc deſtillandi proceſſu tale quiddam ſumere; Conſultiùs verò, ut argillæ loco eligantur lateres novi cocti, vel terra ſigillata.

Sic ergò Spiritus Salis ſimplex alio modo convenientiùs deſtillatur.

R. *Salis marini Calcinati part. j.*

*Bol. Armen. vel terræ ſigillatæ Strigenſ. pulveriſ. part. ij.*

*Cum aqua pluviali in paſtam agantur*, ut inde fieri posſint orbiculi, quibus exiccatis, Retortam loricatam ad dimidium imple, & adaptato magno receptaculo, per ignis gradus fortiter deſtilla, primò phlegma, mox aucto igne & candente retortâ, ſpiritum album qvi in B. M. à phlegmate ſeparandus erit: Quod reliquum in cucurbitâ manſerit, Spiritus Salis nimirum & fæces, ea per Retortam deſtillando ſepara, & ſic Spiritum Salis elegantisſimum cum ente terræ Strigenſis, vel Boli Armeni embryonato maritatum tenes.

Quod

Quòd ſi pars ſpiritûs in capite mortuo ſeſe in deſtillatione receperit, ut ferè fit, tunc per aquam communem ſimul coquendo, ex eodem ſal collectum, & priori modô deſtillatum, æquè efficacem ſpiritum prolicies.

Quod ſi ex capite mortuo ſal toties prædictô modô extraxeris deſtillarisq́;, quousq́; quidpiam ſalis in ipſo reſtiterit, totum ſalem tandem in formâ ſpiritûs, univerſas ſalinorum ſpirituum reliquias refundentem tranſire facies. Hujus in Febribus non vulgaris eſt uſus, cum Aq. & Succo Veronicæ ac Sacchari liquore dulcificatis, bis in die ad ℥i. manè & veſperi: In lentis verò & quotidianis potêtior hic ipſe, quàm ullus alius.

## SPIRITUS SALIS COMPOSITUS.

Spiritum ſalis compoſitum & ad Medicos uſus præſtantisſimum ſic concinnabis.

R. Sal. Nitr. ſalis communis decrepitati ana q. ſ. miſce cum tripla quātitate argillæ ſiccæ, & per ſetaceum actæ, impaſtæ, in globulos efforma, quibus exiccatis, retortam ad dimidium imple, & igne aperto, more conſveto ſpiritum propelle. Hujus ſpiritus ℔ I. cum ſalis fuſi ℥iiij. 24. horis digere, ut ſal adjectum ſolvatur, per retortam iterùm deſtilla, idq́; toties, quoad placuerit cum novo ſale, ſic ſpiritum & auctiorem & fortiorem habebis: à quo per B. M. Phlegma abſtrahe, & deinceps ſpiritum per Retortam in arenâ rectificâ, tandemq; cum ſpiritus vini rectificati partibus æqualibus conjunge, & in vaſe circulatorio aut Pelicano in cineribus commacerando, atq; iterùm rectificando, ſpiritus iſtos Vini ſcilicet & ſalium inſeparabiliter unitos, & ſpiritum ſalis compoſitum notandæ virtutis inde conficies, ad vitam in multos annos propagandam, morboſq́; propellendos egregium auxilium.

### USUS.

*Inprimis autem Ictericis ſummè prodeſt, Hydropicis, item Vermiculoſis.*

Doſis grana 6. 8. in vino, Aqua vitæ, & alio appropriato, ad Hygieiam, ſingulis *ſeptimanis ſemel vel bis* duntaxat. *Exteriùs illitus podagram lenit*, in Aq. vitæ vel Tiliæ Epilepſiam curat: deniq; quicquid de Oleo ſeu ſpiritu ſalis apud Paracelſum aliosq; neotericos patet, idipſum hic potentisſimè præſtabit.

Porrò quâ ratione omnium vegetabiliū ſales elegantes fieri poſſint, ab Authoribus hinc indè docetur. Hos tamen ſi tranſparentes & ſalis nitri inſtar pellucidos ac

Cryſtallinos habere velis, tunc recipe cujuscunq; Vegetabilis cineres probè calcinatos, eosq; viciſſim in reverberii furno cum pari florum Sulphuris quantitate mixtos calcina, quoad omne ſulphur ab igne crematum fuerit, tandem aquæ calentis beneficio ſalem extrahe, filtra, coagula, ſeu ut artis eſt, in loco frigido in Cryſtallos age. Hi ſales & optimi ſunt, nec lixivium redolent, nec facilè in deliquium abeũt, ſed mirificè operantur.

V. G. Sal Abſynthii hoc modô paratus per Vomitum purgat, pectoris & Ventriculi impuritates expediendo, ſi drachm. ſem. cum unc. ij. aquæ propriæ aſſumatur; qui ſal etiam in tertianâ magni ſecreti loco adhibetur, ut & ejusdem ſalis ſpiritus, qui in Hydrope magnum eſt remedium.

Sic autem è Vegetabilium Salib9 pretioſos ſpiritus deſtillabis.

℞. *Silicum contuſorum, Sabuli puri, Salis cujuscunq; Vegetabilis. V. G. Abſynthii ana q. ſ. per retortam loricatam, primò lento igne, ne Sal fluat, deſtilla, mox ubi Spiritus albi prodierint, fortiore igne, flammæ ſcilicet, pelle, ut etiam ſpiritus ſicci prorumpãt.*

*Phlegma in B. rectificando abſtrahe, & capiti mortuo ad Salem extrahendum calidum affunde, extractum filtra, coagula, coagulatum viciſſim, capitis mortui extractione ſæpiùs repetitâ, deſtilla, donec totus Sal in ſpiritum abierit, qui ſpiritus Salis dicitur cujuscunq; Vegetabilis, qui mirabilis eſt in uſu Medico, pro varia ſimplicis, ex quo fuit extractus, naturâ: propriæ herbæ Eſſentiam & tincturam mirè extrahit, ad Medicos uſus admirabilem. Deodatus l. 2. panthei Hygiaſtic. c. 1. pag. 8. 9.*

Sic & Martinus Blochvvitius, D. Phyſicus Oſchatzenſis, ſpiritum ſalis ſambucinum. Anat. Sambuci ſect. 2. c. 5. pag. 44. 45. 46. deſtillat ſeq. modo; Inquiens,

*Non ſolùm ex floribus & foliis Sambuci poſt deſtillationem aquarum, & ſuccorum expreſſionem ad hunc uſum accommodis, ſed & tota arbore Sambuci Sal paratur.*

*Sunt nimirùm ſiccanda omnia, & in foco mundo accendenda, apertâq; flammâ in cineres redigenda, ex cineribus per Aquam puram limpidam fac lixivium aquam novam toties reaffundendo, donec omnis ſalſedo extracta ſit; Lixivium filtratum in vaſe fictili, vel tigillo ad carbones lento igne coque, ut aqua exhalet, & Sal relinquatur. Qui iterata ſolutione & coagulatione purificandus eſt.*

Illuſtriorem hujusmodi Sales purificandi modum mediante Spiritû, ſeu oleo ſalis communis exhibet in Enchirid. Hermet. Finckius c. 19.

Quidam hunc proceſſum laudant.

R. Ci-

*R. Cineris Sambuci combuſt. & Sulphuris æquali pondere, miſta calcinentur, igne Reverberii, vel in fornace figulina: extrahe poſtea cum Aq. flor. Sambuci lixivium, quod filtratum & ad dimidium lento igne abſumptum repone in cellam ſubterraneam, ut Sal inde in Cryſtallos concreſcat.*

## SPIRITUS SALIS Sambucinus.

R. *Salis Sambucin.* ℔. i.
*Salis* Commun. ℔. iij.

*Optimè trita, ac invicem miſta impone Retortæ luto obductæ, adhibitoq; recipienti amplo & clauſis commiſſuris ignem gradatim admove: primo exſtillabit humor aqueus, hinc ſequetur ſpiritus: Auge ignem, & in eodem gradu ſerva, ne ſpiritus remittant, idq; eousq;, donec nihil ſpirituum amplius egrediatur, Recipiensq; clarum fiat. Refrigerato vaſe lutoq;, quod Retortæ collum cum recipiente colligatum tenet, linteo madido per horam, donec recipiens absq; vitri fractione abſtrahi poſſit, humectato, invenies ſpiritum Salis Sambucini, qui repetitâ per Balneum deſtillatione à Phlegmate ſuô liberandus erit.*

Plura qui deſiderat ſcire, legat Joann. Daniel. Mylium, Baſilic. Chymic. l. 5. c. 4. à pag. 705. ad 732. Item D. Joann. Agricolam part. 2. Oper. ſui Chymici Germanici, titul. de Sale à pag. 772. ad 797. Untzerum in Phyſiologia ſal. à pag. 155. ad finem.

## De PRÆPARATIONE SPIRITUS SALIS DULCIS.

Circa deſcriptionem Spiritus Salis communi more deſtillati, lubet in gratiam benevoli Lectoris rationem præparandi Spiritum Salis dulcem, nec non viridem hic palàm facere.

R. *Spiritus Salis,*
*Spiritus Vini ana q. v.*

*Sublimentur ter vel quater per Retortam, & uniantur inſeparabiliter, & dulceſcent.*

### VIRES ET USUS.

Huic ſpiritui ſi addatur Saccharum candum pulveriſatum, fit utile Medicamentum, ad præſervandum à putredine. Hinc ſingulare remedium in Peſte, aliisq; morbis Epidemialibus.

## De SPIRITU SALIS VIRIDI.

Spiritus Salis Viridis paratur, ſi fragmenta laterum in fornace calcariâ igniantur in olla, atq; in alia ollâ huic ſuperimpoſita. Sal caloris vi liqueſcat, & ubi utrumq; accidit, fundum ollæ ſalem liquefactum continentis ferreo rutabulo pertundatur, ut Sal liquefactus in fragmenta laterum ignita defluens cum iis impaſtetur. Fragmenta iſta indantur Retortæ, & ut in Spiritu Vitrioli fieri ſolet, deſtillatio inſtituatur.

CAPUT

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0437-4

## CAPUT III.
## DE
# SPIRITU VENERIS ET MARTIS.

SPiritum ♀ris, ut Chymicè efficias, opus eſt tibi Vitriolo utriusque quod modo ſequenti paratur.

R. *Laminati ferri, vel Veneris, (una enim eſt utriusq; via) quantum vis, ſcinde in fruſta magnitudinis ſemithaleri, fac ſtratū ſuper ſtratum tum cum ſulphure pulveriſato in tigillo lutato, pone in igne* Rotæ. *Ignis ab initio tigillum non attingat, ſed paulatim admovendo augendus eſt, quem ultimò fortificabis.*

*Ita accenſo Sulphure, calcinantur prædictæ laminæ, quod intra horam abſolvitur. Ubi omnia refrixerunt, exime nigrocineritiam materiam inſtar æris uſti, & tritam cribra, eamq; in olla non vitreatâ apertâ poſitam per transverſum (ut in præparatione vitri Antimonii fit) move diligenter, ſupra ignem carbonum, ne liqueſcat, & vitriolum in cupro evaneſcat, ſic Sulphur incenditur vel evaporat, move cum ferreo, vel cupreo inſtrumento, prout Vitriolum facere intendis de latere ad latus, ubi ferro vult adhærere, tunc ſatis eſt, & ab igne auferatur.*

*Pulveriſatam hanc Veneris calcem pondera, & ad quamq; libram accipe Sulphuris tres lotones, miſce, & in olla pone ad latus, move ſuper lentum ignem per quadrantem horæ, usq; dum olla quaſi candeſcat. Cuprum molleſcit inſtar paſtæ, & ferro adhæret: Frigeſcat, ac tritum cribretur.*

*Adde denuò ad lib.* i. *tres lotones Sulphuris, calcina, ut anteà, per quadrantem horæ. Hoc quinquies, ſexies, vel ſepties repetitur, tunc calcinatio eſt abſoluta.*

*Nota diligenter, ut calx ſemper benè ſiccetur, & ad lib.* i. *ſaltem uncia cum dimidia Sulphuris præcisè ſumatur. Calcem metalli tritam minutiſſimè accipe, & affunde in patinâ ligneâ, aquam calidiſſimam, ſolvetur calx, & aqua è Venere erit cærulea, cola, colatam evapora, ſupra ignem incoquendo mediocriter, donec quaſi cruſtam acquirat, reliquum in frigido concreſcat, ſic habebis è cupro pulcherrimum Vitriolum cæruleum, è ferro viride. Fœces in aquæ fundo remanentes ſicca, & non ſolutas, iterum cum Sulphure calcina, ut priùs feciſti, ſervato pondere priori, poſteà lixiviū fac, quod filtratum evaporabis.*

*Hoc repete, donec tota calx in lixivium abeat: Inde in terreo vaſe Gorlicenſi, aut Waldenburgenſi, vel in cucurbitâ magnâ vitreâ (cave, ne*

*rumpatur) fac evaporet, donec cruſtam nanciſcatur, pone in loco frigido, tunc in fundo Veneris Vitriolum in ſtrias deſidet, ſapore ſub dulci, aufer aquam, & ſicca Cryſtallos concretos.*

*Aquam remanentem iterum incoque parùm, & in frigidum locum ſi collocetur, denuò concreſcent lapilli, reiterando, donec totum in Vitriolum abeat. Poſſunt etiam bacilli imponi, ut Vitriolum eò melius adhærere poſſit. Sulphur illorum fundum petens ſeorſim ſervetur ad ſuos Uſus.*

OBSERVATIO.

Ex his duobus Vitriolis nimirùm Ferri & Cupri, Spiritus & Oleum Chymicè præparari poſſunt, vulgari ac cognitô modô, longè majoris efficaciæ & virtutis, quàm è Vitriolo communi.

Hoc pacto habetur fons acidus Artificialis. Acetum Eſurinum eſt in hoc Sulphure Vitriolato ſine corroſivo præparato, perfectum arcanum in corroborando langvente Ventriculo.

Vide Theophraſtum in lib. de vitâ longâ, & in libro de Tartaro circa finem.

Plura legantur de ♀re apud Joan. Daniel. Mylium Baſil. Chymicæ l. 3. part. 3. à pag. 286. ad 297. & Crollium in Baſil. Chym. pag. 219.

Hujus Olei Vitrioli Vires & Uſus.

Paracelſus vocat partem Pharmacopolii quartam, & cuilibet Pharmacopœo ita commendat, ut ſit inſtar Lapidis angularis in ſuâ Officinâ.

1. Utimur 6. vel 8. guttis in vino aqua menthæ, vel quod melius, in jure carnis calido, in debilibus ventriculis frigidis, quia concoctionem promovet.

2. In calculo & arena, in aqua ononidis.

3. In Suffocatione matricis, in aqua Artemiſiæ.

4. In Febribus, ſtomachi caloribus, ſiti 12. vel 15. guttæ in aq. Centaurii minoris, vino Roſarum, Anthos.

*5. In omnibus morbis capitis*, in Aq. Lilii Convall. vel Lavendulæ.

6. In Ictero efficax eſt, in Aqua Chelidoniæ ad 15. vel 20 gutt. cum ſudore.

7. In peſte miſcetur cum Saccharo candi & *Electuario Juniperino*, & ſic etiam loco prophylactici ſanitatis utimur.

NOTA:

Phthiſicis hæmoptoicis & quibus aliquod membrum principale læſum, non datur ſine periculo.

8. Inuncti Lithargyro, & malè affecti, oleo Vitrioli *cum* Theriacâ mixto ſudando reſtituuntur.

9. Externè] Alopeciam unam

quamq; , & Tineam tribus diebus illinendo per ſe,vel cum aqua Chelidoniæ curat.

10. Tollit omnem ſerpiginem, ſcabiem, pruritum, & quicquid cuti ſolet adhærere, Tentiginem pravam, Syrones. Sed ſine miſericordia fiat inunctio, & pro defenſivo opodeltoch adhibeatur.

11. Poſt evacuatum corpus, cum Theriaca ſ. aquis appropriatis ferè in omnibus morbis exhiberi poteſt. Aciditate enim ſua putredinem omnem arcet, partium verò tenuitate obſtructiones pellit.

DOSIS.

Modus exhibitionis eſt ſaporis in *acidum mutatio:*

*Dantur in Aqua Acetoſæ vel ſpecificâ aliâ* potandæ tot guttæ, quot dentes ſtupidos non reddunt, manifeſtam tamen guſtui aciditatē conciliant. Per ſe nullus ſit ejus uſus, ſed cum vehiculo, & parcus. Dum utimur, probè debet agitari, cum ſuo vehiculo, quia gravitate ſuâ fundum petit, Vid. Baſ. Ch. Croll. p. 218.

CAUTIONES.

Propter aciditatem prodeſt ventriculo langvido, in quo tamen nulla eſt Cholera aut Apoſtema. Alioquin eſt ebullitio mutua & effervescentia, (Abſtineant ergò Cholerici & Picrocholi à noxiô ipſius uſu) ut videmus in oleo Tartari, & Aqu. forti, quæ ſe invicem non compatiuntur. *Similis eſt ratio in jecore.*

2. Uſurus hôc oleô in vehiculô convenienti calido faciat, poſtea contineat ſe in lecto, ac ſudet.

Videmus enim ejꝰ operationem in majori mundo, in frigidò non perfici, ſed in calido: talis etiam eſt ipſius operatio in microcoſmo.

*Porrò Oleum Vitrioli* utriusq; pulcherrimo colore, ac durabili tingit expreſſos ſuccos

*Roſarum rubr.*
*Violarum,*
*Florum Pæon.*
*Papav. Sylv.*
*Item ExtractūAlkermes, &c.*

## *CAPUT IV.*
## DE
## SALE ABSINTHII.

SAL ABSYNTHII ſingulare Stomachicum, cujus præparationem cum uſibus ſuo loco invenies.

Item SAL MENTÆ, qui præ cæteris quoque validè emendat frigidam ventriculi intemperiem, & concoctio-

concoctionem juvat. Flatus diſcutit, & omnia reliqua, quæ ad corroborandum ventriculum ſpectant, præſtat.

DOSIS.

*Datur à ℈i. ad ʒß. in vehiculo debito.*

*Olei ejus eſt idem uſus, ſed Doſes diſcordant; dantur enim hujus tantùm aliquot guttulæ in Vino, vel Aquâ Mentæ.*

## CAPUT V.
## DE
## PULVERE ARAONIS QUERCETANI.

R. *Radic. Araonis præparatæ, ut docebitur* ℥ij.
*Rad. Acori vulgar.*
*Pimpinellæ ana* ℥i.
*Oculorum Cancri* ℥ß.
*Cinamomi* ʒiii.
*Salis Abſyntbii,*
*Juniper. ana* ʒi.
*Sacchari roſat. q. ſ.*
*Conficiatur pulvis guſtui gratiſſimq.*

VIRES & USUS.

Hic pulvis licet paratu ſit facillimus, nec ex numeroſa ingredientium aut aromatum multitudine præparetur: exhibetur tamen non tantùm ad ventriculum corroborandum, cui propriè convenit, ſed etiam ad capitis affectus, ad Hemicranias acutiſsimas, Vertiginem, Melancholiã Hypochondriacam, Cachexiam, & ſimiles affectus.

Ad calculnm quoq; & Febrem quartanam porrigitur. Habet enim facultatem deoppilandi Epar, Lienem & totum meſenterium, & diſſolvendi, & liquefaciendi Tartarum glutinoſum, qui plurimorum morborum cauſa exiſtit.

PRÆPARATIO ARAONIS.

Colligenda eſt hæc radix, dum vix inter dumeta germinare incipit, ac antequam ejus Virtus in folia ſe diſpergat, mundanda optimè, & lavanda: poſtea in orbiculos diſſecta infundatur cum Vino albo, & maceretur in loco frigido per 24. horas vino duobus digitis transverſis ſuper-natante. Enumeratis horis elapſis, effundatur vinum, & ſeparetur per inclinationem: & rurſus affundatur novum vinum album, repetitâ adhuc maceratione eâdem per 12. horas, ut nimia acrimonia, & vis pungens ejusdem Salis Aronici mitigetur, quæ aliàs tangentium manibus puſtulas ſive bullas inducit, easq; exulcerat.

Radix poſt macerationem reſiccetur ad ignem lentum, vel in furno, videlicet in quo panificia modò co-

cta fuerint, deindè reducatur in pulverem ad eundem uſum, ut ſuprà. Vid. Phar. reſt. Quercetan. pag. 273.

*Doſis à* ℈j. *ad* ʒß.

Pulvis alius Stomachicus & Epaticus.

R. *Spec. Diarb. Abbat.*
*Cryſtall.* ♀*ri ana* ℈ij.
*Trochiſc. de roſis* ℈i.
♀*ri* ⊕*lati* ʒß.
*Salis abſynthii.*
*Cinamomi,*
*Cichorei,*
*Magiſter. Corallor.*
*Spiritus Salis noſtri coagulati ana* ℈i.
*Sacchari roſat. tabul.* ʒvi.

*Fiat pulvis.* S. Magen- und Leber-Pulver.

VEL.

R. *Pulver. Stomach. Querc.* ʒiij.
*Fœcul. Aron* ʒi.
*Panac. holſatic.* ℈ii.

*M. D. S.* Magen-Pulver.

## CAPUT VI.

## DE AQUA STOMACHICA.

Recip.

R*adic. Ireos. Flor.*
*Cinamom.*
*Cortic. Citr. an.* ʒvi.
*Sem. Aniſ.* ℥i.
*Caryophyll.*
*Cardomom. minor.*
*Nuc. moſchat. an.* ʒij.
*Meliſſ.*
*Majoran.*
*Flor. Tiliar.*
*Herb. Paralyſ.*
*Pæon. an. Mß.*
*Sem. Abſinth. an. q. v.*

*Aquæ calidæ ſuperfunde q. ſ. adde fæcum q. ſ. ſtent in digeſtione per aliquot dies. Tunc deſtilla, deſtillatum rectifica.*

VIRES.

Excellens ſtomachicum, atq; ideò Plebi maximè expetitum.

*F. deſtillatio in Balneo cum Sp. Vin. q. ſ.* S. Magen-Waſſer.

SPIRITUS FRUMENTI.

R. *Tritic. in molâ groſſo modo comminut.*

De SYRUPO DE ABSINTHIO PENAE, qui apud Pariſienſes in maximo pretio habetur.

R. *Cortic. Citr. Sacchařo condit. & in taleolos diſſect.* ℔ß.
*Coqu. in æquis partibus aquæ Cichor. & agrimon. uſq; ad putrilaginem.*

*Expreſ-*

*Expreſſioni fortiter factæ adde*
*Succ. Cydonior.*
*Aq. Abſynth. pontic. an.* ℔ ß.
Quibus ſimul mixtis infunde per quatriduum Schænanth. ℥iiij. in vaſe benè clauſo vitreato ſupra cineres calidos. In expreſſione fortiter factâ diſſolve Sacchar. albiſſ. q. ſ.
*Coquantur poſtea in Syrupum perfectum, in quo calente diſſolve Ambræ Cineritiæ* ℈i.
*Servetur poſtea in Vitro benè clauſo.*

## CAPUT VII.
## De EXTRACTO STOMACHICO.

Recip.

*Spec. Aromat. roſat.* ℥i.
*Calami Aromat.*
*Galangæ.*
*Ligni Aloës ana* ℨiß.
*Cinamomi,*
*Macis,*
*Nuc. Moſchat.*
*Mentæ ſicc. ana unc. i.*
*Sem. Fœnic.*
*Aniſi,*
*Coriandri.*
*Cortic. Citri ſicc. ana unc. i. ß.*
*Roſar. rubr. M. iij.*
*Cum ſpiritu Vini fiat Extractum ſecundùm artem.*

### VIRES & USUS.

Ventriculum & cor confortat; Nauſeam & Vomitum ſedat, & valet contra putrefactionem in partibus Ventriculi. Membra verò nutritionis calefacit, ac Ventoſitates diſſolvit, & terminat.

*Doſis à* ℈i. *ad* ℨß. *in vehiculo conveniente.*

Ex his iterùm potes varias Medicamentorũ compoſitiones concinnare, exempligratiâ.

R. *Salis Abſynthii* ℨiß.
*Menthæ* ℈i.
*Pulv. Araon. Quercetani* ℨij.
*Fiat Mixtura.*
*Doſis* ℈i. *in Vino, vel Aqua menthæ.*

Aliud.

R. *Ol. Abſynth. deſtill.* ℈iß.
*Mentæ,*
*Cinamomi,*
*Garyophyll. ana gut. x.*
*Fiat Mixtura, detur in vitro. Sign. Olea Stomachica.*
*Doſis, gutt. iv. vel vj.*

Aliud.

R. *Ol. nuc. moſchat. expreſſ.* ℈i.
*Cinamomi,*
*Garyophyll.*
*Ol. Mentæ ana gutt. vij.*
*Sacch. alb. fin. unc. iij.*
*Aq. Roſar. Optim. ſolut.*
*Fiant Rotul. ſ. a. d. convenienter*

*nienter. Doſis Rot. vj. vel vij. manè & Veſperi.*

Aliud.

R. *Spiritûs* ⊕*li* ʒiſs.
⊖*lis*,
♀*ris ana* ℈ſs.

*Commiſceantur & dentur gutt.* vi. *vel* viij. *in aqu. ſpecifica, vel brodio carnis.*

Aliud.

R. *Aqu. Vitæ mul. unc.* iiſs.
*Menthæ*,
*Abſynthij an. unc.* ſs.
*Stomachalis unc.* i.
*Spirit.* ⊕*li*,
⊖*lis ana* ℈ſs.

*Miſce, & da unum vel duo cochlearia ante paſtum.*

## CAPUT VIII.
## DE TINCTURA ABSINTHII.

HÆc Tinctura ita præparatur, ut ter Spiritus Vini rectificatꝰ Herbæ Abſynthii ſiccæ affundatur, & ſemper poſt aliquot dies herba exprimatur & Tinctura pulveri novo reaffundatur, ultimò filtretur & uſui reponatur.

### VIRES ET USUS.

Hæc Tinctura ad guttas xx. in vehiculo convenienti data ſummum eſt arcanum in langvente Ventriculo.

### TINCTURA ABSINTHII ALIA CUM LIQUORE ⦶ Alcaheſtico Glauberi:

R. *Fol. Abſinth. cum florib. vel ſiccor. vel Recent. q. ſ.*
*Liquoris alcaheſtic. vegetab. q. ſ.*

Digerantur per aliquot dies, in calore leni. Decantetur liquor impragnatus tincturâ Abſinthii: filtretur per linteum ſubtile, & in ſingulari vaſe ſervetur. Super reſiduã herbam novus infundatur liquor, & ſic deinceps. Collectus omnis humor miſceatur cum Sp. Vin. Hic extrahit tincturam, ſaturato odore plenam, & virtutibus illuſtrem. *Doſis ad* ℈ſs. *& ultra.*

*Sumitur inhauſtu Vini boni.*

### ESSENTIA ABSINTHII COMPOSITA:

R. *Summitat. Abſinth. vulgar.*
*Pontic. tenuifol. an. Miſs.*
*Fol. & Flor. Centaur. min.*
*Agerat. an. Mi.*
*Flor. Roſar. rubr. Mſs.*
*Viol. Mart. cum caulic. q. v.*
*Cortic. Citr.*
*Aurant. ſicc. an.* ʒſs.
*Lign. Sanct.* ʒvi.
*Rad. Zedoar.* ℥i.
*Acori veri*,
*Tormentill. an.* ʒſs.
*Caryophyll.*
*Cinamom.*

*Canell. alb. an.* ℥vii.
*Macis,*
*Nucis Moſchat.*
*Caryophyll. aromat. an.* ℥iſ.
*Inciſ. & contuſ. groſſo modo affunde*
*Spirit. Vin. opt. q. ſ.*
*In arena ſtent per tres ♂ ♀. Spiritus tinctus exprimatur. Colatura per linteum factæ*

*Adde Species novas. Id tertiâ vice repetatur, donec extractio Spiritus Vini odorem & ſaporem amiſerit.*

VIRES:

In Ventriculi & Hypochondriorum infirmitatibus à causâ frigidâ prodeſt. Quartanis auxilio eſt.

Doſis ℈ſs. ℈i. *in Vino vel* Cereviſiâ.

De
## TINCTURA CALAMI AROMATICI.

Hæc Tinctura præparatur, ut anteà dictum eſt.

VIRES & USUS.

Vires, Uſus & Doſis hujus Tincturæ conveniunt Tincturæ Abſinthii.

## TINCTURA STOMACHICA.

*R. Flor. Roſar.*
*Abſinthii,*
*Centaur. min.*
*Calam. aromat. an. q. ſ.*
*Fiat Tinctura cum Sp. Vin.*

De
## MIXTURA STOMACHICA.

R. *Tinctur. Abſinthii,*
*Calami aromat. ana* ℥ſs.
*Salis abſinthii* ℥i.
*Spiritûs Salis vel Vitrioli vel Elixiris Proprietatis* ℈i.
*Miſce, & da aliquot gutt. in vehiculo ſtomachico.*

# PARS XIX.
# DE
# SPECIFICIS EPATICIS.

## CAPUT I.
## DE
## CROCIS MARTIS APERITIVIS.

Recip.

Laminas è ferro vel Chalybe puro ductas, obline eas aceto deſtillatô, Oleo vel Spiritu Tartari, vel Vitrioli, Colloca in cellam, & poſt aliquot dies Crocum deraden-

dum

dum pede leporino invenies. Hunc laborem repete toties, donec in Crocum ♂tis totæ laminæ abierint.

NOTA:

Eodem modo poteſt fieri Crocus beneficio Spirit. ○. ⊕. *Salis* armoniac. &c. verum non niſi extra adhibendus.

VIRES ET USUS.

Inſigne Hepatis deoppilativum, nec non lienis: propterea in Hydrope conveniens quoq; Medicamentum.

DOSIS.

Doſis à gr. viii. ad xv. in convenierint vehiculo.

NOTA.

Crocus hic ♂tis aperitivus factus *dicitur per calcinationem illinitionis ſeu inunctionis, ad diſtinctionem* earum calcinationum, quæ cum ♂te fiunt & vocant immerſivæ humidæ, ſiccæ fuſoriæ & cæmentatoriæ, ac deniq; vaporoſæ. Idem Crocus ♂tis aperiens per Calcinationem illinitionis, qui Crocus ♂ Saccharinus aperiens albus dicitur, & pleniùs deſcribitur.

R. *Laminas ♂ latas & amplas,*
*Spiritus 🜍ris vel ⊕li.*

Obline lamellas, bis, ter, quater, ſenſim in leni calore, expanſis laminis ſuper vitro aliquo, ſenſim effloreſcit crocꝰ albicans, qui dulce nonnihil ſapit. Iterum obline lamellas, quoties libuerit, Crocumq; ſiccum collige. Primâ vice quæ laminæ adhibentur, tardiori & parciori manu præbent Crocum. Quò crebrius adhibitæ, eò liberaliores ſunt. Corroditur in hâc illinitione non ſolum ♂ ſed etiam ejus ⊕licum ⊖ extrahitur: quod cum etiam tandem evocetur omne, conducibile eſt laminas mutare.

Experientia docet crocum poſtremum eſſe prioribus multò viliorem minus ſpecioſum, minusq; efficacem ad reſerendam & movendam alvum.

Doſis: *gr. ij, iij. in liquore convenienter.*

OBSERVATIO.

*Quercetan. Pharmacop.* reſtaurat. cap. 26: infundit ♎ 🜍ris ac Sp. Vini ana in cochlear ferreum: omnia bullire ſinit ad ignem lentum usq; ad conſumptionem. Hinc reponit per aliquot dies, pulveremq; Croceum abſtergit, qui facilè liqueſcit.

Hunc verum Epatis reſtaurativũ appellat, eumq; in tragea hepatica ceu baſin recipit.

## 2. CROCUS MARTIS PER calcinationem Fuſoriam.

R. *Ferri vel chalybis in teretes bacillos laminati q.v.*

*Magdaleonum 🜍 craſſorum q.ſ.*

Igniantur lamellæ in aperto igne ad follem, (maximus enim requiritur ignis) ut candeant & ſcintillent. Poſt intrudantur in magdaleones. Sic Mars liqueſcit, & in forma nigrorum grumorum decidit in ſitulam aqua plenam, cum filamentis 🜍ris intortis. Separati à 🜍re grumi pulveriſentur minutim, & in marmore in pulverem impalpabilem levigentur.

Modus utendi per ſe rarꝰ eſt, cum aliis crebrior.

## 3. CROCUS MARTIS APERITIVUS per calcinationem crementatoriam, unde ⊕lum ♂tis.

R. *Limaturæ ♂ puræ* ℔. ij.

🜍 *Magdaleon.* ℔. iij.

Pulveriſata miſce exactè per minima. Recondita in vaſe fictili ſeu ollâ vitreatâ, facto 5. ſ. ſ. igni rotæ, in furno anemio expone, & calcina, donec omne 🜍 combuſtum defragravit.

Frigefacto vaſe exime pulverem, in porphyrite lapide læviga, & ad uſum ſerva.

Si 🜍 omne non deflagraverit, materia exempta ac trita rurſus calcinetur, diligenter movendo, donec ferro adhærere incipiat.

Raro quoq; per ſe utitur; poteſt tàmen adſumi in juſculo ad ∋ſt.

## 4. CROCUS MARTIS PER Calcinationem immerſivam.

Solutio ♂ fit in *quolibet liquore corroſivo, etiam minori acrimonia prædito.* Ut ſunt Aqu. fort. vulgaris Spirit. ⊕li, ⦶tri, ⊖lis, 🜍ris, O Coagulatio fit vel per inſpiſſationẽ vel per præcipitationem, ſed raro.

## 5. CROCUS MARTIS APERITIVUS per calcinationem vaporoſam.

Lamina ♂ ſuper Aq. fort. in cucurbita clauſa ſuſpende, cucurbitamq; in arenam calidam colloca, ſic vi vaporum *adhæreſcet paulatim laminis Crocus pede* leporino abſtergendus.

Si quantitatem aliquam Croci hujus colligere cupis, ſæpiùs repetendus eſt labor.

# CAPUT II.

# DE 1. TINCTURA MARTIS.

Recip.

*Salis Armoniaci p ij.*

*Limatur. chalyb. pj.*

Miſce & per retortam ſecundum gradus deſtilla primum lento, deinde fortiori igne: ſic ♂tis eſſentia

 remanet

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0447-0

remanet in fundo; hanc exime & optimè edulcora, ut ab omni Salis armoniaci acredine ſit libera. Poſtea materiam hanc edulcoratam cucurbitæ immitte, & cum Sp. Vin. extrahe tincturam, Spiritum tinctum exime, & per Alembicum abſtrahe usq; ad medietatem, reliquum manens cum eſſentia extracta per chartam filtra, idq; ipſum, utpote veram ♂tis Tincturam ad uſum aſſerva.

VIRES & USUS.

Hæc Tinctura ♂tis ſingulare experimentum eſt, in omnibus obſtructionibus Hepatis & Lienis: Item in Melancholiâ Hypochondriacâ, Quartanâ, Cachexiâ, hydrope, morbo Virgineo, Scorbuto, Menſibus *ſuperfluis, & retentis.*

*Doſis à gutt. vi. ad ℈ß, in vino, vel Syrupis, vel decoctis, vel aliis liquoribus convenientibus, ut vires ejusdem eò melius penetrare etiam ad remotas corporis partes & angulos poſſint. In uſu autem hujusdem corpus ab humoribus peccantibus ſæpiuſculè decenter & leniter purgandum, & ſimul bona diæta obſervanda.*

2. TINCTURA ⊕LI ♂TIS.

Dn. D. Zvvelfero adſcripta:

R. *⊕li ♂tis* ℔. ß.

Calcina igne lentô ad albedinem, continuò agitando admiſce

*Terræ foliatæ ♀ri* ℥iii.

*affuſaq; ſ. q. Spir. Vini rectificat. per menſem digere, quotidie agitando, poſtea filtra.*

VIRES:

Inſignis eſt Tinctura in obſtructionibus viſcerum. Vino infuſo gratum odorem ſpirat, tincturas etiam alias exaltat.

Doſis *à granis xx. ad xxx. In juſculo vel vino.*

3. ESSENTIA MARTIS APERITIVA.

R. *Limaturæ chalybis nullâ re peregrinâ permixtæ* ℥iiij. *vel* vj.

Cui vitro amplo & largo immiſſæ ſuperaffundantur guttatim & pedetentim, ne nimiùm efferveſcat & inflammetur,

*Spirit. ⊖tri opt.* ℥iij.

*⊕li rectific.* ℥ij.

Spatulâ ferreâ ſæpius materiam in fundo commovendo, ne nimiùm indureſcat, & vitrum rumpatur vel disſiliat, quod ut plurimum fieri aſſolet: Spiritibus omnibus inſtillatis, diluatur maſſa antequam nimis compacta fiat cum

*Phlegmat. ⊕li Sulphurei* ℥x.

*Vel loco hujus*

*Phlegmat. Spirit. ⊖lis Armen. acidi tantundem,*

*Et efficitur Eſſentia rubicunda, ſi debitè operatus fueris, vel ſaltem flaviſſima.*

VIRES.

Eſt obſtructionibus hepatis, lienis, venarum meſaraicarum vel meſenterii

ſenterii, menſtruorum muliebrium, necnon durisſimis externis tumoribus emolliendis & reſolvendis efficacisſima.

Memini enim me tumorem durisſimum in carvo manus, quem ganglion vocant, ſolâ hujus Eſſentiæ applicatione, linteolis duplicatis in eâ madefactis, abegiſſe & ſanâſſe, ſed cavendũ, ne linteamina ea tangantur, cum illa maculis flavis, nullâ loturâ delebilibus inquinet.

NOTA:

Quod cum ſolo ſpiritu ⊕ & Phlegmate ⊕li, vel phlegmate Spiritus Salis armeniac. acidi, omiſſo Spiritu ⊕li confici posſit.

Hanc Eſſentiam ſi quis ad uſum epatis, & mulierum præſtantiorem & efficaciorem reddere voluerit, is conficiat eſſentiam ♂ corollinam, modo ſequenti. Zvelfer. in append. ad animadverſ. Pharmac. Auguſt.

4. ESSENTIA MARTIS CORALLINA.

*R. Magiſter. ſolubil. Corallior. rubr. veri* ℥vi.

*Solvatur in aquâ* Cinamomi. *opt.* ℥iſs.

*Solutioni adde*

*Eſſentiæ ♂ jam edoct.* ℥ij.

Miſceantur in eſſentiam hepaticam deobſtruentem, quæ vices Tincturæ ♂tis & coralliorum re & nomine ſupplebit.

NOTA:

Eſſentia ♂ ſuperior, ſi deſtillando abſtrahitur, nullum vero ⊕lum poſt ſe relinquit, uti aliæ ♂tis vel chalybis ſolutiones ſolo Spiritu ⊕li peractæ, eò quod ſubtilior magisq́; volatilis ſit, & conſequenter ſummè penetrabilis.

5. CHALYBS POTABILIS Dn. D. Fiſcheri.

R. *Limaturæ* Chalybis *Hiſpan. tenuiter pulveriſat.* ℔ ſs.

*Aquâ calidâ digeſt irroretur & diſſolvatur ſpir.* ⊕*li* ℥j.

*Ponantur in cellâ, coagulatosq́; cryſtallos calcina ad rubedinem;*

E quibus poſtea Tincturam extrahe cum aceto forti ſtillatitio, edulcora. Extrahe ſecundâ vice cum Sp. Vini *præparato, miſce tunc Tincturas omnes, alembicum Ol. dulce,* rubicundisſimũ inſtar rubini, quod ſerva.

Fæces chalybis calcina cum ♀re communi, extrahe ⊖ cum ✝ & Sp. Vini *clarificatur, uniatur, radicabitur* cum Oleo priori. Inſigne eſt aperiens, cui nullum ſimile aut fecundum.

Doſis. ℈ſs ℈i. *ad* ʒſs. *in vehiculo ſpecifico.*

6. ESSENTIA MARTIS LIQUIDA.

Ferrum limatum candefac igne valido, aut in crucibulo aut ollâ; excandeſcens limatum ferrum extingve in ſufficiente quantitate aceti

acerrimi; reiteretur labor prædictus ter aut quinquies ſemper cum extinctione ferri in aceto; deinde acetum (eſſentiâ ♂tis prægnans) filtra per chartam, & impone cucurbitæ, abſtrahe acetum in balneo, ad latitudinem trium digitorum; remanentiis verò affunde Spiritum Vini in quantitate ſufficiente pro extrahendâ eſſentiâ ♂tis, iterum Spiritum Vini tinctum filtra & in balneo abſtrahe, usq; ad Syrupi liquidioris conſiſtentiam.

## 7. ESSENTIA MARTIS cum ſucco pomorum parata, à quibusdam Dn. Dravvizio Autori adſignata.

R. Succi pomor. Borſtorf. aut a*liorum pomorum dulcium; à cortice denudata poma terantur ſuper* tritorium. Poſt exprimatur ſuccus. Hic in vaſe ligneo, ad lenem fornacis calorem fermentatus, vel recens ſtatim, poſtquam craſſas partes depoſuit, ſuperfunditur

Limaturæ chalybis benè mundati ℔. ß.

Stent in digeſtione lenis caloris per ☌ ℞ iij. agitato ſæpius vaſe & bacillo ligneo liquore ipſo. Poſt defundatur, vel filtretur liquor per linteum ſubtile. Novus ſuccus affundatur, digeſtione leni peractâ, iterum quod tinctum eſt, defundatur. Conjuncti imprægnati ſucci, exhalent ad medietatem, & ultra. Ut ætatem ferat, nec ſitum contrahat, penetrantiorq; tinctura fiat,

*R. hujus partes vj.*

*Spirit. Vini aniſati part. ij.*

*addi etiam poteſt ſeorſim*

*Spirit. cochlear. part. j. vel minus.*

Doſis *ad ℈ij. vel ʒj. ʒiß. in juſculo, cereviſia, vino &c.*

NOTA:

Non hîc prætereundum, quod alibi in Tract. German. vom ſchmertzẽ machenden Scharbock. cap. 8. pag. 335. Dn. D. Dravvizius ſuum Magiſterium ♂tis aperitivum cum ſucco acetoſæ præparet, ad modum illius, quod D. Mynſicht. in armamentar. Med. Chym. Sect. j. pag. 20. unâ cum pulpâ tamarindor. paravit. *Præterea d. l. non absq; re monet*, quod ubiq; & in quâvis cauſa tincturæ ♂tis cum mẽſtruis corrodentib9 factæ minimè conducant; ſed aliquando vel ſimplices ♂tis infuſiones, vel etiam Tincturæ per ſuccos vegetabilium acidos extractæ majori emolumento ſint.

## 8. ESSENTIA ♂ APERIENS TARTARISATA.

R. *Limatur. ♂tis magneſiat.*

*♀ri ana* ℔. ß.

*Aquæ fontanæ puriſ. canth. viij. ix. x.*

Coqu. in lebete, vel cupula ferreâ, per ſex vel ſeptem horas, ligneo bacillo nonnunquam agitan-

do

do. Tum migreſcit ſenſim liquor. Ablato igne cum ſubſiderit ♀, liquor tinctus ſenſim aufertur. Novæ aquæ affuſio & coctio repetitur. Liquores cõjuncti arenæ calore exhalent ad medietatem. Quod remanet, in vitro adſervatum, ſalinum præ ſe fert ſaporem.

Alii loco Tartari crudi aſſumunt Cremor. ♀i part. ij. limatur. ♂. part. j.

## VIRES.

Ut reliquarum, ita etiam hujus ſunt aperientes.

Doſis ℈ß. *in juſculo vel vino, horis matutinis & veſpertinis.*

## 9. DE ALIO MODO PRÆparandi Tincturam Martis.

R. *Scorias ferri*

*♀ris an. q. ſ.*

Calcina, poſtea ſuperfunde acetum vini fortisſimum, & poſt aliquot dies habebis tincturam Crocei coloris: hanc præcipita °₀° ♀ri guttatim inſtillando, quod in fundo apparet, abluitur aqua Roſarum, ſiccatur & ex eo Spiritu fragini elicitur Tinctura Martis.

## DOSIS.

*Doſis à gutt. x. ad xv.*

Hæc Tinctura poteſtatem miram aperiendi obtinet in omnibus jecoris, lienis & Meſenterii obſtructionibus.

## 10. ALII SIC PRÆPARANT Tincturam Martis.

R. *Spuma Martis,*

*Limatura chalybis an. part. aqual.*

Fac S.S.S. Calii ut modo præcedente loco Spumæ Martis utuntur Sulphure vivo) & poſtea extrahatur Tinctura optima Vini Spiritu, vel aceto deſtillato.

## 11. TINCTURA MARTIS aperiens ex ſcoriis Reguli.

R. Scorias Reguli ♂ ♄iati, in quas, trinâ repitâ ſ. a. calcinatione regulus omnis ferè tranſiit.

✱ an. partes æquales.

Sublimatione elevetur ✱ in flores. Reſes in fundo Cap. Mort. aquâ *fontanâ ſuperinfuſa* extrahitur. Lixivium hoc exhalare jubetur. Coagulum modicè, non tamen ad ſiccitatem calcinatur.

Hoc coagulum Spir. Vin. ſuperinfuſo, atomos ſuas luteas per eundem egregiè *diſpergit.*

*Exſultans* tinctura aperit, incidit, hypochondriacis patrocinatur. Doſis ad ℈ß.

## OBSERVATIO.

Nonnulli Crocum ♂ per reverb. ſublimant cum ✱; ex floribus edulcoratis extrahunt tincturam cum Sp. Vin. abſtracto *iterum* Sp. Vin. relinquitur Eſſentia in fundo.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0451-1

### 12. ALIA ESSENTIA SEU potius Martis ſolutio.

R. Scorias ferri pulveriſa ſuper perphyrite lapide ſubtilisſimè, ſuperfunde acet. q. ſ. & iterum iterumq́; denuo contere, contritum unà cum aceto pelvi immittatur, ſtent aliquantiſper donec *fæces* ad fundum præcipitatæ fuerint, poſtea liquorem per inclinationem decanta, & per chartam Emporeticam filtra.

### 13. ESSENTIA MARTIS ALIA:

R. Capit. Mort. ♂tis vel ipſum Martem, imponatur tritorio ſuperimpoſitâ chartâ prius bibulâ, affunde Spirit. ⊖lis & aq. Cichor. adde *parum Salis* ♀*ri. Hinc elicitur* Eſſentia Crocei coloris.

### 14. ALIA EX MARTE CRUDO.

R. Limatur. ♂tis; extrahe rubedinem cum acet. acerrimo ſ. a. decanta & abſtrahe. Dein extrahe cum Sp. Vini. Quo tandem iterum abſtracto, relinquitur tinctura ſeu Eſſentia Martis in fundo.

*Doſis ad* ℈i. *vid. Sennert. juſt.*

### DESCRIPTIO TINCTURÆ MARTIS.

Alii chalybis limaturam aceto totam cum Caryophyllorum parte commiſcent, hujus miſturæ libram indunt vini Hiſpanici generoſisſimi ſex vel ſeptem libris, quam miſcellam phiolæ vitreæ imponunt, æſtivisq́; ſolibus expoſitam ſæpius movent ' *hâc ratione tota in liquorem* fere chalybes limatura abit: ejus liquoris cochlear unum præbent, admiſtis aquis Eediviæ aut Fumariæ duobus cochlearibus, atq́; ut æger horæ ſpasio ambulet, jubent, ventriculum roborat lienē liberat à duritie, Hypochondriacam ſanat, ſiſtit *hæmorrhoides, cæliacis prodeſt; verbo omnibus obſtructionibus mi*rificè confert: atq; hujus ferreæ ſcobis præparandæ modum pleriq́; magni ſecreti loco habent.

*De Croco Martis adſtrictorio alibi dicetur.*

P*lum videantur ap.* Mylium *Baſil. Chymic. l. 3. part. 2. à pag. 225. ad 268.*

## CAPUT III.
## DE TINCTURA CORALLORUM PER SPIRITUM MELLIS.

Tincturæ Corallorum per Spiritum *mellis* rectisſimè præparatur hoc modo: In cineribus ex melle cum ſacculis arenâ repletis pugni magnitu-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0452-7
DFG

magnitudine, & in mel deſtillandũ injectis fit lege artis ſpiritus mellis per Alembicum.

Is ſupra fragmenta corallorum cum ſpiritũ nitri priùs calcinatorum ſurus colatur ſubinde: quo decantato, reſiduum in fundo manens bis terve aquâ deſtillatâ ſolvitur, & evaporatâ aquâ coagulatur, indeq; cum Spir. Vini Tinctura rubicundiſſima extrahitur, deindè abſtracto Alchoole Vini ad majorem cõſiſtentiam redigenda. Sic itaq; cum Spiritu mellis vera Tinctura Corallorum extrahitur.

## Alii Modi ab Hartmanno Viro Clariſſimo, propriâ Experientiâ comprobati.

### PRIMUS MODUS TINCTURAE Corallorum.

*Corollaria primùm in aceto ſolvantur, poſtea, ut Autor noſter docuit, ablato menſtruo per deſtillationem ſal corundem colligatur. Hoc Sal deinde impregnetur aceto deſtillato tantiſper, donec nihil iſtius ſpiritûs ampliùs in idem Sal recipi poſſit. Progrediendum itaq; hâc ratione: Ad ſingulas libras Salis Corallorum adde primâ vice aceti deſtillati acerrimi ℥iij. & leniter inde deſtilla. Exſtillabit ſaltem phlegma inſipidum. Secundâ vice adde ℥iiij. aceti prioris, & viciſſim leniter deſtilla, atq; ita perge, ſingulis vicibus aceti ℥i. adjiciendo, augendo, & exinde deſtillando, donec acetum deſtillatum tàm acre inde prodierit, perinde ac primò infuſum fuerit.*

Sal iſte imprægnatus diebus 20. in balneo calente putrefiat, & poſteà ex Retorta in Verberio clauſo, ſive Balneo ſicco deſtilletur, ita tamen ut priùs phlegma inutile evaporet. Poſteà prodeuntes Spiritus albicantes ſeorſim in capaci Recipiente excipiantur, & ita pergendum, donec omnes ſpiritus cum Oleo rubro inſtar ſangvinis prodierint. Hoc nobile menſtruum puta ab aceto partim in ipſis coralliis impoſitis extrahit Tincturam rubicundiſſimã, quæ ſi denuò ab hôc ſpiritu deſtillatione liberata, & tandem cum ſpiritu vini, & alia aqua cordiali & appropriata conjuncta, aut per cohobia cum iisdem Volatilis facta fuerit, eſt elegantiſſima corallorum Tinctura ſuaviſſimi ſaporis, fragrãtiſſimiq; odoris.

### SECUNDUS MODUS Tincturæ Corallorum.

Altera Tinctura præſtantior priore; Calcinantur priùs corallia non pulveriſata, ſed integra igne reverberii primùm lento, ut ſaltem viva flamma corallia in teſtis (ſcutellis terreis) in furno reverberum poſita ſuperficietenus tangat. Corallia hôc modô primo gradû albeſcunt,

colo-

coloremq; nativum abſcondunt. Tamdiu ergò gradibus ignis invicem ſuccedentibus corallorum corpus eſt fatigandum, donec ex albedine in flavedinem, & ex flavedine in rubedinem ſummam reducantur, corpore toto reddito ſpongioſo & levi, id quod plerunq; biduo vel triduo abſolvitur. Hoc igitur ſignū, dum in promptu fuerit, tunc demum corallia beneficio graduum ignis facto ſunt habilia ad propriam Tincturam in aliud menſtruum deponenda. Sic itaq; præparata corallia, ſi in ſpiritum vini, vel in Alchol Spiritûs roris majalis injiciantur, paulò poſt ſponte ſuâ in ibidē Alchol tincturam deponunt. Igitur hæc aliquantulum menſtruo vini per deſtillationem inde ablato, fit rubicūdisſima cum quâdam dulcedine. Eſt tantarum virium, ut poſt ejus uſum aliquoties repetitum impoſſibile ſit ullam impuritatem in ſangvine totius corporis humani ſuperſtitem eſſe poſſe. Exhibetur in vehiculis convenientibus à gutt. iij. ad vi. viij. & x. Hæc ſanè Tinctura corallorum Medico commendatisſima eſſe debet, ob ſtupendas ejus vires, ut quæ cum ſpiritibus hominum magnam convenientiam habet. Si accipias Tincturæ Auri cum Spiritû mellis factæ, & Tincturæ corallorum ana gr. vi. vel vii. & miſceas cum gr. vi. vel vii. Magiſterii perlarum, nihil habebis præſtantius in affectibus uterinis deploratis.

## DE TINCTURA CORALLORUM alia.

R, *Spir. vini ♀riſati quantum velis, in hoc diſſolve corallia pulveriſata; Tincturam effunde in vas vitreum, & iterùm novum Spiritum affunde, & coloratum priori Tincturæ conjunge: hunc laborem toties repete, donec color ex corallis omnis extractus ſit, & Spiritus non ampliùs tingatur; ſpiritū tinctum abſtrahe ad juſtam liquoris conſiſtentiam. Coralliorum Tincturam nonnulli ita quoq; parant.*

R. *Coralliorum part. i. Sulphuris, vivi part. 3. calcinentur igne circulari per gradus per horas duas, vel quatuor.*

*Poſtea calida & ignita adhuc infundantur in fictile Waldenburgicum ampli orificii, in quo ſit acetum deſtillatum (ad Corall. ℥i. aceti lib. i. aut præter propter) & vas mox operculó claudatur. Hinc omnia in Phiolam vel cucurbitam infundantur, & vaſe diligenter clauſo, ſtent in loco calido per dies quatuordecim. Hinc acetum deſtillando ſeparetur, extrahaturq; Tinctura. Vid. Notas in Croll. pag. 292.*

## TINCTURA SEU ESSENTIA per Succum Citri.

R. *Corall. rubr. minut. pulveriſat. q.ſ. Succi Citri q.v.*

Stent

Stent in digeſtione. Quod ſolutum, defundatur. Novus ſuccus affundatur, & rurſus defundatur.

Solutiones filtratæ ſtent per ♂♀ iij. Tum partim præcipitato adparet facta ad fundum pulviſculi alicujus, qui edulcatus fungi poteſt vices Magiſterii. Reliquum effuſum in novam phiolam, exhalet modicum, tum ſubrubineſcens apparet liquor. Adſervari ad uſum poteſt, talis vel ad mellis conſiſtentiam exhalari, ſpirituq; vini affuſo, tinctura extrahi.

## 6. Tinctura Corallorum Holſatica.

Primò fiat tale menſtruum:

R. 🜿*ri crud. pulveriſat.* ℔. *iv.*
*Phlegmat.* ⊕. *(ſpir. ſuo volatili adhuc gravidi)* ℔. 3.
⊕*li Ungaric.* ℔. i.

Stent in digeſtione ♂♀. Deinde deſtilla ex Vitro per gradus △ aperto, donec nihil amplius exeat. Rectifica optimè

*R. Corall. rubr. ſubtiliß. pulveriſat. q. v.*

Superfunde præcedens menſtruũ, miſceq; diligenter. Stent in digeſtione, ſic rubeſcet ſaturatò. Filtra & abſtrahe ad ſiccitatem in arenâ, & remanet pulvis rubeus. Ex hoc extrahe Tincturam per ▽ temperatam (ex Spir. Vin. & Spirit. ⊕li.)

NOTA.

In præparatione ▽ temperatæ unio iteratis ſæpius rectificationibus peragenda eſt.

In præparatione verò menſtrui prioris verum Tartari 🜍r. Vitr. adhæreſcere ſolet.

Et ex colcothare elegans Tartarus ⊕latus cryſtallinus parari poteſt.

## 7. Tinctura Corallorum Cunradi Kunrath.

R. Corall. & aceto deſtillato diſſolvuntur, abſtracto aceto aquis deſtillatis abluuntur. Solutio tamdiu iteratur, donec ſal Corallorum puriſſimum eſſe cognoſcas.

Hæc Spiritu Vini ſincero & aquei humoris puro perfuſa quatuor aut quinq; dierum ſpacio, miti calore digeruntur, donec reſoluta colore fulvo Spiritum impertiant. Spiritu Auri colorem referente effuſo, recens alius effunditur, & in loco blandi caloris, ut antea ponitur. Neque antea finis hujus operis fit, quàm Spiritus univerſam rubedinem ad ſe traxit.

Extractum illud in cucurbita decem diebus digeſtum, & ut ajunt, circulatum, in balneo ſexies deſtillatur. Cum ad ſiccitatem reliquiarum deſtillando abſtractus eſt Spiritus, recens additur. Sic quatuor primis deſtillationibus corallia quidem reſolvuntur, attamen particula corporis in fundo manet.

A quintâ deſtillatione rubeus color ſe in conſpectum dat. A ſextâ inſtar ſucci rubri aut olei ſpiſſi coralia in fundo jacent, à corporeo craſſamento liberata.

## 8. Tinctura ſeu Extractum Corallorum, prout ex Autographo Rudolphi II. Imperat. deſcript.

Contere Corallia rutilantia ſuper marmore, quod ob duritiem & contumacitatem eorum valdè operoſum eſt, donec F. pulvis ſubtiliſſim9.

Super hunc pulverem affunde Spiritum ardentem ħni, pone ad lentum calorem, & digere unam atq; alteram ſeptimanam. Intra biduum videbis pulverem Coralliorum diſcolorari & ſub albidum fieri, Spiritumq́; extrahentem rubeſcere inſtar florum calendulæ.

Serva pro Theſauro, & continens cum contento propina confortandis ægris.

### ALIUS MODUS.

*R. Sacchari candi albi,*
*Corallorum fragment. ana q. ſ.*

*Da in Retortam, & deſtilla in arenâ per latus, & exibit Tinctura rubicundiſſima, quæ tamen parum participat de eſſentiâ Corallorum, niſi parvum illud, quod cum ⊖ ♀ri liquore reſoluto præcipitatur, pulveris albi. Rubedo enim tinctura potius à Sacchara eſſe videtur.*

### DOSIS.

*A gutt. x. ad xx. in vehiculo convenienti.*

### ALIA.

*Pro faciendâ verâ Tinctura Corallorum quidam utuntur menſtruo ex Sale urinæ, & S. vini partibus æqualibus parato, de quo ſuprà, ubi actum eſt de Auro potabili.*

### ALIUS MODUS Tincturæ Corallorum.

*R. Fragmenta Corallorum parum contuſorum ℥iii. ſuperfunde Spiritûs fraxini q. ſ. ſtent hac in digeſtione per aliquot dies, & tunc habebis Tincturam coloris Croci.*

### DOSIS.

*Doſis à gutt. x. ad xv. in vehiculo convenienti.*

Plura vid. ap. *Joan. Lud. Ganſium de Corall. Schröder. Pharmac. Med. Chym. lib. 3. c. 6. à pag. 337. ad 340. Mylium l. 4. Baſilica Chym. c. 22. à pag. 391. ad 480. Agricolam part. 2. à pag. 867. ad 881.*

### VIRES.

1. Boëtius quidem de Booth hiſtor. lapid. & Gemm. l. 2. c. 155. veræ corallorum tincturæ cæleſtem quandam temperiem tribuit, quâ omnes partium affectus propter analogiam radicitus evelluntur. Verum in ſpecie præ cæteris Medicamentis, in affectibus Epatis antecellit.

2. Præter

2. Præter confortationem quoq; cordis, omnes obſtructiones epatis reſerat.

3. Vis hujus eſt ſangvinem in univerſo corpore ſic mundificare, & renovare, ut omnes morbos ex corruptione ſangvinis ortos radicitus tollat.

4. Præterea ſiſtit omnes fluxus muliebres, alioſq; ventris. Item omnium ſangvinis profluentiam & rejectionem. Ergò in Dyſenteriâ, in hæmorrhoidibus nihil certius.

5. In ſuffocatione matricis eſt conducens Medicamentum.

OBSERVATIONES.

1. In Corallorum, Margaritarum & lapidum pretioſorum præparatione attendendum, ne quis decipiatur, & ſe *Tincturam veram* pro falsâ & aliena habere putet, vel menſtruum obtineat. Sunt enim quædam Tincturæ, ut ex lapide Lazuli, quæ rubedine cum Tinctura Corallorum certet: & *ſunt quædam men*ſtrua, quæ ſuâ ſponte rubeſcant. Sic Spiritum ⊕li tinctum cum roſis rubeis pro corallinâ Tinctura exhibere quidam non erubeſcant, ſed cave tibi à talibus impoſtoribus.

2. Quamvis igitur Coralliorum ſic dicta Tinctura colorem ſæpe ſatis rubicundum, habeat, & corallia in fundo relinquantur alba, hunc colorem tamen vel à ſale aceti, uti Sennertus lib. 5. Inſtit. Med. part. 3. Sect. 3. c. 9. vult; vel à Sulphurea ⊖lis hujus parte, quæ facile ſpiritui vini ob cognationem ſe aſſociat, ut in Tinctura ⊖lis ♀ri apparet; vel per longam digeſtionem, cujus beneficio menſtrua plurima rubeſcũt, acquirit, & corallia, quæ poſt extractionem alba apparent, paulò poſt rubicundum ſuum recipiunt colorem, nec intimum ſuum colorem amiſerunt. Imò ex albis corallis & oculis 69 ſimilib9 menſtruis, eadem Tinctura fieri poteſt.

3. Proinde ut conſtent verarum Tincturarum notæ, quinq; earum vulgatas apponamus. 1 Tinctura vera abſtracto menſtruo ſuperſtes manet. 2. Corporis eſſentia ſimul *cum eâ extrahitur.* 3 *Color non niſi rei proprius atq; intimus non* verò alienus extrahitur. 4. Tincturâ extractâ, reliquum corpus pallidum & exangve qſ. jacet, atq; ſic *manet, amiſſo jam nativo colore.* 5. *Tincturæ exigua ſit copia, quippe minima rei pars tinctura eſt.* Ex libra enim vix fit uncia una.

4. Cum autem adeo rara eſſe putetur vera corallorum tinctura, ut Crollio, Zuelfero, aliis nunquam viſa, imò Angelo Salæ aphoriſm. Chymiatr. 42. ejusq; contra Laurenbergium defenſori Anthonio Günthero Billichio, omninò nulla ſit; attamen eò laborandum, ut ſaltem analogam eam habeamus, cu-

jus virtus & efficacia priſtinæ Authorum laudi, quantum poſſibile, reſpondeat.

5. Non quidem id ſolum mirari licet, quod tam multæ & variæ deſcriptiones tincturarum harum circumferantur, ut Ganſius lib. de Corall. earum triginta conſcripſerit, ſed etiam quod præter diverſos calcinandi modos, menſtruum ſeu liquores (quorum beneficio corallia ſolvuntur) adeo differant, ut numerus itidem ingens ſit.

Præcipui tamen ſunt:

Acetum deſtillatum, commune & radicatum.

*Spiritus* ⊖*lis*,
⊕*li*,
🜿*ri*,
♀ *eſſentificatus*;
*Vini*
*Sale, ſeu* 🜿*ro acuatus.*
*Coralliorum ardens.*
♄*ni ardens.*
*mellis.*
*Terebinthin.*
*Ligni Guajac. acid.*
*Fraxini,*
*Buxi,*
*Juniperi,*
*Quercus,*
*Summitatum alni,*
*Sorbi Sylveſtris,*
*Roris majalis cum ſuo Sale acuatus.*
*Succus Berberum,*
*Citri,*
*Limonum,*
*Liquor betulæ,*
*Ros majalis,*
*Phlegma* ♄*ni,*
*Liquor acidulus, ſ. acet. Canib.*
*Aqua temperata dicta, ex ſpir. Vini & ſpirit.* ⊕*li.*
*Ol. deſtillat. Citri,*
*Aniſi,*
*Fœniculi,*
*Saccharum candi,*
*Compoſita,*
*& ſexcenta alia.*

## DESCRIPTIO SYRUPI CORALLORUM.

R. *Corall. rubr.* ℥vj. *Impon. matraceo vitreo, affunde Succ. Citr.* ℔iiſs. *bene perlutetur. Stent in infuſione in loco calido, donec Corallia ſolvantur, & ſuccus egregiè rubeſcat. Succum decanta, depura & cum q. ſ. Sacchar. F. ſ. a. Syrupus. S. Corallen-Syrup.*

## CAPUT IV. DE EPATICIS ALIIS.

Huc referatur primò ſeq. Liquor acidus Epaticus bonus.

R. *Cremor. Tartari Cryſtalliſati* ℥ß. ʒij.

*Spiritûs*

*Spiritûs* 🜔*li rectificati* ℥iiiiſs.
Solvatur in calore in oleum, addendo ultimò
*Confect. Alkerm.* ℈iiii.
*Eſſent. Santal. Rubr.* ℈ij.
*Fac ut artis eſt.*
Dn. Knöfelius vocat Oleum aperitivum. Vid. Pharmacop. Catholic. D. J. D. Horſtii.

## De ALIO PULVERE HEPATICO.

R. *Flor.* ♆ ʒi.
*Eſſent. Croc. Martis* ℈ij.
*Magiſter. Corall.* ℈i.
*Margarith. preparat. gr. xij.*
C.C. *Philoſ. prep.* ℈i.
*F. Pulvis ſubtiliſſimus, detur in Schatula.*
Prodeſt in multis morbis Epaticis.

DOSIS.

*Datur à* ℈ſs. *ad* ℈j. *in vehiculo convenienti.*

## De ELIXIRI ANTICACHECTICO Dn. D. Cunradi Frommanni Phyſici in Imperial. Northusâ.

R. *Radic. Rhapontic.* ʒvj.
*Rhabarb. Monach.* ℥i.
*Gentian.*
*Enulæ.*
*Ari an.* ʒvj.
*Hellebori nigr. prep.*
*Ireos an.* ℥ſs.
*Rubiæ,*
*Pentaphyll. an.* ʒv.
*Abſinth.*
*Agerati an.* Mij.
*Agrimon. Græcor.*
*Avicenn.*
*Chamædryos.*
*Scordii an.* Miſs.
*Fumar.*
*Flor. tunicar. min.*
*Sambuc. an.* Mi.
*Sem. Dauc. Cretic.*
*Ammeos an.* ʒvj.
*Coriandr.* ʒiij.
*Santal. Citrin.* ʒiiſs.
*Rubr.* ʒij.
*Trochiſc. de Capparib.* ℥ſs.
*de Rhabarb.*
*de Eupator. an.* ʒv.
*Inciſa & preparata ſ. a. irrorain vaſe vitreo.*
*Acet. Sambucin.* ℥iij.
*Squillitic.* ℥i.
*Spirit.* 🜔*l.* ℥ſs.
*Mox agitetur vitrum opt. ut ſingulæ partes aliquid affuſi humoris abſorbeant, atq; ita relinquantur per n. & d. ad aliqualem exſiccationem.*
Quibus adde:
*Aquæ Raphan.* ℔iſs.
*Fraxin.*
*Abſinth.*
*Cuſcutæ an.* ℔.i.
*Vin. alb. opt.* ℔iiiſs.
Et vaſe probè clauſo primum le-

viter effervеſcere permitte. Hinc per 8. dies macera ad MB. ignem: Dein fortiter expreſſa, per cineres ad ſiccitatem, ſine tamen omnimodo Empyreumate deſtilla. Inde elicitum liquorem redde fæcibus ſeu remanentiæ antea expreſſæ, miſceq́;

*Chalyb. c. aceto Tamarind. præparat.* ℥iß.
*Rob. Sambucin.*
*Ebulin. an.* ℥iij.
*Juniperin.* ℥ij.
*Spec. Dialacc.*
*Diacurcum. an.* ℥ß.
*Diarrhod. Abb.* ʒv.

Ac in balneo M. ſ. a. extrahe Tincturam optimè: mox digere & *lento igne per Phiolam abſtrahe ad extracti liquidioris conſiſtentiam.* Aquam quam abſtraxeris, vaſe ſeorſim ſerva, & S.

Aqua Anti-Cachectica.

Si libuerit ad exaltandas Elixiris vires, ex fæcibus poſt Tincturæ extractionem, relictis & cinefactis ſ. a. Sal cum aqua Anticachecticâ dictâ elice, quod tincto Elixiri admiſcendum.

De
## MISTURA EPATICA.

R. *Elixir. Pneumon.*
*Chalyb. potab. an.* ℥iß.
*Liquor. C. C. opt: rectif.* ʒij.
*Spirit. Tartari,*
*Maſtichin.*
⊖ *rectificat. an.* ʒiß.
*Extract. Soldanell.* ʒij.

Permixta exactiſſimè ſtent in digeſtione per menſem, poſtea filtrentur.

*Doſis* ℈ß. *ad* ℈i. *in aquis & Syrupis convenientibus.*

De
## Alio Epatico excellenti.

R. *Cort. inter. Frangul.* M. i.
*Herb. Agrimon.*
*Abſinthii,*
*Cuſcutæ,*
*Lupuli,*
*Endiviæ,*
*Cichor.*
*Scolopendr.*
*Aſplenii ana M*ß.
*Rad. fænic.*
*Apii ana* ʒß.
Cinamomi ʒii.

*Fiat ex inciſis & contuſis materia potû.*

## Aliud.

R. *Conſerv. Roſ.*
*Cichor.*
*Meliß.*
*Anthos.*
*Abſinthii ana* ℥ß.
*Spec. Dialacc.*
*Aromat. roſ.*
*Diarrh. Abb. ana* ʒß.
*Trochiſc. de Eupator.*
*d. Rhabarb.*

*Capp. ana* ℈ij.
*Spec. Diatr. ſant.*
*Diarrh. Abb. ana* ℈ij.
*Rad. cichor.* ℥ij.
*Syrup. d. cichor.* ℥ij.
*Fiat conditum. S.* Leber-Stärckunge Abends und Morgens einer Caſtanien groß zu gebrauchen.

VEL:

*R. Pulver. cachect. Querc.* ʒij.
*Croc. Martis aperitiv.* ʒiij.
*Fæcul. aron.* ʒiß.
*Ebor. ſ.* △ ℈iiij.
*Sacchar. in aq. aperitiv. ſolut.*
*F. l. a. Morſuli, adſpergantur* °₀° *Cinam. & mac. S.* Eröffnende und Stopff Morſellen.

# PARS XX. DE SPECIFICIS SPLENETICIS, HYPOCHONDRIACIS ET SCORBUTICIS.

## CAPUT I. DE MEDICAMENTIS INTERNIS.

### ESSENTIA PINI SYLVESTRIS.

Rec.

TUrionum Pini Sylveſtris vel Abietis q. v.

Coqu. in ſuff. quant. ▽ commun. per horam unam vel alteram. Colaturam digere & inſpiſſa usq; ad conſiſtentiam Extracti; huic ſuperfunde Spiritum cochleariæ vel alterius herbæ antiſcorbuticæ. Iterum digere & filtra, habebis Eſſentiam, cujus Doſis eſt à guttul. 20. ad 30. in debito vehiculo.

### OBSERVATIO.

Folia & ſummitates abietis & Pini Sylveſtris laudantur quibusdam, præſertim Dn. D. Michaëlis P. P. Lipſ. celebratiſſimo in ſcorbuto, hujusq; contracturâ, & inter ſpecifica numerantur. Idq; Sueci cum ante aliquot annos belligerarent cum Moſchis experti ſunt. Crudeliter enim ſæviente morbo in caſtris eorum ob victus errores, cereviſia vel aqua communis cum iisdem foliis decocta & epota etiam deſperatos reſtituit, cæterosq; à contagio

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0461-7

gio præmunivit. Balſamum certè egregium antiſcorbuticum in ſe continebit.

## ESSENTIA SPLENETICA Dn. D. Michaelis P. P. Lipſ.

R. *Herb. Scolopendr.* Miij.
*Linguæ Cervin.*
*Cuſcut.*
*Epithym.*
*Milzatellæ*
*Flor. hypericon. an.* Mi.
*Geniſtæ* Mß.
*Cortic. tamariſc.*
*Fraxin.*
*Cappar. ana* ℥iv.
*Rad. filic.*
*Gramin.*
*Polypod. q. an.* ℥iij.
*Caryophillat.* ℥iß.
*Sem. fraxin.*
*Geniſt. an.* ℥ß.
*Naſturt.*
*Cochlear. an.* ʒij.
*C. Spirit. Cuſcut. & Fumar.*
*F. l. a. Eſſentia.*

## Extractum Spleneticum D. Poſſelii.

R. *Rad. pæon.* ℥iß.
*filicis maris*
*Bugloſſ.*
*Rub. Tinctor. an.* ℥i.
*Cortic. fraxin.*
*Cappar.*
*Tamariſc. an.* ʒvj.
*Herb. Scolopendr.*
*Borragin.*
*Fumariæ,*
*Ceterach.*
*Meliſſ.*
*Becabungæ,*
*Cochlear. an.* Mi.
*Cubebar.*
*Coſti an.* ℥ß.
*Sem. Carduibened.*
*Cumin.*
*Carv. an.* ℥i.
*Flor. Hypericon.*
*Bugloſſ.*
*Sambuc. an.* pij.
*Raſur. Eboris.*
*Cinamom. an.* ʒij.
*Limatur. chalyb. c.* ♀ *calcin.* ʒiii.
*Contund. & conſcind. omnia, deinde in matracio affunde*
*Acet. Scyllitic.* ℔ß.
*Syrup. de cortic. citr.* ℔ j.
*Aqu. Becabung.* ℔ iij.
*M. & deſtill. usq; ad ſiccitatem materiæ. Dein liquor rurſum affundatur fecibus ad eliciendum extractum. S. ut ſupra.*

## ELIXIR SPLENETICUM Dn. D. Timæi von Güldenklee.

R. *Fol. Scolopendr.*
*Chamædryos*
*Meliſſ.*
*Carduibened.*
*Centaur. minor. an.* ℥ß.

*Rad.*

*Rad. Ariſtoloch. rotund.*
*Gentianæ an.* ℥iij.
*Spec. Trochiſc. de Cappario.* ℥i.
*Alöes Succotrinæ* ℥ß.
*Myrrhæ el.* ℨiij.
*Croci Oriental.* ℨij.
*Fæcul. Aron.*
*Bryon.an.* ℈iiij.
*Sal. abſinth.*
*Fraxin.*
*Tamariſc.ana* ℈j.

*Affund.* Spir. *Vini Rhenan.ad eminentiam 4. digitor. Digerantur in B. M. per dies tres, poſtea colentur, menſtruũ abſtrahatur ad medietatem, reliquum ſervetur pro uſu.*

## De TINCTURA TARTARI Antimoniatâ verâ.

R. ⦶tri *puriſſim.*
🜿ri *alb.*
♁ii *opt.an.part. æqual.*

Pulveriſa omnia ſubtilisſimè, injice cochlear unum poſt alterum in △tum crucibulum carbonibus optimè accenſis, & donec fumum emittere deſinat nihil aliud injice, atq; ſic per vices hanc operationem continua usq; dum omne detonatum ſit, relinque in vehementisſimo △ per 1. horam. Deinde materiam in crucibulo detonatam, △ tam & urentem adhuc exime rejiciendo in Spir. Vini rectificatisſimum (vel etiam ad purificandum ſangvinem ſpecificum alium) relinque ita optimè clauſum vitrũ per aliquot dies, donec & color & conſiſtentia tibi placeat.

### OBSERVATIO.

1. Loco ♁ii crudi poteſt ſumi illius Regulus.

2. Quidam etiam ex reliquiis Tincturæ Amlungianæ Nephriticæ, novo addito ⦶tro, per vices iterũ detonatis hanc præparant. Sed prior modus ſive cum crudo ſive cum Regulo ♁ii eſt Amplisſimi Dn. D. Michaelis, quem pro arcano habet non facile revelandum.

3. Hæc Tinctura poteſt omnibus potionibus, decoctis & julepis addi; *valde enim purificat ſangvinem.*

4. *Quidam Antimon. certâ præ*paratione ⊖🜿ri conjungunt & per Spir. V. extrahunt Tincturam hanc, in calculo, podagrâ, & malo Hypochondriaco ſummè ſalutarem.

5. Dn. *D. J. D. Horſtius ex Sale* 🜿ri *liquefact.* ℔. ij. *addito* Sulph. aurato Antimonii ℔ i. liquefactis in +bulo extrahit cum ſpiritu cochleariæ Tincturam ſupra dictam.

6. Alii ad modum ſuperiùs deſcriptum ſumunt loco Reguli Antimonii ſcorias excalcinatione relictas hasq; adhuc calidas *in* mortario comminuunt, cucurbitæq; vitreæ inditis ſuperfundunt Spiritum Vini: Digerunt per aliquot dies

vaſe optimè munitô, & habent ex flavedine rubeſcentem tincturam.

7. Quo calidori materiæ affunditur Spiritus Vini, eò rubicundior fit Tinctura.

DOSIS.

Tincturæ hujus nobiliſſimæ Doſis eſt à guttul. x. ad xx. in debito vehiculo.

Vid. Dn. D. Möllenbroc. de Variis cap. 13. pag. 121.

De

## ELIXIRI ANTISCORBUTICO Dn. D. Cunradi Frommanni.

Antequam digrediar non poſſum non adjicere hiſce Elixir antiſcorbuticum nobiliſſimum, quod eo quo *me proſequitur candore, itidem* mihi communicavit Fautor & Amicus meus certiſſimus.

℞. Cortic. *Citr.* ℥iij.
*Capparum*
*Tamariſc.*
*Lign. Saſſafras ana* ℥v.
*Herb. Chamadryos,*
*Scolopendr. an.* Mi.
*Cochlear.* Miiſs.
*Naſturt.*
*Fumar.*
*Cichor. an.* Miſs.
*Agerat.*
*Scord. an.* Mi.
*Flor. Geniſta* Miſs.
*Bugloſſ.* Mſs.
*Sambuc.*
*Tunicarum,*
*Acat. an.* Mi.
*Sem. Dauc. Cretic.* ℈iiij.
*Siler.* Montan. ℥j.
*Naſturt.*
*Geniſt. an.* ℥iſs.
*Chalyb. c. Sulphure prap.* ℥iii.
*Croc.* ℈iiij.
Rad. *ari.*
*Filicis an.* ℥ſs.
*Enul.* ℥iiſs.
*Raphan.* ℥iii.
*Polypod.*
*Rhabarb. el. an.* ℥iiiſs.

*Contuſis affunde alcabeſt. Glauber. q. ſ. pro extractione in vaſe clauſo.*

*Poſtquam ritè eſſentia liquore hoc per hor. 24. imbibita fuerit, adde*
*Spir. vin.* ℔iiſs.
*vel q. ſ. pro Tincturâ.*

*Quâ paratâ, & Alcabeſt ſeparato, adde*
Spiritui *tinct.*
Extract. *abſinth.* ℥iiſs.
*Pimpinell.*
*granor. act. an.* ℥iſs.
*Mel Juniperin.* ℥ſs.

*Ac rurſus F. extractio, mox ſpiritum vini per Alembicum ad oleitatem usq. ſepara, adde*
*Elixir. Propr. Parac.* ℥ſs.
*Miſtur. ſimpl.*
*Spirit. aperit. Penot. an.* ℥vj.
*Fragor.*
*Cynosbat. an.* ℥iii.
*Cochlear.* ℥v.
*Cuſcut.* ℥iii.

Sambuc.

*Sambuc.* ℥ij.
*M. opt. F. Elixir.*

Hoc Medicamentum in mundificando ſangvine magni eſt nominis, adeo usq; ut par vel ſuperius inventu non facilè ſit.

De
## TINCTURA MARTIS
### aperiente Tartariſatâ.

R. *Limatur. Martis,*
♀*ri an.* ℔. ß.

Coqu. in lebete vel cupula ferreâ, per 6. vel 7. horas, ligneo bacillo nonunquam agitando. Tum nigreſcit ſenſim liquor. Ablato igne cum ſubſederit ♀. liquor tinctus ſenſim aufertur. Novæ aquæ affuſio & coctio repetitur. Liquores conjuncti arenæ calore exhalant ad medietatem. Quod remanet in vitro adſervatum, ſalinum præ ſe fert ſaporem.

Doſis ℈ß. *in juſculo vel vino horis matutinis & veſpertinis.*

VEL:

R. *Succ. expreſſ. piperitit.* ℥iiij.
*Cochlear.*
*Raphan. minor.*
*Naſturt. aquat.*
*Hortenſ. an.* ℥ij
*Spirit.* ♀*ri* ℔. i.
*M. deſtill. in MB. doſ.* ʒij. *ad* ʒvj.

De
### Infuſo in Lienis obſtructionibus ut & uterinis affectib. convenientiſſimo.

R. *Tartari crud. elect.* ℔ß.
*Limatur. Martis* ℥ij.
*Aqu. Cichor.*
*Taraxacon. q. ſ. ad eminentiam 4. digitor.*

F. infuſum per aliquot dies in vitro clauſo calidè filtrandum, & in juſculo carnis ad ℥ij. exhibendum.

NOTA:

Obſervandum in Martis uſu: 1. Ne ſit nimius & probè correctus; experientia enim teſtata eſt, ex nimio ejus uſu pallorem faciei eſſe contractum. 2. Ut per alvum evacuetur, fæcesq; tingat.

De
## DECOCTO GALLI
### in malo Hypochondriaco & Scorbuto Dn. D. Michäelis.

R. *Herb. cochlear.*
*Naſturt.*
*Cuſcut.*
*Fumariæ an. Mß.*
*Flor. Borragin.*
*Bugloß.*
*Epatic. nobil.*
*Geniſt.*
*Cichor. an. piij.*
*Cortic. cappar.*
*Tamariſc. an.* ʒiij.
*Fol. Sen. ſ. ſ.* ℥j.
*Rad. polypod.*
*Hellebor. nigr. an.* ʒvj.
*Sem. aniſ.* ʒiß.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0465-0
DFG

*Paſſul. major. exacinator.*
*minor. an.* ℥ß.
*Cremor. Tartari albiſſ.* ʒiij.

Inciſa & contuſa indantur ventri Galli decrepiti vel nodulo & coqu. ad carnis deliquium.

Doſis: Juſculi exhibeantur ℥iij. vel iiij. Majoris efficaciæ ergò inſtillari poteſt Tinctura Martis vel Spiritus aperitivus pro qualibet doſi.

## De PULVERE APERITIVO SPLENETICO: Dn. D. Kneufelii.

R. *Cremor. Tartari*
*⊕li Martis an.* ℥ß.
*Solut. Corall.*
*Sal oculor. cancr. an.* ʒß.
*Fæcul. Aron.*
*Bryon. an.* ʒi.
*Antimon. diaphoret.* ʒij.
*Myrrhæ rubr.* ℈j.
*Ol lign. rhod. gutt. v.*
*M. F. Pulvis.*

## De TINCTURA MARTIS ANTIMONIATA.

*R. ⊕li Martis,*
*Antimonii an. q. v.*

Calcina in retortâ abſtracto ſimul ſpiritu, ad rubedinem, ſuperfunde Spiritum vini, vel ſi placet, quemcunq; affectui accommodatum, digere & filtra.

## De ARCANO TARTARI.

R. ⊖ *Tartari part.* ij.
*Urin. fix. p.* j.

Affunde toties acetum deſtillatum, donec nihil amplius imbibat. Ex relicto liquore cum argillâ forma globulos, & deſtilla Spiritum inſtar Spiritus ⊖lis. Hunc poſteà cum Sp. Vini, oleo ⊕li & rectific. Spir. Sulphuris digere in B. V. per *6.* Septimanas, & habebis arcanum in multis magnis morbis inæſtimabile.

## De TARTARO CHALYBEATO.

R. *Chalyb. limat. & præparat.* ℥j.
*Impragnetur Spir. ⊖lis inſtar pulticulæ, cui adde*
*Cremor. Tartari*
*Acet. an.* ℥iß.
*M. invicem & ſublimentur vaſis ſublimatoriis velut flores.*

VEL:

*R. Spirit. Cochlear.* ℥ij.
*Tartari rectificat* ℥iiß.
*⊕li rectificat.* ℥iß.
*Tinctur. Martis* ℥j.
*Santal. rubr. q. ſ.*
*Digere donec F. Tinctura.*
*Doſis à gutt. 20. ad 30.*

## De MIXTURA ANTISCORBUTICA.

R. *Extract. abſinth. liquid.*
*Cochlear.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0466-6
DFG

*Cochlear. an. ℥ß.*
*Spir. Salis opt. rectif.*
*Tartari an. ℥j.*
*Sambucin.*
*Abſinthiac. an. ℥iß*
*Syrup. è cochlear. ℥ij.*
*Cochlear.*
*Cichor. an. ℥iij.*

Permixta exactè ſtent in digeſtione per menſem, poſt purum ab impuro ſegregetur, filtrentur.

Uſus in præſervatione & curatione manè & ſerò ſingulis vicibus exhibendo ℈j. vel ʒß. in aquâ vel liquore conveniente, vel vino albo.

## CAPUT II.
## DE SPLENETICIS EXTERNIS.

### De UNGVENTO SPLENETICO, Dn. D. Cunradi Fromman.

℞. *Mucilagin. ſem. fœnugr.*
*alth. aqu.*
*Filic. extract. an. ʒvi.*
*Succ. malv. expreſſ. ℥i.*
*abſinth.*
*Nicotian. an. ℥iß.*
*Cicut. ℥ij.*
*Rad. bryon. ʒvj.*
*Ol. de Capparib. ℥iß.*
*amygd. dulc. ʒiij.*
*amar. ʒx:*
*Sem. eruc. expreſſ. ʒvj.*
*aneth. ʒj.*
*Coqu. ad ſucc. conſumpt. adde*
*Gumm. Ammoniac. acet.*
*Solut. ℥iß.*
*Sapon. Venet. ʒiiß.*
*Rad. alth. pulveriſat. ℥ß.*
*Cyclamin. ʒij.*
*Medull. crur. vitul. ʒiij.*
*Pingved. Gallin. ℥ß.*
°₀° *Stillat. Chamamel. ℈i.*
*Ruth.*
*Croc. an. ℈ß.*
*Ol. ♀. per deliquium ʒiß.*
*Cera alb. q. ſ.*
*F. Ungv. S. ut ſupra.*

Eſt Medicamentum in Officinâ Imperialis Northuſæ uſitatum, atq; Dn. Authore in emolumentum ægrorum ſummum præſcriptum; ſatisfacit enim omnibus indicationibus egregiè, quibus viſcus illud premitur.

### EMPLASTRUM DE CICUTA,

℞. *Gumm. Ammoniaci aliquantum contuſi & in vas vitreum projecti ℥v.*
*Affunde Succi Cicutæ,*
*Aceti ſquillitic. an. part. æquales, ut ad tres digitos ſupernatent.*
*Maneant in infuſione dies ſex vel octo.*

 *Interim*

*Interim accipe Cicutæ ſucculentiſſimæ & minutim conciſæ* M iij.

*Ol. Amyd.* d. ℥iij.

*Coqu. lentiſſimo igne ferè ad conſumptionem ſucci, percolato Oleo admiſce*

*Ceræ flavæ* ℥ij.

His peractis coquatur Ammoniacum infuſum, donec omninò diſſolutum ſit.

Coletur iterumq; coquatur lento igne ad conſiſtentiam & ſpiſſitudinem cerati.

Tandem Oleum & Ceram quoq; admiſce, ſemper agitando donec refrigeratum fuerit, ſervetur in vaſe vitreato bene clauſo, acetum autem ſcylliticum, quod notandum, cum aceto acerrimo recens debet eſſe factum. Acetum enim ſcylliticum facilè *corrumpitur, & aciditatem* ſuam omninò deponit.

Fabrit. Hildanus in Epiſt. ad Croquerum, & legitur in operibus ſuis pag. *657*.

### OBSERVA:

Lienem obſtructum optimè aperit. roborat, duritiem emollit, ſed tamen quod ruborem cuti ſubjectæ inducat, ideo aut per vices imponendum, aut cutis per Ungventum Roſaceum interdum lenienda.

### NOTA:

Dn. D. Zobelius ex °o° ♀ri deſtillato Camphorato, Cerâ, Colophoniâ, Terebinth. Cœpis aſſat. & Ol. de Capparibus format Emplaſtrum Spleneticum Tartareum, convenientiſſimum in indurato & obſtructo Liene.

## De OLEO TARTARI SPLENETICO.

R. *Ol. Tartari ex cryſtallis vel cremore Tartari unicâ ſolutione parati, ſtillati* ℔ ß.

*Cineris Sarmentorum vitis q. ſ. ad maſſam efficiendam, vel ut ad ſiccitatem reducatur Oleum.*

Et per retortam vitream in arenâ rectificetur, ſervetur ad uſus externos, quod regioni lienis in ejus obſtructionibus & ſcirrhoſis affectibus illitum ſæpiùs, haud parum præſtare experientiâ edoctus eſt D. *Zvvölferus in appendic. ad* Pharm. Auguſtan. p. *61*.

## De BALSAMO SPLENETICO Dn. D. Rolfinckii.

R. *Ol. Cappar. expreſſ.* ℥ß.

*Balſam. Sulph. terebinthinat.* ʒij.

*Ol. Tartar. rectific.* ʒi.

*M. ſuper leni igne in fictili S.* Miltz Balſam.

Coſtarum Notharum regioni inunctus prodeſt illius loci doloribꝰ, tenſiones ſplenis à flatuoſis humoribus & Tartareis impuritatibus reſolvit.

PARS

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0468-7

# PARS XXI. DE DYSENTERICIS.

## CAPUT I.

## DE CROCO MARTIS ADSTRICTORIO.

Recip.

Limaturæ ferri lib. 1. ablue benè iteratis vicibus, adde Sulphuris triti libras ij miſce, & in calore per vj. vel viij. dies digere, ſæpè agitando, ut fiat inſtar ſapæ ferè. Abſtrahatur humiditas ad ſiccitatem pulveris, quem calcina ad ignem, ut omne Sulphur inde conflagretur, ultimò *forti igne, & pulvis reſtabit* ſubfuſcus, ablutione hunc cum aquis convenientibus dulcora, ac denuò reverberio examina, idq; toties, donec aſperitate & pondere penitùs privetur: *Sic præſtò tibi e*rit Crocus Martis *adſtrictorius.*

De

### Alio præparandi modo.

R. Scorias chalybis cæruleas, quodammodò minutim pulveriſatas, affunde acetum deſtillatum, infunde ſuper ſcorias, donec calore rubro tingatur, affunde novũ menſtruum, donec omnis Tinctura extracta ſit. Poſteà acetum abſtrahe in Balneo Mariæ, & relinquetur pulvis rubeus, qui abluatur aqua deſtillata, ut aceti aciditas tollatur. In cella per deliquium ſolvitur in oleum rubicundum.

*Doſis à ℈i. ad ʒß.*

### Alius Crocus Martis adſtringens.

*R. Laminas Martis puriſſimas.*

*Reponantur in fornacem* vitrariorum quatuordecim dierum ſpatio, vel in igne reverberii calcinentur, in ſuperficie Crocus denſus naſcitur, qui abraſus & per aquam dulcem à ſordibus liberatus, elotus, adſtringit vias in diarrhæa, *dyſenteriâ* roboratq;.

Citiùs autem ſuccedit hæc reverberatio, ſi priusquam furno reverberii committatur, limatura urina puerorum conſpergatur, hâc enim ratione uno atq; altero die ſurgit in florem rubicundiſſimum, qui quotidiè colligendus, ne violentia ignis reverberii pereat.

NOTA:

Talem

Talem Crocum levem, ſpongioſum poſt exſtillatos Salium Spiritus, præbere ſolet trabecula ferrea, cui ſtillatorium vas inſederat.

VEL:

℞. Martis laminati quater aut quinquies purificati & igne ad rubedinem accenſi, malleati & in fruſtula rupti ℥iij.

In cucurbita vitrea in arenâ locatâ ſuperfunde aquæ fortis ℥j.

Sedato tumultu ſolutum decanta, novam aquam ſuperaffunde, & tandem appoſito alembico deſtilla cum binâ cohobatione.

In fundo relinquetur Mars ruber, qui ponatur quadraginta horas in reverberio.

*Pulvis inſtar coralli rubicundus ſervetur ad uſum.*

Vide plura apud Beguin. in Tyr. Chym. p. 337.

VIRES & USUS.

Crocus Martis, & Tinctura ejus, vel quæcunq; ex ferro conficiuntur Medicaméta ad varias humani corporis ægritudines ſalutaria, præſertim autem Dyſentericis, Lienoſis, Cholericis, & ventriculo reſolutis auxiliantur.

2. Valent etiam ad omnes Hæmorrhogias internas & externas, ad Gonorrhæam, urinæ incontinentiam, & quævis alvi profluvia, item ad fluxum hæmorrhoidalem, & profluvium Fœminarum.

3. Hydropicis proſunt, obſtructiones aperiunt, ſemen virile roborant, dentes & gingivas firmant, vulnera conſolidant.

4. Ventriculum roborant, multisq; aliis hiſce ſimilibus morbis adverſantur.

5. In omnibus jecinoris & Lienis obſtructionibus deploratis: ſed ſumentes priùs Medicinis attenuantibus, & alvum ſubducentibus purgatos eſſe, oportet.

Lienoſis datur ex aqua Aſplenii.

In Epatis Affectibus, in aqua Intybi, tunc ſiſtit ſangvinis ruptum.

OLEUM MARTIS
ſic paratur:

*Liqua in magno tigillo ♁ Ungaric. lib. 2. cum in fluxu ſteterit pedetentim impone candentes ferri laminas ad lib. 1. tunc optimè miſce, tandem effunde in regulum: Hunc contritum & optimè pulveriſatum, calcina in debita concha fictili ſemper agitando, donec ampliùs non fumiget, & pulvis purpureus fixus evadat. Hunc vitro impone, affunde aq. Philoſophicam, ſolve, filtra. & aqua deſtillando abſtrahe per gradus ignis; cùm guttæ rubeæ fluere cœperint, recipiens muta, urge vehementiore igne: ſequetur rubeum & verum Oleum Martis, ad prædictos uſus præſtantiſſimum.*

Vitriolum Martis.

Sulphuris conum applica ignito chaly-

chalybis bacillo, ut rubentes & liqueſcentes guttæ in ſubjectam pelvim aq. frigida plenam incidant: fuſionem illam exiccatã pulveriza, ſulphuris acidum oleum rectificatum affunde, digere loco calido aliquot diebus, tandem omnia in frigidam aquam deſtillatam effunde, præcipirabitur ad fundum Vitriolum Martis inſignis virtutis.

## CAPUT II.

## DE TINCTURIS MARTIS ADSTRINGENTIBUS.

### Tinctura Martis Adſtringens.

Rec.

Limatur. Martis ℥iiij.
*🜍. ſs.

In Phiolâ ope cinerum fiat ſublimatio in *flores primo albos, qui ſeorſim ſervandi, deinde flavos,qui* itidem ſeorſim ſervandi ab aëris humidi appulſu ſecuri, & tincturam exhibent adſtringentisſimam, aliis liquoribus diluendam.

*Doſis ad gr.* i. ij.

### De Tinctura Martis Adſtringente Dn. D. Zvvölf.

R. *Limatur. Chalyb. puræ q.v.*

Humectetur vitro largo immiſſa cum Spiritu Veneris, iterumqꝫ exſiccetur, idq; bis tervè repetatur, donec limatura in crocum veluti converſa ſit, cui in pulverem redactæ ſuperaffunde

Eundem Spiritum Veneris, ad ſupereminentiam quatuor circiter digitorum transverſorum, qui præviâ digeſtione rubicundisſimo imbuetur colore. Tinctus Spiritus effundendus, aliusq; ſuperfundendus eſt, donec nulla rubedo in ex*tractione amplius appareat*. Tincturæ omnes collectæ & filtratæ per arenam in alembico vitreo, abſtrahantur ad craſſitiem competẽtem, *quæ porro cum* Spiritu Vini *extrahenda, filtranda*,& *ad olietatem vel liquorem rubicundisſimum per de*ſtillationem vel abſtractionem reducenda eſt.

Hæc Tinctura non aperiente ſed adſtringente virtute pollet, igitur in fluxu hepatico, Diarrhæâ immodicâ, Dyſenteriâ, menſtruo ac hæmorrhoidali fluxu nimio, *hæmorrhagiâ immoderatâ magno* erit uſui.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0471-2 DFG

## CAPUT III.
## DE
# PULVERE DYSENTERICO.

Recipi.

*Sangvinis Dracon.*
*Croci Martis ana* ℥ß.
*Hæmatidis.*
*Corall. rubr. præp. ana* ʒij.
*Laudan. Opiati* ʒi.
*Extract. ſantal. rubr. inſpiſſ.* ʒi.
*Fiat pulvis ſubtiliſſimus.*

VIRES ET USUS.

Vires ejus ſunt innumeræ: nam in omnibus fluxibus, tàm virorum, quàm mulierum nihil reperitur præſtantius.

Aliis hæc Compoſitio placet.

℞. *Sangvinis Draconis.*
*Corall. rubr. an.* ʒi.
*Laudani Opiati* ʒß.
*Opii* ʒß.
*Croci Martis.* ʒi.
*Fiat pulvis, vel Extractum, detur pulveris modo à* ʒß. *ad* ʒi. *in formâ Extract. gr. v. ad viij.*

## CAPUT IV.
## DE
# OLEO CROCI MARTIS,

CRocum Martis cum Urina pueri forma in maſſam, quam deſtilla per Retortam more ſpiritus Vitrioli, & proveniet Oleum rubrum & aliquantulum ſpiſſum. Quod ſi per aliquot dies vel ſub fimo digeres, vel in cineribus deſtillabis, ad intrinſecos morbos, egregiam operam præſtiteris.

DOSIS.

Doſis à gutt. iij. ad viij.

De
## Extracto Croci Martis.

R. *Limaturam* Martis ℥. affundantur unc. iiij. vel unc. vij. aquæ fortis, digerantur per noctem in cineribus, vel arenâ. Hinc per Alembicum aqu. fort. abſtrahatur ad ſiccitatem. Pulveri reſtitanti affundatur ſpiritus Vini ad 2. digitorum eminentiam, digerantur, totum donec rubeſcat. Hinc à fæcibus decantatur, & in balneo, vel cineribus usq; ad oleitatem deſtillatur.

DOSIS.

A *gutt.* iiij. *ad* viij.

Oleum, & Extractum Croci Martis maximè conducit, quando ſumitur præſcripta doſis in aqu. plantaginis, burſæ paſtoris, vel Tor-

mentillæ,

mentillæ, ad Dyſenteriã, Diarrhæam Hæmorrhagiam narium. Siſtit Gonorrhæam tàm in fœminis, quàm Viris. In Hypercatharſi quoque convenit, præſertim quando ſimul ab extrà Emplaſtrum de cruſtâ panis adhibetur.

De
## Alio Pulvere Dyſenterico.

R. *Sangvinis Dracon.*
*Croci Martis adſtrictorii ana* ℥iij.
*Hæmatit.*
*Corall. rubr. præparat. an.* ℥ij.
*Laudani Opiat.* ℥j.
*Extract. Santal. rubr. inſpiſſ.* ʒi.
*Fiat pulvis ſubtiliſſimus.*

DOSIS.

*Datur à gr. v. ad* ℈ß. *vel* ℈i.

### Aliis hæc Compoſitio placet.

*R. Sangvinis Draconis,*
*Corall. rubr. præpar. ana* ℥i.
*Laudani Opiat.* ℥ß.
*Opii loti in aqu. hyſſopi* ℈ß.
*Croci Martis* ℥i.
*Fiat Pulvis.*

OBSERVATIO.

Fluxus nullus reſtringendus intra quartum diem ſi patiens ipſum tolerare poſſit. Antequam Alvi profluvium cohibetur, diligenter attendendum, num criticè, vel ſymptomaticè illud fiat. Cæteris omnibus Medicamentis Dyſentericis antecellit Laudanum Opiatum, ut ſæpius comperi. Terra ſigillata; item Radix Tormentillæ potenter reſiſtũt Dyſenteriæ.

De
## Tinctura Ex Fragmentis Smaragdi.

R. Fragm. Smaragd. q. v. terantur ſuper lapide Porphyrio ſubtiliſſimè. Poſtea affunde urinam puerorum deſtillatam, in loco calido Tincturam extrahe: idq; toties repete, quoties opus erit. Hanc urinam deſtillando ſepara, & remanet pulvis gryſeus, ex quô cum Spiritû Vini Tinctura viridis extrahatur, ut conſiſtentiam quandam acquirat, & relinquitur Smaragdi Tinctura.

*Exhibentur gr. iij. vel viij. in Dyſenteriâ.*

Et ſic quælibet Tinctura ex gemmis, & lapidibus paratur.

De
## Pulvere Dyſenterico Alio.

R. *Succini,*
*Sangvinis Draconis,*
*Lapidis Hæmatit.*
*Corall. rubeor.*
*Sem. Plantag.*
*Portulac.*
*Antheræ,*
*Rad. Tormentill.*
*Terræ ſigill. Strigoniæ ana* ℥ij.
*Balauſtiarum* ℥i.
*Nuciſt. num.* ij.

*Cinamomi ʒß.*
*Croci Martis ʒi.*
*Trochiſc. de ſpodio,*
*de Terr. ſigill.*
*de Carabe an. ℈i.*
*Sacchar. alb. ʒß.*
*Fiat pulvis ſubtiliſſimus.*

DOSIS.

*Datur à ʒß. ad ʒi. in vehiculo convenienti.*

## CAPUT IV.
## DE VITRIOLO SEU CRISTALLIS MARTIS.

Recip.

LImaturæ Martis tenuisſimè & optimè mundatæ ʒvi. ſuperfunde in ſcutella vitrea Ol. Vitriol. vel Ol. Sulphuris, per Campanam facti ℥iij.

Stent in digeſtione, donec Mars ſolvatur. Ponantur poſteà hæc in cellâ, & Mars abibit in Cryſtallos, quos exime, & iterum ſolve in aqua fontana; hanc aquam coque ad dimidias, & iterùm pone in cellam, poſt paucos dies apparebunt cryſtalli candidisſimi. De his dantur contra Dyſenteriam gr. iij. vel iiij. in aqua Plantaginis.

*Legatur Mylius l. 2. Baſil. Chym. part. 2. à pag. 225. ad 268.*

# PARS XXII.
# DE SPECIFICIS UTERINIS.

## CAPUT I.
## DE UTERINO CROLLIANO.

Recip.

C*Aſtor. lib. ß.*
*Croci ℥ij.*

Extrahe Tincturam cujusq; ſeorſim Spiritu Vini, & ſepara Spiritum ad remanentiam Extractorum: quibus mixtis adde,

*Extract. Artemiſ. ℥iiij.*
*Sal. Matris Perl.*
*Ol. ſtillatitior. Artemiſ. ʒß.*
*Angelicæ,*
*Aniſi,*
*Succini ana ℥ij.*

*Digerantur omnia mixta per 8. dies.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0474-0
DFG

USUS & DOSIS.

Doſis hujus Elixiris ℈i. vel duo, ingruente Hyſterico Paroxyſmo, tunc illicò ſanantur. Quod ſi ſingulis menſibus, appetentibus menſtruis, æquali doſi utantur, non revertetur morbus.

De

UTERINO ALIO.

*R. Caſtor.* ℥iij.
*Croci* ʒiii.
*Artemiſ.* ℥iii.

*Fiat Extractum cum Spiritu Vini, cui addas*

*Matris Perlar. præp.* ʒii.
*Ol. Aniſi.*
*Succini,*
*Angelicæ ana gutt. x.*

*D. Conv. & reſervetur uſui.*

VIRES ET USUS.

Hujus Uterini operatio in omnibus uterinis affectibus ineffabilis eſt.

DOSIS. A ℈ß. ad ℈j.

De

FÆCULIS BRYONIÆ.

Fæculæ ſunt pulveres farinacei ex radicibus quibusdam contritis & per liquorem aliquem extractis, vel ex ſucco earum expreſſo parati.

In Uſu præcipuè ſunt Fæculæ Bryoniæ, Aſari & Iridis.

Exempli gratiâ:

Ex radicibus Bryoniæ ſuccus exprimitur, qui in loco frigido farinaceum ſedimentum deponit, aquâ turbidâ albicante inſtar ſeri lactis, innatante. Quâ effuſâ ſedimentum illud in plura vaſcula dividitur, & in umbrâ ſiccatur, donec ferè amyli formam acquirat, appellaturq; Fæcula.

*VIRES & USUS.*

Hæc ad uterinos Affectus valdè commendatur gr. x. vel xii. pondere cum pauxillo caſtorei exhibita.

*CAPUT II.*

DE

# AQUA VITÆ MULIERUM.

PRæparatio hujus ad formam ſequentem inſtituitur.

R. *Cinamom. el.* ℥ij.
*Garyophyll.*
*Nuc. Moſchat.*
*Macis,*
*Cubebar.*
*Cardamom.*
*Gran paradiſi ana* ℥iß.
*Galang.* ℥ß.
*Piperis longi,*
*Zingib. ana* ʒii.
*Zedoariæ* ℥i.

*Conſcinde omnia minutim, & affunde 6. Menſuras Vini boni, ſtent per octiduum in digeſtione. Adde deinde*

*Herb. Mentha,*
*Meliſſæ,*
*Anthos,*
*Salviæ ana ℥vi.*
*Sem. Fœnic.*
*Aniſi ana ℥v.*

*Contunde & conſcinde omnia, & commiſce reliquis, iterùm ſtent in Digeſtione per tres dies, poſteà deſtilla, & ſerva pro uſu.*

VIRES & USUS.

Uſus ejus eſt admirabilis, quia non modò capitis vitia omnia corrigit, ut ſunt Apoplexia, Epilepſia, Melancholia, Phreneſis, Surditas, & Ophthalmia: Verùm etiam Pulmonum affectûs (ut ſunt Catarrhi, Tuſſes, Pleuriſes, Aſthma,) ut etiam Epatis intemperiem frigidam, Icterum, Hydropiſin, Spleniſq; dolorem ſanat. Amicabilis eſt aqua ventriculo, cujus digeſtionem juvat, concoctionem promovet, ejus orificia claudit, humiditatem exſiccat, calculum terit, urinam movet, & quod optimum, omnibus Hyſtericis morbis, & ſuffocationi Matricis convenit: Menſtrua promovet retenta, ſterilitatem curat, & album fluxum: Fœtum roborat, ac tuetur ab omnibus accidentibus. Gravidis contra terrores, & iram gravidarum vix melius invenitur Pharmacon.

De
SALE SATYRIONIS.

Sal Satyrionis utilis eſt in fœminis ad conceptionem (ut ejus Eſſentia in Viris) ſi ejus ſcrup. ſem. poſt fluxum menſtruorum in Vino malvatico vel aquâ vitæ mulierum ſæpiùs exhibeatur.

De
Alia Aqua Vitæ uterinâ.

R. *Mentha,*
*Meliſſæ,*
*Majorana,*
*Nepetæ,*
*Rorismarini,*
*Scariola an. Mß.*
*Vini Rhenani q. ſ. Deſtilla ſ. a.*
*S. Aqua Uterina.*

VIRES & USUS.

Hæc Aqua multùm confert in Affectibus uterinis, quæ multo uſû probata fuit.

Alia Compoſitio.

R. *Cardamom.*
*Nuc. moſch.*
*Galangæ ana ℥ij.*
*Vini optimi Menſ. j.*
*Contuſa ſtent in vino ad dies aliquot.*

VIRES & USUS.

Hoc Medicamentum etſi videtur vulgare: attamen in Affectu Uterino à me ſæpiſſimè probatum fuit.

His ceu ſaluberrima annectere libet & ſeqq.

Mirabile eſt & hoc Experimentum.

R. *Fænu græci,*

*Sem.*

*Sem. Naſturt. ana* ℥ij.
*Caryophyll.*
*Macis,*
*Zingib. ana* ℥ß.
Mel deſpumat. ℔. i. *M.*
*deq; hoc detur veſperi ſub lecti ingreſſum cum vino albo.*

Sic in uteri ſuffocatione mirabilis & ſingularis pulvis fit ex julis ſeu catulis aut flore nucis juglandis ad ℈ii. cum guttulis aliquot Olei Succini albi; nihil præſtantius in hoc caſu ſe obſervâſſe ſcribit Muffettus. Magnum item eſt Remedium Agaricus à ſcrup. ij. cum vino albo; ut & triphera magna ſine opio, cum myrrha. Specificũ quoq; eſt remedium pulvis ſem. Paſtinacæ domeſticæ ad ʒß. cum aq. Hyſterica exhibitus.

## Aqua Hyſterica Nobilis alia:

R. Rad. *Bryon.*
*Carlin.*
*Dictamn.*
*Angel.*
*Valerian. major. an.* ʒi.
Lign. Buxi. ℥ij.
*Sem. Dauci,*
*Hippoſelin.*
*Cervicar. ana* ℥ii.
*Meliſſ.*
*Matricar.*
Calendul.
*Mercurial. ana M.* i.
*Caß. ligneæ,*
*Cinamomi.*
*Macis ana* ʒii.
*Croci Orient.* ʒi.
*Caſtor. opt.* ʒii.
*Omnibus inciſis & tuſis affunde*
*Aq. Rutae.*
*Meliß.*
*Matricar.*
*Abrotan. ana* ℔ß.
*Macerentur octiduo, mox per balneũ deſtillentur, impoſita prius in Capicello alembici camph.* ʒi.
*Doſis cochlear.* i. *cum gran. duobus Salis Jovis.*

## De Aquâ Hyſterica D. Henningi Arniſæi, prout Hafniæ in Officinis proſtat.

R. *Lien. bovis caſtrat. ſan. & rubic. num.* i.
*Abluatur vino albo bis vel ter, adſpergatur pulvere aloes* ʒii.
*Myrrh.* ʒiii.
*Succin.* ʒiß.
*Macerentur in aceto Pœoniæ & lilior. Convallium* ℥vi. *per* 4. *dies tum*
R. *Rad. leviſtic.*
*Pœoniæ,*
*Bryon. an.* ℥i.
*Raſ. Lign. ſanct.*
*Corylor. an.* ℥vj.
*Herb.* Meliſſ.
*Arthemiſ.*
Roriſmarin.

*Calaminth. an.* Mi.
*Flor. Chamem.* Rom. Mi.
*Theriac. Androm.* ℥ii.
*Caſtorei* ℥i.
*Baccar. Laur.* ℥ſs.
*Flor. Cheiri,*
*Lilii convall. an. p.* ii.
*Roſar. rubr.* ℥ii.
*Antidoti Matthiol.* ℥iiij.
*Inciſ. & contuſ. affund. Vini* Rhenan. ℔. *v.*
*Aqu.* ☿*rial.*
*Meliſſ. an.* ℔ iii.
*Stent in infuſione 4. dies, poſtea adde Lienem infuſum F. deſtillatum B. M. ad ſiccitatem. S. ut ſupra.*

VEL;

*R. Succor. depurator. Matricar.*
*Meliß.*
*Mercurial.*
*Artemiſ. an.* ℔ſs.
N. Moſch.
*Cinamomi.*
*Xyloaloes,*
*Macis ana* ℥i.
*Flor.* Anthos,
*Salviæ,*
*Calendul.*
*Valerian.*
*Spica ana p.* iii.
*Jugland. M.* i.
*Scobis lign. Buxi* ℥i.
*Caſtor.* ʒvi.
*Fœnic.*
*Bryon. ana* ℥i.
*Vini generoſ.* ℔ij.
*factâ digeſtione deſtillentur.*

De
## Aquâ Hyſtericâ Decantata
Dn. D. Cunradi Frommanni,

R. Rad. *Pœoniæ* ʒvi,
*Diptamn. alb.*
*Vincetoxic.*
*Petaſitid. an.* ℥ſs.
*Bryoniæ,*
*Leviſtic.*
*Zedoariæ an.* ʒv.
*Viſc. lign. quercin.* ʒiiiſs.
*Baccar. ſambuc. exſiccat.*
*Summit. Roriſmarin. an.* ʒx.
*Scariolæ,*
*Scordii,*
*Cardiacæ an.* ℥i.
*Cuſcut.* ʒvj.
*Julor. ſeu catul. jugland.*
*Coſti odorat. Arabic.*
*Myrrh. elect. an.* ʒv.
*Sem.* Raphan. *domeſtic.* ℥ſs.
Paſtinac. *Sylveſtr.*
*Dauc. Cretic. an.* ʒvj.
Scobis *ligni Buxi* ʒv.
*Galban.* ʒvij.
*Caryophyllor.* ʒiiſs.
*Contuſa & conquaſſata irrorentur Spiritu Vini* ♀*riſato q. ſ.*
*Poſtea affundantur*
*Vini generoſi alb.* ℔. iiſs.
*Spirit. Juniperin.* ℔iſs.
Anthos ℔ ſs.
*Digerantur per dies quatuor, mox adde*

*Succ.*

*Succ. depurat. puleg.*
*Salv. an.* ℥v.
*Calendul.*
*Ruth. an.* ℥x.
*Matricar.*
*Meliſſ. an.* ℔i.

Macerentur rurſus per dies ſex, hinc deſtill. in alembico ad ſiccitatem, in fine cum igne fortiori. Capitello autem roſtroq; ejus immitte, ac aquæ tandem deſtillatæ immerge

*Caſtor.* ℥iß.
*Croc. Oriental.* ʒiiß.
*Camphor.* ℈iiiß.

Servetur uſus ad omnes ferè uteri affectus affectus aquâ ſaluberrimâ, cujus imbecillitates ſymptomataq; & mitigat & liberat.

## Spiritus Sambuci Hyſtericus.

℞. *Cort. Median. Sambuc.* ℥i.
*Rad. Dictamn. alb.*
*Ariſtol. Rot. ana* ʒiij.
*Fol. Sambuc. ſicc.* M. i.
*Herb. Artemiſ. rubr.*
*Meliſſophyll. fragr. ana* M. ß.
*Anthera lilior. alb.* ʒij.
*Spongiol. ſambuc. mund. num.* iij.

*Inciſa infunde in ſpiritus ſambuci q. ſ. ut nimirum altitudine palmæ transverſæ ſuperemineat, ſtent in infuſione per decendium indies bis agitata, poſt deſtillentur in Balneo pro ſpiritu Hyſterico.*

USUS.

De hoc exhibe in Paroxyſmo integrum, vel dimidium Cochleare, eodemq; ventrem inferiorem, exteriusq; abdomen umbilicum verſus, fricando inunge; prodeſt etiam in menſtruis retentis, aliisve frigidis & humidis uteri affectibus, & fert ſuppetias in fœtu mortuo expellendo, & ſecundina relicta educenda, ſi univerſalibus & topicis præmiſſis in vino albo, aut aqua alia deſtillata ad Cochleare unum propinetur. Blochvvitius anatom. Sambuc. Sect. 3. c. 26. pag. 227.

His etiam non immeritò annumeratur EXTRACTUM GRANORUM ACTES QUERCETANI: quod quomodo paretur vide apud eundem Quercetat. in Pharmacop. reſtitut. c. 25. pag. mihi 415. & 416.

*Hermetici quoque ſummoperè* commendant aquam, fæculam, & eſſentiam extractam Bryoniæ, Carlinæ, Imperatoriæ. Oleum item Succini albi exhibitum & inunctum. Oleum item terebinthinæ, juniperi, & ligni buxi fœtidum: Sal item & ſuccini & Corallorum in vehementiſſima ſuffocatione: Oleum item deſtillatum Aſæ fætidæ, Lapid. Gagat Petroleum, cùm omnia alia irrita ſunt, in Aqua Hyſterica. Elixir item Uterinum Crollii ad ſcrup. j. inſtante paroxyſmo. Exhibetur & Sal Corallorum cum ſpiritu ⊕li ♀ris cum Aq. Artemiſiæ. Hûc etiam facit Spiritus ♀ri. Sic Extractum ver-

rucarum, ſeu Callorum Equorum, ſingularisſimum & præſentisſimum in deſperatisſimis matricis ſuffocationibus remedium, Sal item Jovis calidè umbilico inunctum, efficacisſimum eſt in ſuffocatione remedium; matrix enim perceptò ejus calore confeſtim ad priſtinum locũ redit & nunquam indè movetur: ſed Cryſtalli longè ſunt præſtantiores. Fæcula etiam Bryoniæ ad 10. vel 12. grana cum Caſtorei momento, ſummum eſt ad omnes matricis ſuffocationes arcanum. Foriſecùs etiam varia applicantur Emplaſtra, fotus, ſuffitus, balnea, inunctiones variæ, de quibus conſulantur Practici.

Miſturam Uterinam etiam parat Blochvvitiꝰ *talem haud contemnẽdam*, ex Sambuco.

*Primò aſſumit Baccarum Sambuci lentô fumi calore exiccatarum, Meliſſæ & Caſtor. ana quantum placuerit, ſuperaffundit cuilibet ſeorſim in phiola Spiritum Sambuci optimè rectificatũ, eſſentiamq; ut artis eſt extrahit, ac unamquamlibet ſeparatim depuratam ſervat in vaſis vitreis. Poſteà*

℞. *Eſſent. Bacc. Sambuc.* ℥v.
*Meliſſ.* ℥iij.
*Caſtorei,*
*Spir* 🜔*li optim. rectific. ana* ℥i.

*Miſta infundit in cucurbitam, ſeu vitrum anguſti orificii, ac in Balneo, vel hypocauſto calido per decendium digerit, ut probè uniantur, facesq; ſi quæ adhuc admiſtæ ſint, in fundo ſubſideant: à quibus id, quod clarum eſt, ſeparandum, colandum, & in vitro benè obturato reſervandum: Doſis Cochleare parvum argenteum per ſe vel in aq. alia appropriata diſſolutum.*

*Quòd ſi magna* Cacochymia *adfuerit, corpus antè omnia pulvere Turionum polychreſto (cujus deſcriptionis in ſuperioribus facta eſt mentio) expurgandum.*

De
PILULIS MATRICALIBUS,
D. Cunradi Frommanni.

℞. *Reſinæ Ammoniac.* ʒiii.
*Serapin.* ʒiiſs.
*Aloës Arthemiſiat.* ℥i.
*Fæcul. Bryon.* ʒi.
°₀° *Myrrh.* ℈iiii.
*Extract. diptamn. alb.*
*Gentianæ*
*Centaur. minor. an.* ℈ii.
*Aſari* ʒſs.
*Croci Auſtriac.* ℈i.
*Borac. Venet.* ʒſs.
⊖ *Arthemiſ. gr. xxv.*
*Abſinth.*
*Matris perlar. an gr. xv.*
*Savinæ* ℈ſs.
*Jovis Anglici gr.* xiii.
♀*ri* 🜔*lat.* ʒſs.
*Eſſent. caſtor.* ℈ii.
*Magiſt.* ♂ *aperitiv.* ʒiiſs.
*Arcan.* ♀ ʒi.
C *Syrupo de Artemiſ. q. ſ.*
F. *Maſſa pro uſu nunquam fruſtrato.*

PARS

# PARS XXIII. DE SPECIFICIS FEBRILIBUS.

IN omnibus Febribus curandis *maximè ferè reſpiciendum eò, ne* ἀμεθόδως, nec temerè curam auſpicemur.

Specificum purgans omnium febrium eſt, excepta Hectica, ♁nium, cujus flores dextrè *parati* febriles impuritates è corpore eliminant.

Inter cætera tamen Lazar. Riverius Cent. 3. Obſervat. 100. ac in appendice ejusdem, *longo ſtudio & experientiâ fidâ inventum & comprobatum* laudat in Quartanâ omni ſuum Febrifugum: humorem enim melancholicum virtute ſpecificâ oppugnare, illius fermentationem, quæ paroxyſmi cauſa eſt, *inhibere*, ac omnes turbas, ab *iſto* excitatas, illicò ſedare confirmat. Simili ratione ac acetum Sale Tartari aut ♄ni admixto, omnem aciditatem, omnesq; vires ſubitò amittit, & aqu. ſimilimum efficitur; ita humor iſte extingvitur quodammodò, omnéq; agendi ac reſiſtendi potentiam perdit.

Componitur autem ex triplici Hercule duodecim laboribus ad ſummam nobilitatem evectô, quibus tandem quartus athleta additur, operis complementum efficiens.

Clariſſ. Dn. D. Rolfinckius *tamen ſub ænigmate hoc occultari* ait, præcipitatum Bezoardicum compoſitum ⊙. ♁. ☿ium illiusq; nomine verum Riverii febrifugum vendit, quod non eſt novæ, ſed antiquæ inventionis:

*R. ⊙ ℥ß. ſolve in aqu. Reg.*
*Vitri ♁ ℥ß. ſolve in aqu. Fort.*
*☿rii vivi ℥iii. ſolve in aq. Fort.*

Solutiones conjungantur & duodecies per alembicum deſtillentur *iteratâ cohobatione. Pulveri* in fundo relicto adfunde Spiritum Vini rectificatũ, abſtrahe ſexies à pulvere. Ut intimiùs figatur, calcinetur ad ignitionem ferè, in ✝ Hasſiaco, igne rotæ, vel ſub tegulâ fornicatâ.

Ipſe Riverius exhibet d. l. pueris ad gr. x. xii. & xv. Adultioribus verò à gr. xx. ad xxx. & xl. Rolfinkius tamen aſſeverat *pulverem* hũc à Riverio non per ſe, ſed ſcammoniô miſtum propinatum fuiſſe, hâc

proportione & ratione ætatis, ultra:
℞. *Scammon. gr. xij.*
*Febrifugi gr. 6.*
*Miſce.*
Vid. Chim. in art. form. redact. l. 5. Sect. vj. cap. xii. pag. 373.

## CAPUT I.
### DE POTIONE FEBRILI.

Recip.
OL. *vel Spir. ⊕ li gutt. xij. vel 18.*
*Salis Abſinthii ℈iſs.*
*Aquæ Cichor. ℥iſs.*
*Fiat mixtura, detur convenienter in vino.*

VIRES & USUS.

Hæc potio unô hauſtu ebibita, abigit omnes Febres, non longè poſt patiens ſudorem in lecto tectus expectabit.

Robuſtioribus Doſis augetur.

### De PULVERE FEBRILI.

℞. *Diptam.*
*Petaſit.*
*Zedoariæ,*
*Fol. Scordii ana ʒij.*
*Sem. Cardui bened.*
*C. C. uſt. præparat. an. ʒi.*
*Antimon. Diaphoret. ℈i.*
*Fiat pulvis, detur convenienter.*
*Sign. Pulvis ad Febres.*

VIRES & USUS.

Expertus eſt hic pulvis contra omnis generis Febres, ut experientia & uſus longô tempore me docuit.

Hujus generis eſt & ſequens, quô Dn. Henricus Julius Böckelius Medicinæ Doctor, ſolet uti, & præſertim in Quartanâ.

℞. *Pulv. mirabil. Quercetan. ʒj.*
(Hujus deſcriptio continetur ſupra part. 18. c. 4. pag. 601. ſub pulvere Aronis Quercetani.)
*Troch. d. Eupator.*
*Sp. diarrh. abb. ana ʒſs.*
*Sem. 4. frig. major. excort. an. ℈ſs.*
*Miſce, fiat Pulvis, detur in 7. chartis pulvere æqualiter diviſo.*

### De Nitro Philoſophico.

℞. *Nitri lib. vj.*
*Diſſolv. in aqu. calidâ, & ebulliat paulatim: poſtea aſſunde in vas ligneum, & pone in locum frigidum, ut concreſcat, diſſolve etiam & fac, ut antea, hocq; repete quinquies, deinde ſupra fornacem exſiccetur & in tigillo per horas 12. igne aperto, calcinetur, donec in vino rubrè ſe tingat: poſtea eſſunde in mortarium, ut conſiſtat, deinde pone in locum calidum in vitro benè mundo, ne liqueſcat: Datur in febribus à ℈i. ad ʒſs.*

De

## De
## Pulvere Febrili alio.

*R. Cholearum longas teſtas, quæ prope piſcinas & lacus reperiuntur; affunde acetum de vino paratum, ſtet per noctem, tunc extrahit mucorem, quem diligenter abrades cum ſcopis ferreis, quibus Aurifabri utuntur.*

*Poſtea teſtas illas oblongas totas calcinando incinera ad albedinem, & pulveriſa.*

### Uſus & Doſis.

Doſis ℈ij. inſtante Paroxyſmo in hauſtu cereviſiæ calidæ, cum tantillo butyri recentis. Rarò bis vel ter aſſumitur, quia primus hauſtus plerumque per ſudorem ſanat, ideò in lecto ſe continêtes infirmi ſudorem expectent.

### NOTA:

Cl. Dn. D. Rolfinckius ait, commendatio hæc eſt ſuperlativa, non ſtans promiſsis Crollianis.

Ego aliquid oculorum cancrorum contuſorum adjeci, & ejus vires potentiores exindè reperi.

## De
## PILULIS FEBRILIBUS EXPERTIS.

R. *Extract.* Cardui bened. ℈iſs.
*Centaur. min.* ℈i.
C.C. *uſt. præparat.*
*Salis Abſinthii ana* ℈ſs.
*Fiant pilulæ cum Syrupo de Carduo-bened. numero xx.*

### Vires & Uſus.

Hæ Pilulæ pro unâ doſi ſumptæ in Aquæ Carduibened. unc. ijs. præſentisſimum remedium ſunt contra omnes Febres.

### OBSERVATIO.

Hæc Medicamenta paulò ante Paroxyſmum febrilem ſumuntur, ut *cum ipſo paroxyſmo operentur.*

Cætera quæ conferunt Febribus ſub Titulo de Diaphoreticis invenies.

## *CAPUT II.*
## DE
## TINCTURA ROSARUM.

Rec.
R*oſar. rub. min.*
*Inciſ.* ℥ſs.
*Borraginis,*
*Violarum ana* ʒi.
*Infunde per horas 4. in aqua fontis tepid.* Wiſs.
*Aqu. Cichor.* ℥iij.
*Roſar.* ℥iiſs.
*Inſtilla ſpiritus* ⊕li ʒi.
⊖lis ℈i.
*Et ita extrahatur Tinctura rubicunda, cui adde*
*Syrup. acetoſ. citri,*

*Julep. Roſar.*
*Rob. Ribium ana ℥i.*
*Miſce; excolatum, ſerva pro uſu.*

Vires & Uſus.

Hæc Tinctura aliquoties uſurpata ad cochlearia quatuor, vel quinq; non modò pertinaci Epatis calori potentisſimè reſiſtit, verùm etiam hâc ratione omnes Febres abigit & curat.

Aliquando talem ſimplicem Tincturam hoc modo confeci.

R. *Aquæ font. lib. ij.*
*Flor. Roſar. ℥ß.*
*Borrag.*
*Bugloſ. ana P. ij.*
Cinamomi ʒij.

*Coquantur lentè in ollâ nova, & colaturæ adde Spiritus Sulphuris, vel vitrioli vel Veneris, quantum ſufficit ad amabilem acorem: cui lubet, poteſt addere aliquid Sacchari.*

## CAPUT III.

## DE ALIIS FEBRIFUGIS.

### De SALE FEBRILI.

Recip.

*Salis ammoniac. ſublimati.*
*Nitri præparat.*
*Salis Cardui bened.*
*Abſinthii,*
*Centaur. min. ana ℥j.*
*Solvantur in aqua Cichorei, & fiat l. a. Sal Cryſtallinum.*

Vires & Uſus.

Febribus omnis generis, Quotidianæ, Tertianæ, Quartanæ, Hæmitriteæ, &c. ſine diſcrimine ſummum eſt Alexipyreuticon. Offertur à ʒß. ad ʒj. tribus vel duabus horis ante accesſionem in aqua centaur. minor. vel alia ſpecificâ, expectato ſudore ſub declinatione Paroxyſmi. Eadem Doſis reiteranda, ſi primâ vel ſecundâ vice, non ſatis fecerit.

### De PILULIS FEBRILIBUS.

*R. Extract. Febril. ℈i.*
*Flor. ⊖ ammoniac. gr. v.*
*F. l. a. Pilulæ adſpergantur pulvere* Cinamomi ſ. Fieber-Pilulen auff ein mal.

VEL:

R. *Extract. Cardui bened.*
*Centaur. min. an. gr. vj.*
*Flor. ⊖ ammoniac. gr.* iiij. *vel v.*
*Fiat l. a. Pilulæ adſpergantur pulvere Cardui bened.*

### De ARCANO D. FREITAGII ad Febrem tertianam veram & notham,

R. *Lau-*

℞. *Laudani Febrifugi noſtr. deſcript.* g.. jv.
*Extract. centaur. minor.*
*Gentianæ,*
*Carduibened.*
*Abſinth. an. gr. v.*
*Eſſent. terrarum trium an. gr. iij.*
*Pulver. colaturæ terræ* ℈ſs.
*Natalitiæ glebæ Cypriæ* ℈ij.
♃*ri* ⊕*lat.* ℈ſs.
*Acet. Sambuc.* ℥ſs.
*Aqu. centaur. minor.*
*Syrup. acetoſ. citr. an.* ℥i.
*Spir.* ⊕*l. gr.* 3.
*M. pro Doſi.*

## De Arcano Ejusdem ad febres cotidianas.

℞. *Aqu. Theriacal. n. d.* ʒiij.
*Quintæ Eſſent. trium terrar. ana* gr. iiij.
*Aceti Bezoardic.*
*Oxymell. ſquillitic. ana* ℥ſs.
*Pulver. Piperis* ℈ſs. *gr. vij.*
*Extract. Aſari* ʒſs.
*Pulver. Colaturæ terræ* ℈ſs.
*Aqu. Calamenth.*
*Carduibenedict.*
*Syrup. de corticib. Citri,*
*De acetoſit. Citr. an.* ℥ſs.
*Miſce.*

## De Arcano Ejusdem ad quartanas intermittentes.

℞. *Laudan. Febrifug. n. d. gr. v.*
*Miſtur. ſimpl.* ℈i.
*Confect. alcherm.* ʒſs.
*Quintæ Eſſentiæ trium terrar. an.* gr. iv.
*Roris indurati*
*Ceſpitis marini an. g. v.*
*Extract. bulbi cavi*
*Aſari an.* ʒſs.
*Pollinis cœli microcoſm.* ℈i.
*Oxymell. ſquillit.*
*Aceti Bezoartic. an.* ʒſs.
*Syrup. de ſucco violar.*
*Borragin. an.* ℥i.
*Miſce.*

Vid. libr. de Opio c. 26. p. 226.

## De Elixiri Febrili.

℞. *Herb. centaur. minor.*
*Carduibened.*
*Abſinthii an. Mvj.*
*Quinq; fol.*
*Rutæ an. Miij.*
*Piper. long.*
*Caryophyllor.*
*Nuc. Moſchat. an.* ℥i.
*Spec. Febrifug. Mynſicht.* ℥iij.

Pulveriſata & mixta extrahantur opt. Spirit. Vini. Tinctum Spiritum aufer & recentem affunde, tamdiu donec omnis tinctura & eſſentia extracta ſit. UltimòSpiritum Vini in B. M. ad medietatem ſeu oleitatem abſtrahe, & remanentem Spiritum unâ cum Eſſentiâ per chartam

chartam emporeticam filtra, & in vaſe vitreo bene clauſo ad uſum reſerva.

USUS:

Præſervat, curat & abigit, poſt evacuatum corpus omnes febres.

*Doſis inſtante paroxyſmo vel paulò ante, ut ſimul cum paroxyſmo operetur à ʒi. ad ʒij. & ℥ß. in aq. centaur. minor. vel abſinthii aut* Carduibened. *vel in hauſtu cerevifiæ calidæ. Robuſtiori autem datur ab ℥ß. ad ʒvj.*

Præterea cacochymici & hydropici magno juvamine potui quotidiano immiſcere poſſunt: ſuâ enim amaritudine, putredinem omnem arcet: partium verò tenuitate obſtructiones pellit. Gibt gut bitter Wein und Bier.

De

## SPIRITU NITRI.

Nitrum, ſive Salpetræ, miſceatur cum trib9 partibus boli communis; & deſtilletur per Retortam, obſervatô eodem ignis regimine, ut in præcedentibus dictum, ſpaciò decem vel duodecim horarum. Ex libra una ſalis petræ, accipies lib. I. ſpiritus, ſi benè operatus fueris, Beguin. in Tyr. Chym. p. 151.

Vires & Uſus.

Spiritus hic, ſecundùm Quercetanum, eſt verus ignis naturæ Balſamicus, & prodeſt in Colicâ, pleuriſi, anginâ, febribus.

Datur in febribus cum aquis Endiviæ, portulacæ cichor. ad extingvendum calorem à guttis vj. vel xvj. Eſtq; hic ſpiritus in febribus præſtantior Lapide brunellæ.

Fit etiam Eſſentia extracta Halonitri, quæ febres omnes ad miraculum curare dicitur, hoc modo;

Halonitro probè præparato, & in pollinem acto, affunditur ſpiritus vini, ſolutio filtratur, colatura digeritur, donec ſedimentum fiat; hoc abjecto, clarus liquor circulatur, & tandem in clariſſimam Eſſentiam coagulatur.

Vide Deodatum Panthei Hygiaſtici. l. I. c. 12. pag. 148. Unzerum de Phyſiolog. Sal. cap. 18. de Sale Nitri pag. 798. ad 812.

## CAPUT IV.

DE

## PULVERE LIGNI FEBRIFUGI SEU CORTICIS Sinenſis, Palo de Calenturas, Hiſpanico Idiomate dicti.

Cum corticis hujus ex Peru Regno allati jam primum in Europâ innotuit notitia, pauca quædam Lectori Benevolo afferam ex C. C.

Dn.

D. Thomæ Bartholini Centur. 5. Hiſt. 50. Nuperis annis in Europam delatus eſt cortex arboris Peruvianæ, cujus pulvis ad febres tertianas & quartanas efficaciſſimus deprædicatur. Arbor ab Incolis Peruvianis vocatur Gannana peride, ab Hiſpanis Palo de Calenturas, h. e. lignum febrium. Cortex ipſe *China febris* appellatur, colore ferrugineo, ſapore amore, à Gentianâ non valdè diſſimulis, ſed orbe noſtro ignotus. Vnde Gentiana Indica fruticeſcens Hoefero appellatur l. 6. Herc. Med. c. 3. Romam ad Cardinalem Lugo primò pervenit, exinde in Belgium. Romæ venalis eſt pulvis apud Patres Societatis Jeſu, qui ſoli ex orbe Americano corticem habent, & per Europam diſtribuunt. Schedion Romæ Italicâ lingvâ prodiit de modo præparandi & uſurpandi pulverem.

Proficuum uſum experta ſunt Romæ aliquot hominum millia, quum Anno C. 1653. febres malignæ, quartanæ ſimplices & duplices in urbe graſſarentur. Archiater Pontificis innocentii X. experientiſſimus D. Fonſeca, pulveris naturam & indolem ſvaſu Cardinalis de Lugo, diligenter indagavit, & propriis experimentis edoctus non innoxium tantum, ſed etiam ſaluberrimum deprehendit. Ejusdem Cardinalis laudatur pietas, quod pauperculis & religioſis Viris magnam copiam pulveris propriis ſumptibꝰ Romam adferri curavit liberali manu diſtribuerit, de Medici tamen conſilio cujus Schedulam ante monſtrari ſibi poſtulavit, quam pulverem elargiretur, plus mille hujusmodi Schedulas aſſervare fertur, totidem ſcilicet exhibiti feliciter pulveris teſtimonia.

Datæ ſimiliter in Belgio Sereniſſimo Archiduci Leopoldo Guilielmo *16. Octobr. 1652.* hora 7. veſpertina, duplici quartana detento pulveris febrifugi drachmæ duæ, quaternis unciis vini albi Hiſpanici veteris permixtæ. Arſit nocte tota Sereniſſimo ventriculus, ultro citroq; *commeante ac concertante Natura. Horis matutinis decimi ſeptimi* diei remiſit febris, tandemq; intermiſit, ſuperveniente copioſo ſudore. Eadem die 17. circa veſperam invaſit *eundem* eadem quartana, ſed duplex: *verum 19. & 20. qui dies e*rant febris utriusq; recurſus, neutra comparuit, adeoq; benè Archiduci ceſſit Medicamentum, ut per dies 33. h. e. per undenos circuitus, qui 18. Nov. abſolvebantur, nullam ſenſerit febrem. Sed ſequenti ſtatim 19. relapſus eſt in eandem *cum* frigore, ſiti, oris amaritie & *ſalſugine.* Ex quâ recidiva elevat pulveris decantatum uſum Joh. Jacob. Chifletius Primarius Medicus Archidu-

calis c. 4. quod Bruxellis omnes quartanarios, qui ex aſſumpto pulvere ſe convalituros ſperabant, *viderit relapſos.* Cui tamen occurrit Antimus Conygius, Anonymus Author Romanus in defenſ. c. 3.

Pergit idem Bartholinus d. l. Ego quoq; curioſitate remediiq; novitate accenſus, quum corticis tres doſes Româ reduces amici mecum communicaſſent, experimentum in quartanaria feci. Lectiſſima puella juvencula, quartana primum ſimplici, deinde duplici, vario typo, ſpacio octo menſium divexata, nullis remediis potuit ſublevari. Tandem placuit pulverem Peruvianum exhibere, quanquam copiam faſtidiret. *Aſſumſit in vino maceratum,* ſed per vomitum mox rejecit. Ex duplici tamen ſimplex evaſit, & mitior, ſed brevi poſt duplex rediit. Supererant nobis duæ doſes, quas ne nauſeam excitarent, ſecundo modo per 40. horas in vino albo maceratas expreſſimus, expreſſumq; vinum bis dedimus ſine nauſeâ, nam ſapor potionis grate amarus, quaſi ſemina citri guſtâres. Iterum in ſimplicem mutata febris, ſed penitus extincta non fuit, nec ulterius experimentum facere licuit, ob corticis penuriam, qui copioſius ut advehatur autor ſum, quippe tantum tamq; efficax quartanæ remedium diu deſideravimus. Subſtitui quoq; poteſt gentiana, cujus extracto feliciter in quartana utimur. hact. Bartholin.

### De Eſſentia Ligni Febrifugi, palo de Calenturas dicti.

℞. *Corticis hujus cinamomeo colore præditi, minutim pulveriſati, & per ſetaceum trajecti* ℥i.

*Vini generoſi, præpotentis, Rhenani q. ſ.*

*Stent in digeſtione. Tinctum quod eſt, effundatur, inclinato vaſe. Novum menſtruum affundatur. Conjuncti liquores leniter exhalent, & ſerventur.*

*Doſis cochlear.* j. *vel* ij. *cum hauſtu vini odorati boni vid.* Rolfinck.

De uſu pulveris de Gannanaperide in febribus vide quoq; Judiciũ D. Joëlis Archiatri Gottorpienſis Cent. 2. Epiſt. Medicinal. 42. Bartholin.

## *CAPUT V.*

## DE FEBRIFUGIS EXTERNIS

### De CATAPLASMATE FEBRIFUGO PRINCIPIS ANHALTINI.

Recipe

P*iper.*

⊖*lis,*

*Croc. Oriental.*
*Allii (quod terra tegitur) an. q. ſ.*
*M. & contund. in mortario ad formam cataplaſmatis. Obvolve linteo & inſtar noduli applic. in ſiniſtrâ manu digiti annularis externæ parti. Eâdem verò horâ quâ appoſitum etiam ante Paroxyſmum ter repetatur.*

VEL:

R. *Emplaſtr. Febrifug. Strobelberg.* ℥ß.
*Malax. ol. aran. & Divid. in 2. partes æqual.*

## De Emplaſtro Febrifugo Strobelbergeri.

R. *Terebinthin. Cypr. opt.* ℥iß.
*liqueſcat in vaſe cupreo ſuper △ moderato. Huic injice*
*Aranear. vivar. in hypocauſtis vel locis mundis captar. num. xv.*
*Miſc. & agitentur cum piſtillo ligneo, usq; dum color Terebinthinæ fiat cinereus, & vix aliquid de araneis deprehendatur. Tum iterum tepefactæ mixturæ adde:*
*Telar. aranear. mundarum, quantum prædictæ araneæ texere,*
*Vel harum loco adhuc novendecim araneas mediocres: iterum fortiter agitentur: Interea etiam immiſcendo*
*Aſphalti optimè pulveriſat.*
*Sal. Armoniac. albiſſ. an:* ℥iß.
*Terantur usq; dum refrigeſcat materia & acquirat conſiſtentiam Emplaſtri nigerrimi. Reponantur per 14. dies, tandem rurſus ad △ molleſcat, & manibus Oleo febrifugo inunctis malaxetur modicè.*

USUS.

Formentur inde Emplaſtra inſtar ¼ Thaleri, quæ auro vel argento obducta, corioq; tecta, imponantur pulſibus utriusq; carpi hora una ante Paroxyſmum, relinquendo per 9. d. Tunc eâdem horâ in profluentem aquam projiciantur.

OBSERVA:

Illuſtriſſ. Comes Carolus à Wolkenſtein non ſolum hujus Emplaſtri beneficiô à quartanâ eſt liberatus, ſed etiam centum Thaleris à Dn. D. Strobelbergero emit.

## OLEUM FEBRIFUGUM STROBELBERGERI.

R. *Ol. Nymphea unius ſaltem anni,*
*Lumbricor.*
*Roſar.*
*Hypericon.*
*Amygdal. amar. an.* ℥j.
*Mixtis impone Scorpiones vivos num.* ix. *Exponantur ſoli (paretur ſi poſſibile in ingreſſu ☉ in ſignum Scorpion. vel Cancri) donec moriantur Scorpiones, tunc etiam adde*
*Theriac. Andromach. opt.* ℥ß.
*Relinquantur inſolari per d. 14.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0489-7

NOTA:

Idem Medicus Ratiſponenſis & Carolinus, Joh. Stephan. Strobelbergerus commendat quoq; ἀντιπυρετικὴν maſſam, pulſibus applicitam in omnibus Febribus: inq; quartanâ, omnium artes eludente, interventu hujus maſſæ, valetudinem ægro ab omnibus derelicto, intra paucos dies promittere nō veretur.

℞. *Ignis i. e. fuliginis,*
*Aëris i. e. telæ aranearum,*
*Aquæ i. e. terebinthinæ,*
*Terræ i. e. Ranunculi cauſtici,*

Sumuntur certâ proportione & malaxantur, donec non ita tenaciter digitis adhæreant, applicatur pulſibus manuum ante Paroxyſmum.

# PARS XXIV.

# DE PESTILENTIALIBUS.

## CAPUT I.

## DE ELIXIRI PESTILENTIALI.

CUm Peſtis ſit ira, & peculiare DEI Flagellum, ſequentia poſt reconciliationem cum DEO & proximo, vitæq; emendationem ex uſu eſſe poterunt.

℞. *Florum Sulphuris Spagyrice præparatorum (ut paulò poſt dicetur) uncias tres, affunde Olei Juniperini è baccis, in balneo priùs rectificati, ad eminentiam trium vel quatuor digitorum (eodem modo cum Spiritu Terebinthino fieri poteſt Balſamus Sulphuris, cujus Tinctura poſtea Spiritu Vini extrahitur ad affectûs aſthmaticos.) Olei ſuccini ternâ rectificatione, in balneo ab odoris vehementiâ liberati quarta pars ad oleum baccarum Juniperi ibidem affundatur, ſtet in igne cinerum vel arenæ ſæpiùs movendo, ut flores lenti ſine aduſtione ſolvantur, & liqueſcant: Poſtea habeas Theriacæ Venetæ lib. j. ex quâ optimo Spiritu Vini Tincturam extrahes, quam à ſpiritu Vini ſeparatam ſeorſim ſervato. Extrahe eodem Spiritu, Radicum Elenii, Angelicæ, Baccarum Juniperi contuſarum & mixtarum ana uncias tres, & Tincturam à ſpiritu Vini in Balneo ſeparatam, miſce cum Tinctura Theriacæ, ac affunde Oleum Juniperinum, & ſuccini floribus ſulphuris eſſentificatum, ac per papyrum bibulam*

*bibulam priùs filtratum: omniaq́; circula lentiſſimo cinerum calore per quatuordecim dies. Habebis ſecretum, quod in Peſte & morbis Epidemicis ex DEI benignitate ad miraculum operari ſolet.*

VIRES & USUS.

In Peſte eſt præſervativum & curativum.

DOSIS.

Una vel duæ guttæ in vino vel aceto quotidiè manè: vel ſingulis ſeptimanis ſemel 8. vel 10. guttæ jejuno ventriculo, expectato ſudore aſſumantur.

Præſervat à putredine, & nil impuri relinquit in corpore.

Correptus Peſte ſtatim ab initiò accipiat à ſcrupulo 1. ad ij. in vino, aceto vel alio liquore appropriato, & ſudet: potenter venenum è corpore pellit. Vid. Croll. p. 228.

## *CAPUT II.*

## DE LAPIDE BEZOARDICO.

LApis Bezoar non abs re laudibus prædicatur, quia in omnib9 morbis Epidemialibus Antidotum ſalutare, eô, quòd repentè vim omnibus venenis adimere expertum eſt, quemadmodum & ego annotavi, qui Anno 1626. febre malignâ correptus, tandem acceptis granis decem hujus Lapidis ex DEI voluntate à morte liberatus, & ſanitati reſtitutus ſum, cujus laudabilis Medicamenti virtus, ac efficacia in curandâ Peſte apud alios quoq; eodem anno experientiâ minimè fallaci, utilis ac ſalutaris deprehenſa eſt.

OBSERVA.

1. Eſt duplex Orientalis & Occidentalis, quorum ille & majoris pretii & virtutis ſemper præ hoc habetur. Diſtingvuntur à loco natali, quod Orientalis in proventriculo *potiſſimum, hinc ventriculo & aliis cavitatibus animalis cujusdam* Perſiæ ac Indiæ Orientalis, capricervæ dicti reperiatur. Occidentalis verò ex animali quodam Peruano, *Capricervæ Orientali ſimili*, cornibus *tamen orbo, & Vicuniras ſeu Taraguas dicto* exſcinditur.

2. Orientalis variat figurâ, in interiore parte paleam plerumq;, pilos vel ſimile quid continens; ſuperficie levis ac ſplendens, intus laminatus; Color ut plurimum eſt atrovirens, odor nullus. Magnitudo & pondus non eſt idem; *pleriq;* infra juglandis magnitudinem ſubſiſtunt, nonunquam & paulò ſuperant.

3. Occidentalis ſimiliter tunicatim concrevit, Orientalibus ut plurimum major, ſuperficie ſcabra, colore cineritio, albo, nigro, obſcurevè virente. Hujus major doſis eſt quam Orientalis, nempe à gr. vj. ad xx.

4. Stupenda magnitudo eſt illius Occidentalis lapidis, cujus Dn. Georgius Segerus Thorunienſis meminit in epiſtolâ quadam Hamburgi d 3. Decembr. 1656. ad Dn. D. Thomam Bartholinum datâ, quæ eſt Centur. 2. Epiſt. Med. 79. p. m. 656. Cujus inter alia verba hæc ſunt: Sed miſsis cornibus Leporinis ad Lapidem Bezoar Occidentalem, quem non ita pridem ad Nobiliſs. & Literatiſs. Dn. Franciſcum Ludovicum vande *Wiele, Potentiſs. Danorum* Regis hoc in *loco Commiſſarium* Fidelisſimum, Patronum Magnum, vidi, me converto. Eſt is ingens, caput humanum æquans, rotundus ferè, coloris ſubfuſci, glaber ac nitidus, duabus in partibus læſus, ubi ſubcinericius apparet. Diameter ejus eſt 23. pollicum transverſorum, pondere autem $6\frac{3}{4}$ libras mercatorias ſuperat. Ex laminis craſſis compactum eſſe partes læſæ oſtendunt. Cardinalem *I*nfantem Gubernatorem olim Burgundiæ 6000. *Im*perialibus à primo venditore eum redimere non potuiſſe ferunt; jam verò pro 3000. venditur.

5. Zvelferus in Append. ad animadverſ. Pharmac. Auguſt. pag. m. 65. *In* eâ opinione conſtanter perſeverat, lapidem Bezoar Orientalem pro majore parte eſſe adulterinum, factitium, ab Hebræis fortè Luſitaneis ſingulari arte & induſtriâ ex plantarum Magiſteriis præcipitatis, cortice tenus & per juxta appoſitionem conflatum, atq; politurâ ſuâ ornatum, *& quod verus lapis* Bezoar vix, niſi Magnatibus *I*ndiæ, Perſiæ & Regibus noſtris, quibus ab *I*ndis dona mittuntur, in promptu ſit. Cum è contra tot milleni dictorum Lapidum, uno anno ſaltem, in Germaniâ, Italiâ, Hiſpaniâ, *I*ndiis & plurimis aliis vaſtisſimis Regnis, *Medicamẽti vice abſumãtur, ut taceã, quot millia eorũ milliũ, non di*cam centenarii aut ſaltem libræ penes infinitos Mercatores, Indiarum & Europæarum Regionum venales, adhuc quotidiè proſtent & adſerventur.

6. Hinc & alii non malè conjiciũt, adulterinos ejusmodi lapides ex lapidum fragmentis & pice artificiosè coagmentari: Item ex cretâ, cineribus teſtarum, ſangvine ſicco & lapidibus, Bezoar minoribus pulverſatis & cum liquore incorporatis: Item ex Cinnab. ♁. ☿. ignis artificio compactis, tinctis, &c.

DOSIS.

DOSIS.

Doſis eſt Orientalis à gran. iij. ad viij. vel xij. in aqua convenienti & ſpecificâ. Aliquibus propinavi hunc lapidem ex acetoScordii, aqu. Carduibened. & Theriacâ ad formam ſequentem, & parvo temporis intervallo integrè à Peſte vel aliis venenatis morbis convaluerũt.

*R. Lapid. Bezoard. lævigati gr. vij.*
*Aqu. Carduibened.*
*Aceti Scordii ana ℥vj.*
*Theriacæ ℈j.*
*Fiat Mixtura, detur convenienter, ſignetur Mixtum Bezoartica.*

## CAPUT III.

## DE AMULETIS.

Multi, iiq; non infimi nominis Medici ad aëris malignitatem corrigendam, ſicq; corpus à peſtifera lue præſervandum inter alia Antidota ſolent etiam quædam Amuleta, vel ex Mercurio vivo, *avellanæ excavatæ indito confecta, vel* ex Arſenico *Cryſtallino, bufonibus* exiccatis, aliiſq; ejuſmodi præparata præſcribere, illorumq; à foris geſtationem ſupra cor ſummoperè ad amoliendum omne *contagium peſtiferum* commendare: quæ plerumq; Zenechda appellare ſolent, quod principaliter ex Arſenico componuntur.

Arſenicum enim ab Arabibus Arſenes, Zenech & Zene nominatur, unde ne cuivis hoc DEI donum innoteſceret, uſu Figuræ Rhetorum, nempe Aphæreſeos, Senium pro Arſenicum, Zenech pro Arſenech; & ſic Zenechdon pro Diazenech dictum fuit.

Triplici nomine Peſtem avertit; primò avertẽdo venenum cordi inſidiaturum; deinde attractivam hominis cohibendo; poſtea malignas cæli impreſſiones ceu ſcutum excipiendo.

OBSERVATIO.

Cavendum eſt in horum uſu, ne mulieribus, inſtantibus menſibus appendantur: Nonnullam enim vim ſiſtendi ſangvinem habent.

ZENECHDON.

*R. Bufon. benè exſicc. & pulveriſat. ℥ij.*
*Arſenici Cryſtall, alb. rubri ana ℥ß.*
*Radic. Diptam.*
*Tormentill.*
*Zedoariæ,*
*Myrrhæ ana ʒiij.*
*Margarit. præpar.*
*Corall. rubr. præp.*
*Fragment. Hyacynth.*
*Smaragd.*

*Croci Orient. ana ʒſs.*
*Camphoræ ℈j.*

*Singula ſubtiliſſimè pulveriſata & mixta beneficio gummi Tragacanthi redigantur in maſſam, indeq; placentulæ ad cordis Ideam fiant piſtillis duobus Sole vel Luna exiſtentibus in Scorpione, horâ ♂ uno latere Scorpii figurâ, altero ſerpentis cœlatis, debitè & ſub iisdem influentiis ſignandæ, quæ involutæ bombic. vel ſind. rubr. de collo ſuſpendendæ.*

Alii utuntur avellanâ excavatâ & ☿rio vivo impleta, ceraq; Hiſpanicâ obduratâ, quam de collo, ut cordis regionem attingat, ſuſpendunt. De quâ re conſulatur Jordanus tract. 3. de Peſte cap. 9. & multi alii. Vid. quoq; Croll. pag. 238.

### De AMULETO ἀντιλοιμικῷ Dn. D. Rolfinckii.

R. *☿ per fumum ♄ni mortificati, imò etiam ♄ ipſius corroſi, pulv. ℥vj.*
*🜺 albi, rubri riſigallo, flavi 🜺 dicti Cinnabaris*
*Rad. diptamn. alb. ſeu fraxinell. an. ℥iv.*
*Tormentill.*
*Biſtortæ,*
*Angelicæ an. ℥x.*

*Miſce ita ut maſſa ſplendeat à Mercurio & à Cinnabari, eminenter, incorpora modico rob. juniperi & gumm. Tragacanth. in 🜄 Zedoar. Solut. Formentur inſtrumento Crolliano orbiculi, In ſuperficie ſpargatur modicum Cinnabaris ʒii.*

### DIAZENECH ALIUD.

*R. Arſenici Cryſtallini ℥ij.*
*Radic. Dictamni,*
*Tormentill. an. ℥ſs.*
*Zedoar. ʒij.*
*Raſur. Corn. hirci non caſtrati,*
*Camphoræ,*
*Croci ana ʒſs.*

*Cum mucag. gummi Arab. fact. in aqua roſar. fiant placentulæ, quæ cùm exactè exaruerint, ſindone includantur.*

### ALIUD DIAZENECH.

*R. Arſen. rubri, albi,*
*Pulv. ſiccat. bufonum ana ℥j.*
*Rad. Dipt.*
*Torment.*
*Scordii,*
*Rutæ ana ʒij.*
*Succini albi ʒiſs.*
*Benzoi ʒſs.*
*Croci,*
*Camphor.*
*Zedoar.*
*Myrrh. ana ℈ij.*

*Cum aceto ſcordii & gummi tragac. fiat maſſa. Ex qua formentur placentulæ ad formam cordis involutæ bombaci, includanturq; alutæ rubræ.*

NOTA:

1. De Amuletis ex Mercurio & Arſenico præparatis res ſine controverſia non eſt. Certum enim eſt, quod Mercurius calore nativo geſtantis rarefactus, & in vaporem quadantenus reſolutus, agendo ea in corpore humano efficiat, quæ ejus naturæ & proprietati congrua & quàm maximè conſentanea ſunt: nimir. relaxare inteſtina, nervos convellere, ſiccare medullas osſiū, & tandem gingivas ſimiliaq́; hiſce putrefacere, quæ uti naturæ inimica ſunt, ita omnibus velis remisq́; vitanda. Nemini itaq; ſvaſerim, ut hujusmodi plenum alea antidotum ſive calamo incluſum, ſive ſericis involucris veſtitum, *ſive quacunq; alia ratione adornatum inconſultius* geſtet; quamvis enim primis ſtatim diebus effectum pernicioſum quiſpiam non ſentiat, frequenti tamen uſu & ſucceſſu temporis, vera eſſe, quæ *dixi, reperiet.*

2. Pejus autem id, quod ex Arſenico conficitur amuletum, antidotum eſt, ob inſignem Veneri ſub eo latentis deleteriæ virtutis magna interimendi facultate pollentis virulentiam; cordi enim quàm maximè obeſt, ſpiritum officinam potisſimum virulento ſuo æſtu infeſtans reſpirandi difficultatē inducit, vertiginem efficit & ſcotomiam, ut proinde mirari ſatis non posſim, quod eorum fuerit Medicorum incitamentum, ut hominem, tam Phanatico antidoto, tot ac tantis periculis & ſymptomatibus forſan peſte pejoribus exponerent. Vid. Kircher. Sect. 3. c. 5. de Peſte. p. m. 338.

3. Ipſe tamen Kircherus d. l. tanquam appropriatum contra communem & ordinariam Peſtem Antidotum eſſe credit bufonis ſubſtantiam, ſeu Xenextum bufonium, idq́; ex Helmontii Philoſophiâ. Qui *Tract.* Tumuli Peſtis p. m. Edit. Lugdun. in fol. 185. hæc ſequentia habet, quæ non poſſum non heic adſcribere:

Cognoſco, Paracelſum nullam *habuiſſe actualem praxin Peſtis; multa quidem parumq́; conformia ſcripſiſſe; pollicitus plurima, ex relatu aliorum hauſta, credulitate.* Hybernus Buttlerus, *me conſcio, Londini aliquot millia Peſte curaverat. Juſſerat enim bufonem* magnum, menſe Junio poſt meridiem captum, tibiis ſuſpendere prope focum, illiq́; ſubtendere patinam è cerâ flavâ. Tandem à triduo ſuſpenſionis bufo evomuit terram, & aliquot inſecta, ambulantes nimirum muſcas, nitentibus alis ſub viridi colore q. ſ. deauratis. Mox autem à vomitu, bufo obiit: Nec ante triduum evomuit, licet

pronus penderet. Dixit autem mihi, quod ſat remedii haberem curandis 40 millibus Peſte correptorum, promiſitq́; ſe mihi oſtenſurum rei cardinem. Sed repente in exilium proſcriptus abiit. Saltem ego has ſordes vomitu rejectas, iterúq́; exſiccatum bufonis cadaver, ſeparatim in pulverem tundi juſſi, & cum Tragacantho Trochiſcos formavi, quibus feliciter ſum uſus tàm ad præcautionem Peſtis, quam ejusdem ſanationem. Dein Julio Menſe, decreſcente Lunâ, veteres bufones cœpi, quorum oculi ſcatebant albis vermibus, nigrisq́; capitibus prominentes, adeò ut uterq́; oculus totus in vermes transformatus eſſet, *fortasſis 50. numero, in ſingulo oculorum foramine vermes* erant densè compacti, quorum capita foris eminebant; Et quoties aliquis egredi vel prominere conaretur, ſtatim bufo, appoſita manu egreſſum vetabat; hos autem bufones ad vomendum coactos, uti dixi, per ſuſpenſionem, reperi dare excellentisſimum Zenexton. Vermes autem in patinam ceream deciduos, ſimulq́; cum eo quod per vomitum rejecit, in Trochiſcos parvulos redegi, addito cadavere bufonis & cerea patina. Geſtati au-autem Trochiſci ad mammam ſiniſtram, arcebant contagium, & loco infecto alligati, ſtatim virus extrahebant. Erantq́; Trochiſci promtiores, ac validiores, ſi in uſum aliquoties recidiſſent, quàm recentiores. Reperi autem amuletum pro Peſte longè validisſimum &c. Hucusq́; Joh. Bapt. Helmont.

4. Verùm Fr. Osvvaldus Grembs arbor. integr. & ruinoſ. homin. lib. 2. c. 4. p. 442. Licet defenſor placitorum *Helmontianorum ſit acerrimus*, tamen ipſemet fateri cogitur, ideò contemni hoc remedii genus à quibusdam, eò quod experientiæ non reſpondeat; imò ipſummet id nunquam parâſſe.

Antequam finem amuletis imponam, Tibi Lectori optimo apponam *Henningi Scheunemanni pentaculatria, ex Paracelſiâ* ejus de morbo Mercuriali contagioſo c. 5. p. 42. deſumpta, non minꝰ ridicula, quàm ſuperſtitioſa:

1. Mithridatium Olympi:

*R. Carnis viperinæ,*
*Bufonis.*
R*anar. exſiccatar. an.* ℨß.
*Aranear. è menſt. mulier. procreat. num. vj.*
*Cord. lupi,*
*Talpæ,*
*Upupæ,*
*Cati Sylveſtr. an.* ℨj.
*Sangvin. anat.*

*Ci-*

*Ciconiarum an.* ℥*j.*
*Ammoniac.*
*Ceræ Virgin. an.* ℥*iß.*
*Miſce.*

2. Theriaca cœleſtis.

R. *Carnis pavonis,*
*Corvi.*
*Merulæ an.* ʒ*ß.*
*Regum apum ex Gobione piſce excluſor. num. vij.*
*Zenexti fumo* ♄*ni indurati.*
*Opprimecbioli an.* ʒ*j.*
*Sangvin. Leon.*
*Cervi an.* ℥*ij.*
*Tereniabin.*
*Elem. an.* ʒ*vj.*
*Ceræ Virgineæ q. ſ.*
*Miſce.*

3. Suffuff æthereum:

R. *Lingv. Angvill.*
*Tincæ.*
*Murenæ an. num.* 3.
*Serpentis in* Lucio *è ſpermate ceti genenati.* ʒ*iß.*
*Boleti Cervini* ʒ*ij.*
*Gallæ intus araneam foventis.*
*Gamandreæ herb.*
*Nuc. Moſchat. an.* ʒ*j.*
*Succ.* Chelidon.
*Allii an.* ℥*ij.*
Ceræ *Virgineæ q. ſ.*

*Ex hâc Mixturâ, ſideria illa Medicina ad l. art. in parvos globulos formetur, hora ingreſſus* ☉ *in ſignū* ♌. *ſigneturq; ſigillo, in cujus circumferentia verba ſerpentem abſtupefacientia ſint inſculpta* οσει οσεια οσει, *in medio ſtet ipſi* Mercurii *figura, videlicet: Angeli in dorſo & calcibus alati, dextrâ manu baculum geminis ſerpentibus, crucis in modum intortis,* Obſeptum *ferentis, in capite autem ſtellam & Mercur. ſignum exhibentis. Signata involvatur Syndone mundâ, & appendatur in ipſa Mercurii hora, vertiginoſo planè entis pagoyſi Imperio.*

*Vide* Unzer. *de Lue peſtiferâ lib.* 2. *cap.* 9. *p.* 196.

## CAPUT IV.

## DE ANTIDOTIS ANTIPESTIFERIS VARIIS.

Rec.

E*Xtract. liquor.* Rad. Angel. *per chartam benè filtrati* ℥*j.*
*Elixiris proprietatis* ʒ*vj.*
*Tinctura Croci* ℥*ß.*
*Confect. Alkekerm.* ℈*ij.*
*Miſce. Doſis gutt. xv. vel* ℈*j. in Aqua ſpecifica Antipeſtifera.*

Balſamus peſtis hîc commendatur ſequens Heinrici Stapedii.

R. *Flor.* ♀*ris aloe, crocô & myrrhâ ſublimat.* ℥ij.
*Camph.* ʒiſs.
*Ol. Terebinth. alb.* ℥iiij.
*Cucurbitæ vitreæ impoſita, ſimul in arenâ lento igne colliqueſcant, ut in maſſam aurei vel Crocei coloris coeant. Quòd ſi hanc magis efficacem poſtulaveris, loco tepente priùs digeſtam ex Cucurbita retortum collum habente magnâ diligentiâ artificiosè oleum prolectabis, cujus guttulæ 2. vel 3. ex vino vel liquore conveniente propinari queant.*

*Secretum etiam hoc in Peſte volunt, quod ſequitur.*
R. *Balſami hujus* ℥ij.
*Theriac. opt.* ʒiij.
*Croci* ʒß.
*Miſce & digere per 14. dies.*

USUS.

Hoc inunge carpos, arterias temporum, axillas ac ſpinam dorſi, propinato ſimul Diaphoretico, pellit mirabiliter venenum & omnia ἰοβόλα.

In Peſte tùm præſervanda, tùm curanda uſus Sambuci maximus eſt.

Spongiola aceto madida sambucino in globulo ligneo Juniperino perforato geſtata & olfacta ſpiritꝰ adverſus luis graſſantis impreſſiones admodum roborat.

Eodem aceto lateres ignitos perfundere, & vaporem excitare, contagioſa μιάσματα diſcutit, & quò minus ſeſe tùm habitaculis, tùm veſtimentis, inſinuare poſſint, prohibet.

## Rotulæ Antipeſtiferæ.

R. *Flor.* ♀*ris* ʒij.
*Lactis* ♀*ris,*
*Extract. Helenii,*
*Zedoar. ana* ʒß.
*Croci* ℈ß.
*Magiſter. Corall.*
*Perlar. ana* ʒß.
*Confect. Alkekerm.* ℈j.
*Salis Abſinthii*
*Carduibenedict. an.* ℈ij.
*Ol. Citri,*
*Angel.*
*Zedoar. ana gutt.* ij.
*Moſchi. in aqua Roſar.*
*diſſolut. gr.* iij.
*Sach. alb. fini. q. ſ. Aq. Card. b.*
*Scordii Theriacal. ſolut.*
*Fiant rotulæ.*

## Rotulæ Bezoardicæ.

R. *Extr. Angel.*
*Zedoar. ana* ℈ß.
*Confect. Alcherm.* ℈j,
*Extr. Croci gr. vj,*
*Ol. ſtillat. Succin. alb. gut.* ij.
*Cort. Citri gutt.* iiij.
*Sacch. fini Aqua vel Card. b. vel ulmor. vel Cinamomi vel Veronic. diſſolut.* ℥iiiß. *F. l. a.* Rotulæ.

## Electuarium Bezoardicum.

R. Conſ-

*℞. Conſerv. roſar.*
*Acetoſ.*
*Borrag. ana ℥i.*
*Cort. citri condit. ℥ſs.*
*Radic. pimp. condit ℥ſs.*
*Extract. gran. Junip. ana ʒiiſs.*
*Flor. 🜍ris ʒj.*
*Magiſt. C. C. ʒiſs.*
*Corallor. præp. ℈iſs.*
*Salis Abſinthii ʒiſs.*
*Cum Syrup. acet. Citri & ſpir: 🜔li fiat Electuarium ad acorem moderatum. Doſis ad avellanæ majoris magnitudinem quotidiè, vel alternis diebus ſuperbibenbo cochl. j Aq. Scordii.*

### Electuarium Salutis.

*℞. Macis in ſucco Limon. infuſi ℥iſs.*
*Theriac.*
*Mithridat. ana ʒiij.*
*Sp. Liberant.*
*Lign. Aloës odorif.*
*Terræ ſigillat.*
*Succin. alb. præp. ana ʒi.*
*pulv. cort. Citri ʒiſs.*
*Conſerv. Roſar.*
*Borrag.*
*Fl. Nymph. ana ℥iſs.*
*Cum Syr. Acetoſit. Citr. q. ſ.*
*F. Electuarium.*

His non inconcinnè adjiciantur, Medicamenta quædam ἀντιλοιμικὰ ex Sambuco parata, cùm Rob. Sambuci vulgare Ruſticorum Theriaca vocetur, & à plurimis commendatur, ſi de eo hebdomadatim portiuncula inſtar Nucis juglandis deglutiatur, acetumq́; proprium ſuperbibatur, & ſudor in lecto proliciatur, quod ad præſervandum vulgi eſt remedium. Id quod & peſte affectis utiliter adhibetur, ſi præſertim ei aliquid de pulveribus contra peſtem admiſcetur, vel ſaltem Cochlearia tria, vel quatuor aceti ſambucini antiloemici ſuperbibantur.

Idem Rob & præſertim recentius buccellæ panis ſpiſſius illitum, & hora una vel alterâ ante reliqua edulia deglutitum alvum laxabit. Sunt autem Medicamenta ex Sambuco antiloemica, Rob & Extractum antiloemicum, Spiritus, Tinctura & acetum Sambuci antiloemicum, de quibus breviter.

### *Rob Sambuci Antiloimicum.*

℞. *Rad. Torment.*
*Pentaſitid.*
*Pimpinell.*
*Angelic.*
*Fol. Scordii*
*Bacc. Juniperi ana ℥ſs.*

*Radices macerentur horas 24. in aceto Sambucino, poſtea lentè exiccentur, & ſeorſim pulveriſatis adde fol. Scordii & Baccas Juniperi itidem pulveriſatas. Miſceantur omnia, & reſiduo aceto aſperſa ſubigantur, quam exactisſimè cum Rob Sambuci ℔. 1. in formam opiatæ, de qua infecto ʒij in*

*liquore conveniente exhibeantur ad ſudorem proliciendum, venenumq; à corde propulſandum.*

### Extractum Sambuci antiloemicum.

*Ex hac opiata ſeu Rob Sambucino, ſuperaffuſo ſpiritu Sambuci, extractum ſequenti ratione paratur.*

*R. Rob. Sambuc. antiloemici ℔. j.*

*Cui in vitro oblongo, ſatisq; capaci ſeu cucurbita, ſuperaffunde ſpiritum vini, vel proprium Sambucinum antiloemicum, ut ſupereminéat ad quantitatem palmæ, poſteaq; benè obturato vitro, ne ſpiritus exhalet, digere in balneo, vel tempore hyberno retrò fornacem hypocauſti per dies 5. vel 6. Vitrum indies bis agitando: quibus elapſis materiam omnem, quæ in Cucurbita eſt, filtra per chartam emporeticam, ut purum ab impuro ſeparetur: Liquorem transcolatum & obſcurè rubeſcentem, qui Tinctura Sambuci antiloemica rectè poteſt vocari, & per ſe quoq; abſq; deſtillatione utiliter ſervari, inde Cucurbitæ vitreæ, & ſuperimpoſito alembico deſtilla lento balnei calore, donec menſtruum, ſeu ſpiritus ille redundans guttatim evocatus, extractum Sambuci antiloemicum in fundo cucurbitæ inſtar mellis reliquerit.*

### USUS.

Hujus Doſis in infectis à ſcrup. 1. ad drachm. j. in liquore cõvenienti.

Quòd ſi menſtruum non totaliter, ſed aliquâ ſaltem ex parte abſtractum fuerit, id quod in cucurbita remanet extractum liquidum, ſeu Eſſentia SAMBUCI antiloemica vocatur.

### Spiritus Sambuci Antiloemicus.

Spiritus Sambuci ſimplex per ſe quoq; hîc plurimùm pollet, tùm in præſervando ad guttas aliquot manè cum modico panis ſimilaginei uſurpatus, tùm etiam ad cochleare unum vel alterum in principio invaſionis, ubi calor febrisq; nondum invaluerit, exhibitus.

Is tamen, qui in præparatione extracti antiloemici modò præſcripti per *Alembicum abſtractus eſt*, longè nobiliores vires obtinet, cùm de volatili illorum ſimplicium Bezoardicorũ eſſentia multùm ſecum abſtulerit. Vel: Infundantur ſaltem eadem ſimplicia Bezoardica in Spiritum Sambuci ſimplicem, & per aliquot dies macerata transcolentur, pro Spiritu Sambuci antiloemico, cujus vires tùm in curando, tùm in præſervando non ſatis laudari poterunt.

### Acetum Sambuci Antiloemicum.

Iisdem prædictis Alexiteriis, & præſertim Radic. Angelicæ & Baccis

cis Juniperi, ſi acetum Sambucinum rubrum ex baccis Sambuci in clibano exiccatis paratum imprægnatur, exurgit acetum Sambuci Antiloemicum, quod non ſolùm vehiculum eſt reliquis Medicamẽtis alexipharmacis; verùm etiam ſolum uſurpari poteſt, quando calor intenſior, febrisq; ingraveſcens ſpiritum & cæteraMedicamẽta calidiora reſpuũt.

De Spiritu Salis Sambuci (cujus part. 18. c. 2. deſcriptio habetur) guttulæ aliquot in juſculo carnis præſervationis ergò utiliter exhibentur.

Nec inſalubre eſt, ſi ſemel vel bis in ſeptimanâ cyathus unus Vini è baccis parati manè horâ unâ vel alterâ ante prandium, ſumto tamen priùs, ut aliquoties monitum, juſculo exhauriatur: alvum enim laxat, putredinem arcet, & ob Bezoarticam Baccarum vim corpus à contagio præſervat.

De vino, quod è Baccis exiccatis fit, & ſtomachum roborat, interdum Cyathus unus in cœna ebibatur.

Notandum autem vinum Sambucinum triplici modo parari.

*I. R. Baccas Sambuci à ſtipitibus mundatas: contunde in mortario lapideo, aut vaſe figulino, piſtillo ligneo, ita ut vinacea ſimul quàm optimè conquaſſentur. Materiâ hâc ſucculentâ dolioli octavam, decimam aut duodecimam, pro ut major minorve requiritur efficacia, partem reple, reſiduũ̃ muſtô recenti adimple, ut ſimul deferveant.*

*II. Quidam materiam iſtam contuſam & ſucculentam cum æquali muſti parte ad tertias priùs lento igne incoquunt, decoctum refrigeratum & optimè per pannum lineum rarum transcolatum, eodem modo & quantitate paulò majori, in doliolum infundunt, & ſuperaffusô muſtô, defervere, ut dictum, ſinunt.*

Quercetanus ita parat.

Semina exprimenda, & ſuccus extrahendus, qui cum dupla muſti optimi vini albi quantitate permiſtus, in dolium magnitudinis convenientis ad abſolutã digeſtionem & fermentationem infundatur. Notandum verò hîc melius eſſe, ſi in obturato dolio peragatur, id eſt, ſi dolium non penitùs repleatur (ſed ad minimum tertiâ parte vacuum relinquatur) & obturetur benè, ne quid exhalet. Quo facto & fermentatione per menſem integrum abſolutâ, dolium aperiendum eſt, vinoq; (in alio vaſe eodem modo, cum ſucco baccarum defervefacto) ad ſummum usq; adimplendum eſt.

Hoc vinum purgat ſeroſos humores & conducit Hydropicis. Doſis Cyathus major minorve, pro ut plus

plus minusvè vires aſſumentes Medicamenti operationi reluctabūtur.

*III. Elegans etiam modus ex Baccis hic eſt.*

℞ *Bacc. Sambuc. in furno opt. ſiccat.* ℔. *j.*
*Cinamomi El. & acerr.* ℥iij.
*Caryophyll.* ℥iſs.

*Caſſô modô pulveriſata inſue nodulo laxiori, quem vaſculo menſurarum xij. aut circiter capaci immitte, quod vino albo fragrantiſſimo ad ſummum usq; impletum per ſe ſeſquimenſem, aut ultra in cella vinaria repone. Cujus uſus potiſſimum in menſa inter cibandum eſſe poteſt. Non merè ſtomachicum eſt colore, odore, ſaporeq; amicum.*

Longè plura autem ex Sambuco poſſunt parari Medicamenta, & quidem externa ad hunc effectum proficua, ſed rejicimus in praxin noſtram Galeno-Chymico Medicam propediem edendam.

## Electuarium de Ovo.

℞. *Ovum recens facto foramine, ex tractoq; albumine, impleatur Croco Orientali, mox foramine benè clauſo, vel ſub cineribus, vel in clibano poſt panis extractionem ſenſim coquatur, ne Crocus comburatur, vitello indurato extrahatur, & conteratur cum ſequentibus:*

℞. *Ocul. Cancr.*
*Tormentill.*
*Dictamn. alb. ana* ʒij.
*Sp. El. Diaſcordii* ʒiii.
*Semin. Rutæ ad pondus.*
*Terræ ſigill.* ℥ſs.
*Campb.*
*Sal. Abſinth.*
*Card. b. ana* ʒij.
*Theriac. ad pondus omnium.*
*Miſce, fiat Electuarium.*

*Doſis quovis manè piſi inſtar, præſervat ab omni aura peſtifera; peſte correptus ſumat* ʒi. *in convenienti liquore, vel aceto Rutaceo, & ſudabit.*

## Antidotum Maximiliani.

℞. *Ovi prædict. aurei* ʒiſs.
*Unicorn. veri gr.* iv.
*Acet. Calendul.*
*Sal. Borrag. ana* ʒij.
*Aq. Scabioſ.* ℥j.
*Miſce.*

Hoc cur omnibus præferamus, inquit D. Fuchſius, fecit mirabilis ejus effectus, quem ſæpè in multis ægrotantibus oſtendit.

## Aliud.

## Excellens Remedium.

℞. *Succi Rutæ,*
*Acet. Calendul. ana* ʒi.
*Theriac. opt. ana* ʒiſs.

*Repete ter ſpatio 24. horarum; mirabiliter auram noxiam ſudore expellit. Non temerè adhibenda eſt Theriaca ob ſuum calorem.*

ALIUD

## ALIUD POTENS.

℞. *Acet. Calendul.*
*Vini Bugloſſati ana* ℔ *j.*
*Circulentur aliquoties vaſe accommodato: in liquore circulato, macera per triduum*
*Sp. Diaſcord.* ℔ j.
*Deſtillatus hic liquor ad* ℥ iiij. *adhibeatur.*

## SPAGYRICA DIASCORdii Compoſitio.

℞. *Extract. & Eſſent.*
*Imperator.*
*Biſtort.*
*Angelic.*
*Tormentill.*
*Enul.*
*Zedoar.*
*Dictamn.*
*Hirundinar.*
*Leviſtic.*
*Carlin.*
*Valerian.*
*Gentian.*
*Petaſitid.*
*Cichor.*
*Pimpinell.*
*Calam. Arom.*
*Morſus Diaboli.*
*Veronic.*
*Bacc. Laur.*
*Juniper.*
*Croci.*
*Fumar.*
*Card. b.*
*Triſſagin.*
*Centaur.*
*Scordii,*
*Scorzoner.*
*Scabioſ.*
*Hyperic.*
*Magiſt. Eboris,*
*Corn. C.*
*Corallor. cum* ☉.
*Perlar.*
*Rubin.*
*Hyacinth.*
*Smaragd.*
*Sulphur.*
*Granator.*
*Sulph. aurat.*
*Lact.* ♀*ris,*
*Croci mineral.*
*Lapid. prunell.*
*Ol. deſtill. Rutæ,*
*Angel.*
*Zedoar.*
*Cinamomi.*
*Caryophyll.*
*Camph.*
*Succin. alb.*
*Tinctur. Calcanthi Solaris.*
*Aq. Bezoart.*
*Elix. proprietat. an.* ʒ j. *Miſce.*

### USUS.

Nobiliſſimum hoc remedium mirabiles habet vires ad omnes cordis affectus, ad omnia venena, ad omnes febres, præſertim Ungaricam, ad Pleuritidem, Morbillos,

Variolas ad 3. vel 4. grana cum Aq. idoneis; ad eryſipelata, ad petechias, & ſubitos quosvis corporis & inopinatos affectûs. Doſis pro unius anni infantibus. gran. 10. pro trimulis & quadrimulis gr. 15. in decenni & adultioribus ana ℈s. ad ℈j.

Hujus ferè generis & DIASCORDIUM ROSATUM ſequens:

℞. *Conſerv.* Roſ. *rubr.* ⊕*lat.* ℥xj.
*Bol. Arm. præparat.* ℨvij.
*Scordii veri* ℥ij.
*Dictamn. Cret.*
*Rad. Tormentill.*
*Biſtort.*
*Gentian.*
*Terr. Lemniæ,*
*Cinamomi,*
*Caß. Lign.*
*Gum. Arab.*
*Galban.*
*Styrac.* Calam. *ana* ℨj.
*Pip. long. Zinzib. alb. an* ℨß.
*Opii ſpagyricè præparat. & in Vino aromat. diſſolut.*
*Sem. Acetoſ. ana gr. xxiij. Miſce, & cum Syr. acetoſit. Citri in formam Electuarii craßi redige.*

VIRES USUS & DOSIS.

Utimur ſecundùm mentem Hieronymi Fracaſtorii feliciter in iis, in quibus Theriaca locum non habet, ut pueris & gravidis. In peſte & morbis Epidemicis correptis, & extremè deſperatis, ſequenti modò exhibere & propinare ſolemus.

℞. *Succi Citr. expreß.* ℥j.
*Acet. flor. Sambuc.*
*Syr. è Succ. Acetoſell. ana* ℥ß.
*Diaſcord. Roſat.* ℨiß.
*Pulv. Bezoard. noſt.* ℈ß.
*Miſce, & fiat hauſtus, qui mirabiliter operatur, & omnia Venenoſa Virtuoſisſimè per ſudorem expellit.*

*Hujus generis planè eſt etiam ſequens.*

## ELECTUARIUM DE Scorzonera.

℞. Rad. *Scorzoner. cond.* ℥vj.
*Conſerv.* Roſ. ⊕*lat.* ℥v.
*Spec. Diarrh. abbat.*
*Diacubeb. ana unc.* j.
*Epat. lup. præparat.*
*Nitr. præp. ana* ℨj.
*Sem. Acetoſ.*
*Melon. excort. ana* ℈iv.
Tinct. *Corallor. ſicca,*
*Sal abſinth. ana* ℨß.
*Miſce, & cum Rob. de Berberis & Ribes ana q. ſ. f. Electuar. cui adde Spiritûs Sulphuris q. ſ. ad gratiam.*

Vires, Uſus, Doſis.

Generaliter cuilibet complexioni Calidæ confert: principaliter autem in debilitate, obſtructione, & dolore Epatis valet. Bilis flavæ, febriumq; ardentium æſtum ac fervorem mitigat, jecurq; inflatum præcipuè refrigerat, alterat, atque confortat. Doſis à ℨi. ad ℥ß.

Aliud

## Aliud Remedium ſecurum.

*R. Bol. Arm. præparat.* ℨij.
*Terræ ſigill.*
*Corall. rubr. prap. an.* ℨj.
*Cort. Citr.*
*Zedoar.*
*Croci ana* ℨß.
*Sacch. alb. unc. vj.*
*Acetoſitat. Citri* ℨx.
*Miſce, & exhibe doſin juſtam pro diverſitate perſonæ cum Vino albo & Aq.* Roſar.

## LIQUOR EXCELLENS.

R. *Ol. Junip. rectif.*
*Spiritûs Salis ana unc. iij.*
*Solve in hoc liquore per ignem cinerum.*
*Fol.* ☉ *Num. xx.*
*& ſic ſummum ſolare Bezoarticum tibi comparabis, cujus guttæ aliquot cum aceto Rutaceo & Aquâ Scabioſæ exhibitæ mira præſtant in peſtilentia Veneno foràs abigendo.*

*Quod ſi verò hæ pretioſæ compoſitiones ad manus non eſſent, nec ita citò concinnari poſſent, aſſumatur unum extemporaneum ex ſequentibus. V. G.*

*R. Diaſcord.* ℈ij.
*Extr. Angel.*
*Valerian.*
*Hirundinar. ana gr. xv.*
*Solis Diaphoret. gr. iij.*
*Aq. Bezoart.*
*Scordii,*
*Syr. Corall. ana q. ſ. miſce.*

VEL:

*R. Diaſcord.*
*Extr. morſ. Diaboli.*
*Imperat.*
*Leviſt. ana* ℨj.
*Magiſt. Smaragd.*
*Hyacinth. ana* ℈ß.
*Ol.* ⊕ *li ſolar. gutt. iiij.*
*Spiritus Rutæ* ℈ß.
*Aq. Card. b. q. ſ. miſce.*

VEL.

*R. Extr.* Card. b. ℈iß.
*Petaſitid.*
*Pimpinell. ana* ℈j.
*Croci gr. vj.*
*Magiſter. Sulphuris gr. xv.*
*Sal. Hyper.*
*Scordii ana gr. v.*
*Aqu. Bezoard.*
*Fumar. ana q. ſ. miſce.*

VEL.

*R. Diaſcord.* ℈ij ♁*ii Solis aurati g. v.*
*Elix. propriet. gr. x.*
*Extract. Scord. Torment.*
*Spiritus Tartari ana* ℈ß.
*Syr. d. fumar. ana q ſ miſce.*

## Vel ex Vilioribus.

*R. Theriac. Opt.* ℨi.
*Sal. Abſinth.*
*Rutæ.*
*Prunell. an gr. x.*
*Aq. Scabioſ. q. ſ. miſce.*

VEL:

*R. Mithridat. opt.* ℨij.

*Fl. Sulphuris* ℥ß.
*Sal. Abſinth. gr. xv.*
*Aq. Rutæ,*
*Acet. Roſat. ana q. s miſce.*

Sed de his plus ſatis. Candidus lector plura legat ap. Deodatum Panth. Hygiaſt. l. 3. c. 27. pag. 225. 226. 227. 228. 229. 231. 233. Item Blochvvitium anatom. Sambuc. Sect. 3. c. 19. pag. 137. Sect. 2. c. 1. pag. 16. 17. 18. 19. 20. Item pag. 189. & 190. Minſichtum. Sect. 13. de confect. liquid. pag. 234. & 236.

# PARS XXV. DE VENENATIS.

## CAPUT I.

## DE SERPENTUM PULVERE, VEL BEZOARDICO, ANIMALI.

*INnoteſcere nuper, vel ante paucos annos cæpit fama pulveris cu-* jusdam Alexiterici è colubrorum noſtratium carne elotâ, exſiccatâ & tandem in Alchool redactâ conflati, ſeu præparati, quem nonnulli præſertim è Scholâ Paracelſicâ non ſolùm pro ſummâ omnium Venenorum corporalium Panaceâ venditant, verùm etiam ſpecifico ſingulari atque ſecreto peſtiferæ luis Alexiterio pasſim apud omnes proclamant; cujus vera, ac genuica præparatio eſt. quæ ſequitur: Serpentis poſt excoriationem carnem electam cum corde & jecore exſic*ca leniter, ut in pulverem teri posſit;* inteſtina cum cauda auferantur.

### Alii hunc ſequuntur præparandi modum.

R. *Serpentem, excoriato mox exime lingvam, cor, Epar, abſcinde caudam & caput, carnem quoq;, in ollâ novâ, donec caro à Vertebris ſeparari posſit, ſpina torreatur, & pulveriſetur; torreatur ſimiliter Cor, Epar, lingva, contundantur, & cum pulvere ſpinæ miſceantur. Fiat pulvis.*

### Alius Præparandi Modus.

*R. Serpentes, aut Viperas, M. Majo vel Junii principio, excluſo Veneno exuvias*

*exuvias depone, Exime & abjice pinguedinem & caput detruncato. Corpus verò reliquum vino albo, cum myrrhâ eſſenſificatâ elotum ad ſolem, vel locum quemcunq; calidum & areſcendum ſuſpende. Hinc ſcinde in minutas particulas, atq; ſuper cribrum vel ſetaceum ad perfumandum ritè colloca, ſuffimento ita parat.*

*R. Ligni Aloës elect.* ℥j.
*Styracis calamit.*
*Gummi Benzoi ana* ʒij.

*Perfumata jam in pulverē redige, cum coſtis ſimul, & in quamlibet unciam adde*

*Olei Cinamomi,*
*Garyophyll.*
*Nuc. Moſchat. ana gut.* jv.

*Fiat pulvis Alexitericus excellens. Doſis eſt* ℈i. *ad* ʒj.

## De Bezoartico Animali Compoſito.

*R. Pulver, Serpentum,* ℥ij.
*Rad. Valerianæ*
*Angelicæ,*
*Pimpinell.*
*Herb.* Rutbæ *an.* ʒj.
*M. F. Pulvis. Doſis à* ℈i. *ad* ℈ij. *vel ultra.*

## De Pulvere Viperino Alexipharmaco.

*R. Pulver. Viperin. ſimpl.* ℥iij.
*Sacchar. albiſſ.* ℥ij.
*Sal. viperin. volatilis* ℥ß.
°₀° *Stillatit. Myrrh.*
*Angelic.*
*Citr. cort. recent. an.* ʒß.

*M. exactè. F. Pulvis ſubtiliſſimus, cujus Doſis à* ℈i. *ad* ʒß. *vel etiam urgente neceſſitate ad* ʒi. *in aq. aliquâ Alexipharmacâ. vid. Zuelfer. in animadv. Pharmacop. Auguſt.*

## VIRES & USUS.

*I*nprimis excellit contra Venena, quæ ſui generis ſunt, cum Extractis Bezoardicis, vel Theriacâ exhibitum. Idem in Peſte, Pleuritide malignâ, in Hydrope, in Tabe, Phthiſi ab acribus fluxionibus, valdè commendatur: Item non parùm confert in affectibus cutaneis, in Pſorâ & ipsâ Leprâ. Inveniuntur equidem multi, qui ex adverſo pulverem illum, tanquam infrugiferum atq; inefficacem, ſanitatiq; hominum ſummè nocivum atq; perniciosum explodunt, longeq; à Pharmaceuticâ proſcribunt, ſuæq; cauſæ patrocinium acutis diſputationibus quærunt: Sed ipſis non modò multorum doctiſſimorum Virorum Scripta authentica, contrarium ſtatuentia, illudq; firmis rationibus & argumentis approbantia: Verùm etiam propria ipſorum Experientia, quæ hactenus eorum, quæ de hoc pulvere dicuntur, luculentam feci

fidem, opponi poteſt. Siquidem Hartmannus ſcribit, ſe propriis oculis vidiſſe, à quodam experto Medico tribus diebus continuè intra corpus graviſſima quædam Venena aſſumpta, eademq́ paulò poſt ſine omni noxâ, ab exhibito pulvere, cum magnâ adſtantium admiratione, iterùm expulſa fuiſſe. Ita Cunradus Kuntad memorat, ſe vidiſſe quendam adoleſcentem, qui biennio antè hunc pulverem ſumſerat,& ab eodem tempore ſemel atq; iterùm, illum fruſtula aliquot Arſenici devorâſſe citra ullam Valetudinis noxam. *Idem* quoq; Autor refert, Pragæ ante paucos annos, Rudolpho II. Imper. adhuc rerum potiente, duobus flagitioſiſſimis hominibus, ob perpetrata aliquot ſcelera ad mortem damnatis, uno eodemq́; tempore, conſenſu Imper. Majeſt. utpote avidæ facere periculum pulveris colubrini, parem doſin Arſenici ſublimati exhibitam fuiſſe, à cujus deglutitione alteri confeſtim non ſolùm faciei, totiusq; corporis intumeſcentia, ſed & Epilepticæ convulſiones ſupervenêre, cum aliis graviſſimis accidentibus, quibus animadverſis, ſine mora certa quantitas dicti pulveris ex ſerpentibus confecti ipſi propinata fuit, è cujus ſumptione pauco intervallo pôſt, venenum devoratum, per Vomitum magno cum impetu rejecit, ſicq́; mortis periculum evaſit. Alter verò, utpote hujus Alexipharmaci minimè particeps factus tribus horis pôſt horribilibus ſymptomatibus excarnificatus, variisq́; dolorum generibus toto corpore lancinatus, tandem miſerabiliter expiravit. Et Quercetanus in Alexicac. l. 2. cap. 5 ita ſcribit: Illud inſuper adjiciam, unicum ſerpentis pulverem eſſe præſtantiſſimum, omnibus aliis poſtpoſitis, Alexiterium, ſive res ſit agenda cum quibus venenorum generibus aſſumptis, ſive cum Peſtibus, ut ab illis nos vindicemus, aut præſervemus, ſive cum omnibus morbis Epidemicis, ac Peſtilentialibus. *Idem* in *Pharmac. ſuâ: Hic pulvis pretioſus* ex tam Venenoſiſſimo animali eductus ſuperat quævis alia Alexipharmaca, ſive eo utaris ad compoſitionem Theriacæ, ſive exhibeas contra omnis generis Venena, vel exterius illata, vel in nobis genita. Hunc ſequitur Angelus Baldus ita dicens in lib. de Viper. Illud mirùm ex viperæ ſerpentis nece & ejus carne, ab omnibus gravioribus morbis & Venenis nos curari & *in priſtinum* reſtitui. Item Erneſtus Burggravius in Lampade Vitæ & mortis ita *ſcribit: Pulvere* ſerpentino ſi quis utatur, extra omnem Venenorum,

rum, cujuscunq; illa ſint, ac peſtilentiæ aleam, & periculum tutus erit.

Oſvvaldus Crollius in Baſil. Chym. Alchool ſerpentum, intus præſumptum, Venenum omne ad cutim propellit.

NOTA:

Etiamſi non negandum, pulveri Serpentino vim quandam Alexiteriam convenire, ſiquidem à laudatis viris tam teſtata experiētia omninò non eſt de nihilo: attāmen in Peſte & peſtilentialibus Febribus eidem ſolùm confidere exitioſa credulitas eſt, Sicuti in Peſte 1610. Hallæ Saxonum Unzerus lib. 2. de Peſte. cap. 8. pag. 195. obſervavit, aliiq; dudum animadverterunt.

*Vide quoq; elegantem diſquiſitionem* Zvölferi animadverſ. in Pharmac. Aug. pag. 272. An illi, qui pulverem vel ſerpentum vel viperarum ſemel atq; iterum aſſumpſêre, à morſibus earum immunes ſint, ut tutò manibus tractari poſſint?

De

## ESSENTIA VIPERARUM ITALORUM:

R. *Jecinora & corda Viperarum Num. 100.*
*exſiccata & contuſa cum Spir. Vini rectific. d ρ 3. vel 4. digere. Extrahe ſ. a. junctis deſtillationibus adde (ad ℔. j. Eſſentiæ) ſalis volatil.* ℥j.
*Fixi* ℥ß.

Digere ut optimè uniantur, adhuc Menſes uno atq; altero, & habebis ſummum quod à viperis ſperari poteſt, experimentum.

De

## SALE VOLATILI VIPERARUM GENUINO:

R. Viperæ exſiccatæ, conciſæ ac leviter contuſæ unà cum epate & corde q. v. illudq; cucurbitæ ſuo capitello munitæ, vel quod melius, retortæ vitreæ immiſſum, recipiente ſimiliter amplo præpoſito, deſtilla aperto igne, ſervatis ignis gradibus, donec ultimò extrema flammarum violentiâ tvtum, quod ineſt, expulſum ſit.

Peractâ deſtillatione Sal volatile non ſolùm in prolecto liquore diſſolutum exiſtit, ſed undiq; etiam lateribus recipientis, variè figuratum adhærebit, quod cum dicto in fundo recipientis reſidente liquore eluendum, & ab oleo fœtidiſſimo vel per tritorium, vel per chartam Emporeticam artificioſè ſeparandū eſt, poſtmodum ab adhærente aquoſitate amarâ & fœtidâ, per ſublimationē in phiolâ oblongâ ſatis alta, in ſabulum vel cineres collocandâ, appoſito etiam capitello roſtrato, cui vitrum recipiens parvum ſaltem adjunctū vel annexum ſit, (ne humiditas unâ cum Sale adſcendat) liberandum eſt. Sublimatione jam peractâ eximatur Sal ex



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0509-7

ſupernâ Phiolæ parte, & capitella, quod ipſum albisſimum erit & acutisſimum, penetrantisſimiq; odoris, ac ſummæ volatilitatis, adeoq; niſi optimè in vitro cerâ probè obturato cuſtodiatur, in auras brevi avolat.

VIRES & USUS.

Hoc Sal Viperinum ſummas vires habet penetrandi, putredinem arcendi, obſtructiones viſcerum reſerandi; hinc & egregiè confert in omnibus febribus tàm malignis & contagioſis, quàm mitioribus, epilepſiâ & apoplexiâ &c.

Poſeſt autem in quocunq; liquore modo ille non ſit acidus propinari. Omnia enim acida naturam Salium volatilium immutant; hinc adeò *fit, ut eadem poſtea diverſas* nonnihil edant operationes.

Sed cum ob odorem & ſaporem ingratum ea Salia delicatulis nonnihil adverſentur, tale vehiculum eligere neceſſum eſt, quod Salis ſaporem acutisſimũ demulcere, non tamen ejus virtutes infringere posſit. E cujus genere accommodatisſimæ ſunt emulſiones ex ſeminibus nonnullis unctuoſis, aut fructibus aut potius nucleis oleaginoſis. Zvelfer. in animadv.

*Doſis gr. vj. ad* ℈ß.

Figitur eodem modo, quo Sal Volatile microcoſmi, niſi quod loco Spiritus proprii ⊖lis fixi, qui paucus eſt in Viperis & ex capite mortuo modo conſveto elicitur, ſumatur Spiritus Salis communis.

*Salis fixati Doſis eſt* ℈ß. ℈j. *in juſculo vel vino.*

Cùm hîc inciderim in ſermonem de ſerpentum pulvere, occaſio hæc cauſam mihi præbet, ut contra ipſorum morſum, vel ictum hîc unum atque alterum Remedium retegam, publicoq; bono communicem.

1. *Salis Fraxini drachm.* ß. *cum Aquâ Carduibenedicti* intra corpus ſumptâ, ad cutim venenum citò propellit, & hominem à ſerpente læſum à morte vindicat.

2. Quemadmodum Oleum Scorpionum, ictus Scorpionum curat: Ita quoq; illitus ejus contra ſerpentum ictûs & morsùs eſt certisſimum & infallibile Remedium.

## *CAPUT II.*

## DE EMPLASTRO ADVERSUS ICTUM SERPENTIS.

Recip.

Recip.

*Terræ è prato, vel horto à lapidibus benè mundatæ Miſs.*

*Rutæ recentis minutiſſimè inciſæ M. ij.*

*Miſce, fiat Emplaſtrum loco læſo imponendum. Scordium ſive recens, ſive aridum è Vino potum ſerpentum Veneno adverſatur.*

VEL:

R. *Coſti amari,*
*Myrrhæ,*
*Rad. gentianæ,*
*Ariſtoloch. longæ.*
*Zedoariæ an. drachm. j.*
*Sem. Paſtinacæ Sylveſtris,*
*Aniſi,*
*Ammios ana ſcrup. 2.*
*Granor. maſtich.*
*Spicæ,*
*Piperis,*
*Rutæ,*
*Croci, ana drachm. ſs.*
*cum melle deſpumato*

*F. Electuarium. Et omninò omnia, quæ Viperarum morſibus medentur, etiam Paſtinacæ marinæ morſibus adhiberi poſſunt.*

*Veneno animalium maximè reſiſtit ſequens Electuarium.*

R. *Boli Armeni,*
*Terræ Sigillatæ,*
*Baccar. lauri ana drachm. j.*
*Coaguli Capreoli,*
*Vel ejus loco leporini ℈ſs.*
*Myrrhæ,*
*Fol. Rutæ ana ʒſs.*
*Cum melle deſpumato.*

*Fiat Electuarium, quod ʒij. pondere quotidiè ſemel ægro exhibendum.*

Aliter:

R. *Rad. gentian.*
*Ariſtoloch. long.*
*Baccar. laur.*
*Myrrhæ ana ʒij.*
*Coſti amari,*
*Folior. Rutæ ana ʒj.*
*Spicæ ℈ij. Croci ℈j.*

*Fiat pulvis, cum melle Electuarium.*

*Doſis ʒj. vel ij.*

*A ſomno, ne unà cum calore & ſpiritu ſomni tempore venenum à partibus exterioribus ad interiora trahatur, æger omninò avocandus.*

VEL:

R. *Pulv. Scorzoneræ,*
*Card. bened. ana ʒſs.*
*Theriacæ, Mithridatii ana ℈ii.*
*Syrup. d. Scordio,*
*d. Card. bened. an. ℥iſs.*
*Salis Fraxini,*
*Rutæ ana ʒſs.*
*Troch. d. viperis ℈ſs.*
*Doſis ab unc. ſs. ad ʒvi.*

*Sic in ictu Venenatarum beſtiarum folia recentia Sambuci illita laudantur, quod Venena attrahant, Vulnusq; ſiccent.*

*In canum morſibus eadem folia contuſa, & illita ſpeciatim commendat Dioſcorides.*

*Georg. Amvvald* Rob *Sambuci in aceto & Vino diſſolvere, eodemq; locum ictû, vel morsû Venenatorum animalium laceratum fricare & eluere mandat, in tractatû de Panaceâ ſuâ, pag. 21.*

*In ictu Veſparum & apum adhibe pro libitû* Oleum *infuſionis florum Sambuci, vel è baccarum arillis expreſſum, foliumq; ſuperimpone. Dolorem mitigat, &, ut brevi tumor ſubſidat, & evaneſcat, efficit.*

*Ad Venenum, quod à Viperarum morſibus* Corpori *inſligitur, inbibendum præter enumerata topica, jubet* Dioſcordes Radicem Sambuci *in Vino decoquere, & colaturā bibere, Easdem Vires fructui cum Vino poto attribuit. Præſtat hîc & Vinum baccarum adhiberi: vel uſurpentur* Rob *Sambuci ſimplex, &* Antiloimicum *cum priori parte attacta* ℥ij. *aut* Extractum *hujusdem ſimplex & Antiloemicum totidem* Scrupulis *in Aq. fl.* Sambuci *ſudorq; provocetur. In philtro, quo ad amorem conciliandum nefariè ſolent uti meretriculæ, aut aliis Venenatis propinatis aut aſſumptis, nihil præſtantius eſt, quàm ut, quamprimum leviſſima ſuſpicio oboritur, ea omnia, quæ vel ex eſculentis, aut potulentis aſſumta ſunt, per Vomitum rejiciantur.*

*Exhibe ergo Olei infuſionis florum, vel* Cort. *Sambuci unc. ij vel iij in aq. tepida, & Vomitum accelera.*

*Vel:* R. *Olei è* Baccarum *arillis expreſſi* Cochleare *mediocre propina in* Cereviſiâ *calefactâ.* Hoc enim modô, *quicquid Virulentum in Ventriculo ſubſtiterit, feliciter excludetur, Venenorumq; corroſiva acrimonia attemperabitur. Repetatur, ſi opus fuerit. Quô factô poſtea ſudorem prolice, ut id, quod Venas jam ſubierit (humor enim quò malignior, eò penetrantior, ac inſtar fermenti totam maſſam ſangvineam brevi permeat) per ſudorem evacuetur.* Proderunt *hîc, quæ ſuprà in peſtilentibus part. 23. allata ſunt, ut* Rob *ſimplex, & Antiloemicum, extracta eorundem &c.* De *quibus pro ratione ætatis ac Virium, quantum ſufficit, in aq. deſtillatâ florum Sambuci, aliove convenienti liquore diſſolutum exbibe.*

Et *cùm rarò malignitas Unâ vel alterâ Vice edometur, quin potiùs ſubdolâ ſervitutis ſpecie, ac ſi jam evictæ* NATURÆ *juſſa capeſſeret, per cuniculos, reſiduis inquinamentis, in Naturæ bona graſſari, eademq; ſenſim, ac pedetentim ſibi ſubigere proſterneneq; ſoleat: Idcircò horum Alexiteriorum uſus tam omninò intermittendus non eſt, ſed potiùs aliquousq; continuandus, quo omnes Venenatæ ac malignæ impresſionis reliquiæ penitùs è corpore extirpentur. Utilis eſt hic & talis Mixtura:*

*R. Con-*

R. Conſerv. fl. Sambuc.
Borrag. an. q. plac.
Miſceantur. Exhibeatur inde indies Unciæ dimidium, horâ unâ vel alterâ ante prandium, cochleareq; unum Syrupi de ſucco baccar. Sambuci ſuperbibatur.

Septimanatim quoq; drachmas duas Rob. Sambuci, vel ſimplicis, vel Antiloemici in Aqua florum Sambuci exhibe, & ſudorem in lecto, aut balneo prolice. Poſt ſudorem ad calorem contemperandum detur Cochleare unum, vel alterum Syrupi acetoſi Sambucini.

A quibusdam ſequens EXPERIMENTUM LAUDATUR,

R. Cortic. Medianorum Sambuci ſubtiliſſimè deraſorum, & in umbra leniter exiccatorum M. j. paulò pleniorem, ſuperaffunde Lactis Caprilli recenter mulcti Menſuram dimidiam ſeſquilibræ, vel circiter capacem, decoq. lente igne ad conſumt. medietatis: de cujus colaturâ manè & Veſperi bibatur.

Prædicatur omne Venenum à Meretricibus, & aliis ſceleratis homuncionibus in cibo potuve, vel ante triennium propinatum funditus exſtirpaturum eſſe. Quòd ſi primâ vice ſucceſſum non perſenſerit æger, repetatur, nec dubium, quin tandem, Divinâ Voluntate & juvante Gratiâ, eventus exoptatus ſit ſubſecuturus.

# PARS XXVI. DE SPECIFICIS ARTHRITICIS.

## CAPUT I. DE ARTHRITIDE, EJUSQUE SPECIEBUS, PILULIS Polychreſtis & Bolo Purgante.

ARthritis eſt inſtar matris, plures ex ſe generans natas: In ſpecie Podagram, Chiragram & Iſchiaticam.

In Arthritide interdum eſt omniũ articulorum dolor, cum ſumma inquietudine: In cæteris particulares dolores externam partem, manuum in Chiragra, Pedum in Podagra, coxendicis in Iſchiade infeſtant.

Horum omnium univerſalis cura conſiſtit in conſumptione & expulſione Tartari in toto corpore humano ſtabulantis. Cujus cura apud Practicos.

## OBSERVATIO.

Cura nō incipiatur in Paroxyſmis vehementioribus, ſed quando plurimùm ſedati ſunt.

In hoc unicè incumbendum, ut ſtato tempore Æquinoctiorum & Solſtitiorum (circa eadem enim nimirum Podagricæ fluxiones plerūq; vigent) corpus benè mundificetur, & inprimis ratio victus, quæ alioquin nuſpiam negligenda eſt, ſolers & induſtria inſtituatur, auferendo tùm plethoram, ſi quæ adſit, tùm cacochymiam quamcunq; ſuis idoneis Medicamentis.

Potus ſit vinum Meliſſaicum, rad. Garyophyll. infuſum in menſa pro hauſtu primo, aut vinum Paracelſi Antipodagricum, quod ſic fit:

℞. *Rad. Garyophyll.*
*Acori ana lib. ſs.*
*Fol. Majoram. m. iiij.*
*Flor. Sambuci p. iiij.*

*Infunde in vini lib. jv. ſtent in infuſione per 8. dies, ſumatur ex hoc mane & veſperi hauſtus. Poſt mundificatum corpus corroborantia & Diaphoretica uſurpantur.*

*Ex numero mundificantium ſeu purgantium eis pulvis Arthriticus Paracelſi à Crollio deſcriptus. Ex hoc pulvere natus eſt pulvis Caryocoſtinus, omnibus ferè Medicis uſitatus: Iſte enim pulvis ſecurè & leniter omnes defluxiones podagricas purgat feliciter.*

*Cujus Deſcriptio hac eſt.*

℞: *Hermodact. alb. cort. mundat.*
*Diagrid. ana ʒij.*
*Agar. rec. Trochiſc.*
*Caryophyll.*
*Zingib.*
*Coſti vel Angel.*
*Cymin. vel Carvi ana ʒj.*

*Pulveriſata qualibet per ſe ſubtiliſſimè M. F. Tragema ſolutivum. Doſis ʒ una ſit, vel paulò minus primâ vice, poſtea augeri licebit. Si neceſſarium eſſe judicabis.*

Pro Podagricis fit etiam inſigne remedium; quater ſingulis annis ſumendum, hoc modo:

℞. *Auri vitæ.* ℈ſs.
*Extr. Cucumer. ſylveſt. ʒij.*
*Hermodact. ʒj.*
*Miſce. R. Hujus mixturæ* ℈j.
*Aq. Theriac. ʒij.*
*Miſce, fiat potio.*

*Mirum in modum ſeroſa excrementa citra perturbationem, expurgat.*

## Vinum Antipodagricum Præſervativum Dn. D. Michaël.

℞. *Chamædr.*
*Chamæpyth.*
*Anagallid. an. Mj.*
*Fl. Hypericon. pij.*

*Anthos*

*Anthos*
*Betonic. an. pij.*
*Rad. Hellebor. nigr.*
*Gialap. an. ℨj.*
*Hermodactyl.*
*Turpeth. an. ℨvj.*
*Cremor. ♀ albiſſ ℨij.*
*Coſt. aromat. ver. ℨij.*

*Inciſa & contuſa D. in nodulos.* S. Pulver zum Laxirenden Glieder-Wein. *Poteſt edulcorari cum Sacch. vel Syrup. approp. vel per ſe ſumi tempore matutino.*

His etiam adjungendi Arthritici pulveres cum ſuis digeſtivis in podagra probatis.

I. Eſt D. Agricolæ, cui præmittit Tincturam ♀ri ſingulis diebus bis manè & veſperi pondere 8. guttarum in Extracto ivæ arthethicæ ſumendam, poſtea ſemel pulverem Antipodagricum Paracelſi, Doſi drachmæ unius, qui talis eſt:

R. *Hermodact.*
*Turbith. ana ℨj.*
*Magiſt. Scammon.*
*Gummi de Peru ana ℨſs.*
*Salis oſſium microcoſmi,*
*Fol. Senæ,*
*Sacch. Candi ana ℨj. miſce.*
*F. Pulvis. Doſis ℨj.*

Hunc Dn. D. Hartmannus ita exhibet.

R. *Hermodact.*
*Turbith.*
*Diagrith.*
*Fol. Senæ.*
*Oſſ. hominis juvenis violentâ morte perempti calcinatorum, ſi chiragra manuum, ſi podagra pedum.*
*Sacch. Candi ana ℨj.*

*Miſce, f. Pulvis. Doſis à ℈ſs. ad ℨij. manè ex ▽ Ivæ Arthethicæ per 3. aut 4. dies. Praxi Chimiatrica pag. 186.*

II. Alter eſt Medici cujusdam celeberrimi Saxoniæ cum præmiſſo hoc digeſtivo.

*R. Succor. depurator. Cochleariæ ℥v.*
*Siſymbrii Naſturt.*
*Beccabung.*
*Fumar.*
*Acetoſ. ana ℥iv. miſce.*

S. Safft zum Ziegen-Molcken.

R. *Hermodact. alb. à cortice ſuperiore mundator.*
*Turbith. ana ℨiſs.*
*Oſſium Microcoſmi,*
*Diagrid. ana ℨi.*
*Coſti,*
*Maſtich.*
*Cymin.*
*Caryophyll. ana gr. xv.*
*Miſce, f. pulvis.*

S. Purgier-Pulver jedes mal ein halb Quintlein.

III. Eſt etiam probatiſſimus à D. Böckelii ſocero p. m. ſæpius uſurpatus & ab ipſo præſcriptus.

R. *Oxymell. ſcyllitic.*
*Syr. de Beton. ana ℥ſs.*

*Aq. Chamæpyt.* ℥ij. *Miſce.*
*S. Digeſtiv.* auff ein mal.

R. *Cranii human. præparat.*
*Diagrid.*
*Hermodact.*
*Turpeth.*
*Fol. Senæ Alex.*
*Zingib.*
*Cinamomi,*
*Spic. Ind.*
*Cumin. ana* ʒß.
*Sacch. Roſat. tabulat.* ℈ij.
*Miſce, fiat pulvis.*

S. Purgier-Pulver/ auff ein mal ein halb Quintlein.

His meritò accenſemus pillulas Dn. D. Michaelis Döringii, Medici Vratislavienſis in part. 2. obſervat. D. Horſtii Gieſſenſis obſervat. 3. pag. 258. quas propria Calamitate coactus præſervativas invenit, & per 30. dies ſingulo trimeſtri pondere ʒß. ſumit, & ab inſultibus gravioribus, quos antea paſſus eſt, ſeipſum præſervat quæ ita habent.

*R. Pulv. Chamæpyth.*
*Chamædr. veræ ana* ʒij.
*Centaur. minor.*
*Rad. Ariſtol. Rotund.*
*Rhapontici veri,*
*Gentianæ,*
*Sem. Hyperici.*
*Cran. human. prap. ana* ʒiß.
*Rad. Cichor.*
*Santal. Rubr. ana* ʒj.

*Incorporentur cum ſ. q. ſucci* Chamæpyth. *addendo nonnihil Terebinthinæ Cypriæ pro meliori unione, f. pill. pro libitu.*

Huc etiam ſpectat pulvis Antipodagricus ſequens, corporis ſeroſitates exiccans Dn. D. Arnoldi Weickarti Mœno-Francofurtenſis Medici, Theſaur. Pharmaceut. Galeno-Chymico l. 3. c. 2. pag. 497.

*R. Pulv. Cran. hominis ſuſpenſ.*
*C. C. uſt. & præparat. ana* ℥ß.
*Ciner. Hirund. vel cuculi,*
*Ebor. uſt. ana* ʒij.
*Succin. albiß.*
*Margar. non perforat.*
*Corallor. ana* ʒj.
*Lapid. Bezoar. occid.* ℈ij.
*Sp. Diagalang.*
*Diamoſch. d. ana* ʒß.
*Sem. urtic.* ʒij.
*Sacch. Roſat. tabulat.*
*Sacchar. Cand. ana ad pondus omnium.*

*F. Pulvis ſubtiliſſimus. de quo capiat pro vice* ʒj. *aut* ß. *vel ſacchar. diſſolvatur in Aqu. Chamædr. & Ivæ Arthet. ana q. ſ. ac f. tabulæ pondere* ʒj.

*His alternantibus poſſunt ſequentes purgationes ſuccedere Weickardi l. d. p. 495.*

## PILULÆ POLYCHRESTAE.

*R. Maß. pill. Aggregativ.*

*Cochiar.*

*Cochiar. ana* ℈ij.
*Aurear.*
*Maſtich.*
*Fœtidar. ana* ℈j.
*Extr. Rhab.* ʒß.
*Diagrid. gr. x.*

*Cum infuſione cum Trag. in Aq. Cinamomi fact. miſce probè in mortario addendo*

*Ol. aniſ. gutt.* iv.

*Formentur pillulæ admodum parvæ, quarum doſis ſit* ʒj. *manè tribus horis ante prandium.*

## ALIÆ.

R. *Pill. de Hermodact.*
*Fumar.*
*Arthritic. ana* ℈j.

*Miſce, & cum Aqu. Cinamom. form. pill. num. xx. inaurentur, de quibus veſperi cubitum ituro dentur 6. vel 7. reliquæ verò deglutiantur ſequenti die: Quod ſi pillulas reſpuat ægrotans & libentiùs Bolum devorare velit, talis fiat.*

## BOLUS PURGANS.

R. *Elect. Diacaß* ℥j.
*Bened. Laxat.* ʒi.
*Rhab. pulveris.* ℈j.
*Diagrid. gr. iij.*
*Ol. aniſ. gut. iiij.*

*Redigantur in formam Boli, conſpergatur Sacch. albiß. exhibeatur & ſuperbibatur parum vini generoſi.*

Hîc etiam non omittendam puto ſequentem Medicinam ſecuritatis dictam, in formâ Electuarii, tempore æſtatis & Hyemis in Podagra uſurpandam.

R. *Rad. Irid.*
*Stœchad.*
*Liquirit.*
*Epithym.*
*Ivæ Arthet. ana* ʒij.
*Fol. Sen. Orient* ℥ß.
*Agar. Trochiſc.* ʒiij.
*Paſſular* ℥i.
*Aqu Fœnic.*
*Fumar.*
*Morſus Diaboli an. q. ſ. ad prædicta excipienda & decoquenda. Hujus decoctionis ſumatur quantitas conveniens, in qua macerentur per 14 horas.*

*Rhab. El. & pulveris* ʒij.
*Spica* ʒß.

*Factâ ebullitione exprimantur per linteum: expreſſioni adde*

*Caß. fiſtul.*
*Mann. Elect. ana* ℥j.
*Syr. Roſat. ſolutiv. cochl. iij.*
*Sacch. albiß.* ℥iß.
*Aq. Cinamomi* ʒij.

*Bulliant iterùm ſummâ diligentiâ ad decentem conſiſtentiam, de hoc ſumat æger, manè jejuno ſtomacho* ℥iß. *plus minusve, prout ſucceſſum ejus in humoribus educendis expertus fuerit.*

*Eſt enim Medicina ſecuritatis & nobiliſſima contra arthritidem & nervorum imbecillitatem.*

Plura

Plura etiam hîc Medicamenta tàm purgantia quàm ſudorifera ex Sambuco parata poſſent adduci, ſed ſuſpendemus ea usq; ad praxin.

Proſunt & maximè in his affectibus cauteria.

Qui vomitus ferre poſſunt, & ſtatis temporibus Veris & Autumni ante imminentes paroxyſmos Podagricos, A qu. benè utuntur doſi legitima, rariſſimè Podagricis inſultibus corripiuntur.

In Paroxyſmis vigentibus utimur internis & externis.

Inter Interna omnibus modis ſuperat & excellit Laudanum Opiatum ſuis proprietatibus maximè vigens. Dolorem enim ſiſtit, placidú ſomnum inducit, fluxionib9 frenum injicit, eorum fervores conſumit, & diſſipatos ſpiritus roborat.

Externa ſunt Balſamus Podagricus, primus & ſecundus apud Crollium, quibus ſuccenturiari poteſt Ungventum Anodynum, quod eſt apud eundem & paulò poſt ſequetur.

Ad dolores mitigandos in uſu Medicis eſt caro bubula ſine pingvedine, parti dolenti ſuperligatur, idq; veſperi, & manè mutatur, tâq; ita feliciter dolor ſedatur.

## CAPUT II.
## DE UNGVENTO ANODYNO CROLLIANO. p. 245.

PAratur hoc Ungventum modo ſequenti:

R. ℔. ij. ⊕li ad flav.
*calcinat.*
*Mellis. virgin. cum favo lib. j.*
*Spiritus Vini lib. j.*

*ſi ſit ad manus ille ſpiritus è confectione Laudani opiati reſiduus, erit eò melior.*

*Terebinth.* ℥iiij.
*Verbena* ℥vj.
*Roſmarin. tantundem.*
*Silicum calcinatorum lib.* ſs.

*Omnia trita miſceantur, & imponantur juſtæ amplitudinis Alembico vitreo, benè luto obducto, addito ſatis magno capitello cum Recipiente capaci, juncturis benè lutatis, ponantur per triduum in lento arenæ calore ad digerendum, poſteà paulatim deſtillentur, ultimò fortificetur ignis, quamdiu vides guttas ſeu ſpiritus exire poſtea frigeſcat: caput mortuum ſeu faeces ſpongioſæ nigræ, reverberentur ad albedinem illisq; priorem liquorem denuò affunde, & ſecundò deſtilla.*

VIRES & USUS.

Efficaciſſimum eſt ungventum: neminem ſuâ expectatione ritè præpara

paratum & adhibitum fruſtratur. Citò enim & ſubitò dolorem podagricum ſedat, ſi locus affectus inungatur, præmiſſo prius purgante pulvere Podagrico. Linteola madefiant, & applicentur loco affecto tepidè, & relinquantur, donec ſpontè exſiccentur.

Poſteà iterum imponantur, donec dolores ceſſent; viſibiliter vapores extrahuntur; ſi pars dolens nimio ardore & rubedine crucietur, poterit de ſucco è floribus Thapſi barbati expreſſo & inſolato ana admiſceri. Alia ungventa ad Podagram invenies ſub titulo de Anodynis.

Cùm in Paregoricis multùm ſitum ſit, lubet hîc in gratiam & Ægrotorum, & Medicinæ Studioſorum nonnulla annectere.

Aquis igitur deſtillatis foliorum & florum Sambuci lintea imbuta, & tepidè applicata dolorem mirè ſopiunt, poros reſerant, materiam digerunt, & partes nervoſas roborant.

Penetrationis ergò, & ubi rubedo, calorq; intenſior, addi poteſt Acetum Sambucinum in æquali quantitate.

Ubi materia frigidior, dolorque diuturnior, eadem lintea tali liquori immergi, & tepidè admoveri poſſunt.

*R. Spiritus Sambuci è baccis ℥iij.*
*è florib. ℥ij.*
*Opii Thebaici ℈ij.*
*Miſce. Dolores viſuâ narcoticâ demulcet, materiamq; contumaciorem diſcutit & membra refocillat.*

## D. Johann. Freitag. Secreta ad Arthriticum dolorem ſunt hæc:

*R. Opii,*
*Caphuræ an. part. æqual.*
*Solve & digere in aquis partibus + & aquæ Sambuci, deſtilla per arenam, phlegma, Spiritum & Oleum ſeorſim concipe & ſerva.*

## Aliud Ejusdem:

*R. Sacchar. ♄ni ℈v.*
*Sal. ♄ni ʒß.*
*Opii,*
*Caphur. in + ſolut. an. ℈ß.*
*Aqv. fl. Sambuc. ℥j.*
*M. Illinatur pluma, repetendo ſæpius. lib. d. Opio cap. 25. p. 224.*

## IN ARTHRITIDE VAGA ſeu Scorbuticâ excellit ſequens:

*R. Spirit. lumbric. terreſtr. ℥v.*
*⊖ Armeniac. ℥ß.*
*Cochlear. ʒij.*
*In quibus diſſolve*
*Sapon. Venet. ℥ij.*
*Camphor. ʒvj.*
*Opii ℈j.*
*Croci ℈ß.*

*M. Digere per aliquot dies & noctes poſteà filtra & in vitro pro uſu ſerva.*
S. Euſſerlich Glieder-Balſam.

*Parti affectæ cum linteo calidè applicari poteſt. Dn. Möllenbr. de Raris.*

MIXTURA ANTIPODAGRICA CNEUPHELII.

℞. *Capit. mortui* ⊕*li.*
*Aceti deſtillat. ana* ℥ij.
*Opii Thebaic.* ℥ß.
*Aqu. Chelidon.*
*Sambuc. an.* ℥iiij.

*M. pro Epithemate, dolorem intra duas horas ſedante.*

Oleum quoq;, in quo Sambuci vel Ebuli Radices & folia, vel ſuccus inde extractus coxerint, inprimis Oleum Sem. *Ebuli (à quo tamen* ſemen Sambuci parum vel nihil diſtat) hîc ſummè laudatur. Quod fit, ſi illud benè maturum, repurgatumq; inpaſtum contuſum in aquâ coquatur, ſpumaq; colligatur, eaq; in vitro oblongo poſita, in loco tepido per triduum, aut quatriduum collocetur, donec Oleum, quod ſubviride eſt fundum petat. Idem quoque ex ſeminibus illius expreſſum efficacisſimum eſt. Uti & ex ſemine Raphani, & è Nucibus Indicis & Glande ungventaria.

Ranarum Oleum & Lumbricorum, Vulpinum, & in quo coxerit Muſtela, vel Ciconiæ aut Cygni pulli, Item Galearum piſcium, Epar, vel Aſelli aut Millepedes.

Item Oleum ex oſſibus humanis factum & maxillis Equorum: quod fit, ſi illa confracta, ignita, oleum antiquum imbibant, & poſteà ex illis contuſis per Retortam Oleum eliciatur, vel aliâ arte. Oleum ex ſangvine Cervi eliciunt Chymici, illudq; probant. Platerus part. 2. Pract. pag 619.

℞. *Ol. infuſion. fl. Sambuci* ℥ij.
*ex acin. expreß.* ℥ß.

*Miſta parti dolenti calidè illinantur.*

*Folia recentia podagricis cum taurino, hircinovè adipe illita auxiliari, retulit Dioſcorides.*

Novi virū, qui quotiescunq; podagrâ corripitur, hac ſola ferè inunctione utitur.

*Recipit Cremorem lactis recentem, eidemq; permiſcet pulverem inſtar pollinis ſubtilisſimi fl. & foliorum Sambuci, ut conſiſtentiam pulticulæ ſeu cataplaſmatis acquirat, quod linteis impoſitum parti dolenti calidiuſculè applicat, ſummumq; levamen ab hoc unico & ſimplici remedio, felici ſucceſſu, exſpectat & reperit.*

Gabel Koverus inter alia & hoc habet.

R. *Aq. Sambuci,*
*Sp. Vini ana* ℥ij.

*Miſce, & pannis imbibita applica.*

Aliqui ſumunt.

*Aq.*

*Aq. Sambuc.* ℥ij.
*Aqu. Vitæ* ℥j. *miſce.*

Idem in Articulorum doloribus aliisvè defluxionibus frigidis, à quibus ipſa quoque membrorum paralyſis vel reſolutio dependere ſolet, ſequens valdè commendat.

R. *Medullæ Sambucinæ bonam partem,*
*Vini Rhenani quartarium j.*
*Tuæmet ipſius Urinæ tantundem.*

Miſta & in ollam recentem indita decoque ad medias, poſtea locum dolentem ſpiritu vini inunge, eundemq; benè infrica: cui demum pannum laneum decocto ſupra ſcripto imbutum calidiuſculè impone, & ſi exiccatus fuerit, iterùm imbue & applica. Id quod & ante introitum lecti facias.

A quibusdam in Arthritide, præſertim calida, ſequens laudatur.

## LIQUOR MUCILAGINOſus Anodynus.

R. Cochlearum vivarum integrè domunculis ſuis teſtaceis recenter exemtarum, Baccarum Sambuci in clibano exiccatarum & pulveriſatarum, nec non ſalis uſualis culinarii, ana quantum placuerit.

Inde ſacculo colatorio, quem manicam Hippocratis vocant, ſtratum ſuper ſtratum, quoties lubet faciendo, ita ut ſingulis vicibus, primò cochleas, mox ſalem, & deinde baccas injiciendo, ſacculus ad ſummum usq; impleatur, ſuspendatur in cellâ, è quo liquor ſenſim exſtillans glutinoſus mucilagineusq; ſtudioſè colligatur, Vitroq; incluſus, Soli per quatriduum exponatur, quo dolentem partem blandè illine. Blochvvitius l. d.

Efficax Auxilium eſt & hoc.

R. *Sem. Fœn. græc.*
*Jusquiam. ana* ℥ß.
*Locuſtarum, id eſt, propaginum recentium Tiliæ.*
*Inciſarum M. ij.*
*Infundantur in*
*Aq. ſolani & aceto, extrahatur mucilago, in qua diſſolve*
*Bol. Armen.* ℨij.
*Ol. de oſſib9 humanis extracti* ℨj.

F. *Cataplaſma in defectu hujus Olei ſubſtituatur pingvedo Equi ex collo ejus deſumpta, hæc enim ad mitigandum inſulſum podagricum præ cæteris decantatur* (Kampff-Fett/oder Kampff-Schmaltz) *ſi loco dolenti calidiſſimè illinatur.*

Vel hocſeq. ad dolorem ſiſtendum ſæpiùs comprobatum.

R: *Saporis Venet.* ℥iß.
*Vini ſublimat.*
*Aq. Fl. Sambuci ana* ℥ij.

*Miſceantur ad ignem, & agitentur probè, fiatq; Emplaſtrum, quod Parti affectæ imponatur calidè.*

## BALSAMUM AD ARTIculorum dolores.

R. *Reſinæ Terebinth.* ℔j.
*Opopanatis,*

*Galbani,*
*Sagapen. an.* ℨß.
*Granor Junip. M. ij.*
*Thymiamat.* ℔j.
*Igne primùm levi: mox auctiore: Tandem vehementi deſtillentur.*

Laudant item hanc Aquam Antipodagricam.

*R.* 🜕*li crudi* ℔ij.
*Spiritus vini opt. rectif.* ℔iiij.
*Aqu. fl. Sambuci* ℔j.
*Miſce, appoſito alembico, in quo ponatur ſemen*
*Hyoſcyami q. u. contus.*
*Fl. verbaſc. Chamom. Nobil. an* ℥j.
*Miſce F. deſtillatio igne aperto ad ignitionem vitri.*

Item hoc ſeq. Secretum.

*R. Lumbricor. terreſtr. benè mundator. & lotor. in vino* ℔ß.
*Fl. Hypericon.*
*Anagallid. fœmin.*
*Saniculæ ana M. ß.*
*Baccar. viridium Juniper.* ℥iij
*Caſtor.* ℨß.
*Omnia minutim inciſa exceptis vermibus coqu. ſimul in*
*Aqu. Flor. Chamom.*
*Leucoii ana q. ſ. addendo parum aceti Rutacei. Poſtea ponantur in vaſe vitreato obturato ad ſolem per aliquot dies, bulliant iterùm lento igne & exprimantur fortiter, expreſſum ſervetur uſui.*

*Vel Lumbrici ſeparatim frixentur in Oleo Omphacino & inſolentur, poſtea adjiciantur reliqua, fiatq; Unguentum, quo inungendæ partes affectæ. Weickardus, l. d. p. 501.*

## CAPUT III.
## DE
## ESSENTIA LIGNI SASSAFRAS.

### Paratur hoc modo:
Rec.

*SPiritus Vini aliquoties rectificati, quantum velis, injice in illud Raſuram Ligni Saſſafras, & habebis Eſſentiam hujus inſtar ſangvinis.*

### VIRES ET USUS.

De hâc Eſſentiâ ſume quotidiè duo vel plura cochlearia, & mirabilia videbis, manè per ſe, vel in alio convenienti vehiculo; nam non modò omnis generis dolores Arthritidis lenit, verùm etiam ipſam materiam, unde ortum trahit, radicitùs exſtirpat.

## CAPUT IV.
## DE
## ELIXIRI ARTHRITICO,
## Ampliſſ. Dn. D. Michaëlis.

Recip.

*Herb. Chamædr.*
*Chamæpith. an. Mij.*
*Summit. Centaur. min.*
*Flor. Hyper. con. an. Miſs.*
*Salviæ,*
*Betonic.*
*Primul. ver.*
*Lavendul.*
*Stoechad. Arab.*
*Anagallid. an. p. iij.*
*Rad. Filicis,*
*Rhapontic.*
*Vincetoxic.*
*Caryophyllat.*
*Bardan.*
*Ariſtolochiæ rot.*
*Gentian. an.* ℥j.
*Scorphular.* ℥iiſs.
*Sem. Hypericon.* ℥j.
*Petroſel. Macedon.* ʒiii.

Inciſis & contuſis groſſo modo affunde Spiritum Vini rectificatum, digere per menſem, poſtea deſtilla & habebis Spiritum Arthriticum.

Hunc novis ſpeciebus & ⊖li ex capite mortuo harum ſpecierum elixiviato ſuperfunde, atq; iterū per menſem digere, poſtea filtra & ad uſum ſerva.

NOTA;

Loco Spiritus Vini ſimplicis poteſt alius ex vegetabilibus ſpecificis paratus ſubſtitui.

*Doſis eſt à gutt. 20. ad 30. in vehiculo.*

## De
## Eſſentia contra Arthritidem vagam ſcorbuticam.

℞. *Rad. Vincetoxic.*
*Enulæ,*
*Ariſtoloch. rotund.*
*Zedoar.*
*Caryophyllat.*
*Pæon. an.* ʒij.
*Fol. Salviæ,*
*Betonic.*
*Serpill.*
*Abrotan.*
*Rutæ,*
*Chamædryos,*
*Chamæpyth. an.* ʒj.
*Anthos* ʒij.
*Spec. Diamoſch.*
*Dianthoos,*
*Lætic. Galen. an.* ʒj.
*Sem. citr.* ℈iiij.
*Theriac. Andromach.* ℥ſs.
*Fœtul. Aronis* ℈iiij.

*In ſubtiliſſ. pulverem redactis affunde Spiritum Vini malvat. opt. rectificat. ad eminentiam 4. digitor.*

*Stent bene tecta in digeſtione per dies tres. Poſtea Sp. Vin. abſtrahatur ad conſiſtentiam mellis.*

*Reaffunde*

*Spir. Vin. modò abſtract.* ℔ß.
*Spirit.* Cochlear. ℥ij.
*Naſturt.* ℥j.
*De rub. Idæo* ℥ß.
*Eſſent. lumbricor. terreſtr.* ℥vj.

*Digerantur in* B. M. *per diem & noctem poſtea filtrentur & ſerventur pro uſu. Nobiliſſ. Dn. D.* Balthaſ. *Timæus* von Guldenklee. *in caſib. medicinal. vid.* Append. *Medicam. ſingul. p.* 431.

## Sal Antipodagricum Zvelferi:

R. *Spirit.* ♀*ri Schröderi,*
*affunde guttatim ſpirit. Urinæ, donec ebullitio ceſſat.*

*Poſtea quod præcipitatum eſt, collige.*
*Doſis* ℈ß.

## De Spiritu Tartari compoſito Antipodagrico:

R. ♀*ri alb. crud.*
⊕*li ana. deſtill. per retort. quod egreditur turbidum ſupra caput mort. in retortâ lutatâ rectifica tertiâ vice, fit clarus ſpiritus, ad cujus pondus adde dimidium ſpir. Vin. adde quoq;* ⊕*l. albiſſ. &* ♀*ri calcinat. an. deſtilla ſimul quousq; omnis ſpiritus exierit: hinc ad quamlibet* ℔j. *liquor. adde ſaſſafr.* ʒiij.

*Zinziber. alb.* ʒiiß.
*Galang.*
*Theriac. Andromach. an.* ʒiß.
Croc. *gr. vj.*

*Circulentur per ſex ſeptim. & ſubtile à ſpiſſo ſeparandum per inclinationem, valet in Podagrâ, in Iſchiade, in Colicâ, Iliacâ, Lue* ♀. *multos Chronicos morbos ſanat, ſi ad* 30. *dies ſumatur, & ſemper quinto die purgans inſtituatur.*

## De Spiritu Tartari alio Compoſito ad Arthritidem vagam.

*Qui fit, ſi* Spiritus ♀*ri cum Spir. C. C. Lign. Guajac. flor. ſambuc. uniatur & digeratur.*

*Egregiè* ♀*rum reſolvit &* ⊖ *volatile nervos feriens per ſudorẽ diſcutit.*

# CAPUT V.

# DE ANTIPODAGRICA AQUA RULANDI.

Recip.

F*lorum Chamomillæ,*
*Meliloti ana* Mj.
*Mercurii ſublimati* ℈ij.

*Coque in* ▽ *ſimplici. Hujus aquæ colatæ æqualem portionem M. cum* ℔. iiij.

iiij. ▽ *mortua, quae eſt Aquæ fortis, qua uſi ſunt aurifabri in ſeparationibus, Aqu. fort. recentis* ℥ij. *ſucci, ſeu decocti myrtillorum* ℥ij. *ſeu q. ſ. ad colorationem. Utere, ceu patet ex curationibus.*

## CATAPLASMA CONTRA Podagram Domini Abrahami Falzen Pharmacopœi Northuſani.

℞. *Flor. caſſ. extract.* ℥iß.
*Raſur. C. C. crudi* ℥ij.
*Rad. conſol. major, pulv.* ʒiß.
*Aq. ſambuc. fragr. q. ſ.*

*Miſc. F. cataplaſma, quod extenſum ad linteum calidè applicetur.*

*His cum fructu etiam adjungi poſſe puto concluſionis ergò, tincturas quasdam tùm digeſtivas & purgantes, tùm* παρηγορικὰς *ſeu dolorem lenientes. Sed cùm digerentes & purgantes ſupra habuerimus, hic omittimus, & ad* παρηγορικὰς *nos convertimus.*

## Tinctura ad extra in Podagra.

℞. *Myrtillor. gallar. abſinth.*
*Nuc. Cupreſſ.*
*Roſ. rubr.*
*Chamom.*
*Sal. Communis ana M. j.*
*Acacia.*
*Hypociſtid. ana* ℥ß.
*Theriac.*
*Camphor.* ℈j.

*Miſta digerantur cum vino nigro, deinde extractam Tincturam cola, cum hac fricentur & colluantur pedes. Joann. Daniel Mylius l. 4. Antidot. c. 3. pag. 601.*

## AQUA CONTRA DOLOREM PODAGRÆ.

℞. *Cancror. fluviatil. num. 8.*
*Granor. Junip.* ℥iij.
*Myrrh.*
*Oliban. ana* ℥i.
*Vini opt.* ℔. j.

*Deſtilla per Alembicum, vel ſi neceſſitas poſtulaverit, contundantur in mortario per horam 1. & colentur. Colatum ſtuppâ cannabinâ applicetur calidè.*

## Balſamus Antipodagricus Zvelferi:

℞. *Arcan.* ♀*ri Angel. Salæ* ℔. j.
*Ciner. Clavellat. aquæ.*
*Spirit. Vini rectif. aliquoties abſtract. an.* ℔. j.
*Camphoræ* ℥ij.
⊖ *volat. Urin.* ℥iiij.
*Silic. ignit. & in arcano* ♀*ri extinct.* ℔. j.
*S. q. ſ. pro maſſa ſicca.*

Indantur Retortæ loricatæ & per gradus deſtill. ▽ aperto; externè & internè convenit à ℈ß. ad ʒß. in aquâ Ivæ Arthreticæ.

## Antipodagricum Cneuphelii:

℞. *Galban.* ℔. ß.
*Gumm. Heder. arbor.* ℥ij.

*Terantur ſeorſim, miſceantur & deſtill.*

*ſtillentur in ∴ per Retortam deſtillato huic adde Terebinth.* ℔ j.
°°° *Lauri,*
*Spicæ an.* ℥j.
*Succin.* ℥vj.

Deſtilla adhuc ſemel de novo. Poteſt etiam hocce Oleum illini, in capitis doloribus; ſed in Podagra & Chiragra eſt inſignium virium, quâ quam primo intolerabiles excitet dolores, dum materiam Tartaream ſolvit, ex eisq; pellit; ſed radicitus tollit materiam peccantem.

Sed hæc brevia ſufficiant, plura alia ad Praxin reſervaturi.

# PARS XXVII.
# DE SPECIFICIS NEPHRITICIS.

CAlculi ſunt varia genera, gradibus atq; partium numero differentia: Omnia ex impuriori alimentorum portione *ſubtiliata, &* ad coagulationem deſtinata producuntur. Poſt benignioris alimenti ſeparationem factam, beneficio Spiritus, ſeu caloris partium ſupervenientis ad abſolutionem deducuntur. Variis exornantur figuris pro materiei varietate, ex quâ veniunt & partium, in quibus hærent, diverſitate multiplicia ſymptomata inferunt ſingulis conformia, in magna affinitate juncta. Fortis Digeſtio dat citam operationem ad calculum; Nulla debilis digeſtio unquam *calculum produxit. Niſi* debili digeſtione per vim fortem expulſivam expellatur, & non ſecernatur, fieri non poteſt, ut homo ſine Tartaro reperiatur, quem Spiritus Salis coagulare ſolet, & quem purgationes non tollunt.

Detur opera diligens, ne acuta Medicamenta exhibeantur in calculoſis, qui aliàs ſunt valetudinarii, Vide Baſ. Chym. Croll. pag. 247.

## *CAPUT I.*
## DE SALE CONTRA CALCULUM.
Croll. pag. 247.

In

IN Remediorum longitudine nil ſitum eſſe, dicit Paracelſus de Calculo, ſaltem in verâ præparatione, R. *Igitur oculorum cancri,*
*Calculi Microcoſmi,*
*Lapidis Judaici,*
*Lyncis,*
*Spongiæ,*
*Aquilæ,*
*Glaciei duræ ſeu*
*Cryſtalli,*
*Silicum,*
*Lapidum Cyprinorum è perciis piſcibus.*

Reſolve ex his ſingulis vel omnibus, quātum velis, aceto deſtillato, toties repetendo affuſionem, donec omnes ſoluti ſint, ac inde para ſalem abſtrahendo acetum:

*Hoc Sale ſæpius per aquam pluvialem* prius dulcificato & purificato (ſolvendo ſcilicet, filtrando & evaporando) vel per ſe utere, vel in liquore reſoluto.

Cruſtacei, *ut ſunt oculi cancri, La*pides Cyprini non egent calcinatione, per ſe enim in aceto deſtillato ſolvuntur, ut Perlæ & Corollaria.

Silicei verò, ut Cryſtallus ſilex, Lapis Judaicus, Lyncis, Spongiæ, Aquilæ calcinētur primò cum Sulphure & Sale nitro, ut ſuprà de liquoribus gemmarum dictum, poſtea reſolvātur cum aceto Terebinthinato, & Sal dulcificatum ad uſus ſervetur.

Ex his lapidibus ſpecificis propter varias ſignaturarum formas habebis Remedium univerſale ad Calculum & Tartareos morbos. Unumquodq; è ſupra nominatis ſpecificis rectè præparatum eſt ſufficiens ob ſcientiam ſignatam.

Cryſtallum Montanus Paracelſi Ludum eſſe putabat, qui omnem Tartari Anatomiam, ſignaturam, & Curam in ſe continet. Particulariter curando fieri non poteſt, ut omnes ſpecies dignoſcantur. Calculi & Tartari genera ſunt plus quàm quingenta, & quodq; egeret ſuo Remedio ſpecifico.

## VIRES & USUS.
### itemq; Dosis.

In omnibus Calculorum generibus, *in quibuscunq; ſint membris.*

Doſis à ſcrupulo j. ad duos pro præſervatione in Syrupo convenienti, ſingulis Lunæ quadris. *In cura, à ſcrupulis duobus ad drachmam j. in aquis ſpecificis Ononidis*, Saxifragiæ, Pimpinellæ, Petroſelini, &c. Mulieribus offertur in aqua Meliſſæ ſeu Baccarum Juniperi.

## OBSERVATIONES.
### Duæ.

Nota illud Sal ſæpiſſimè ſolutum & coagulatum, ultimò cum optimo ſpiritu vini digeratur, *abſtrahaturq;* fortiter in cineribus, reiteretur labor, ſic Sal fiet *volatile.* Poſt quam-

libet enim putrefactionem uncia ſemis Salis aſcendit.

Illa vini eſſentia ſecundùm Paracelſum non debet ſeparari à Sale immixto ac volatili, ut eò potentiùs agat in Tartarum interiorem. Ubi enim Alcohol vini fermentatum eſt cum virtute lapidum, tunc habet vim reſolvendi calculum hominis, quemadmodum Alcohol vini fortificatum cum Tartaro, auro & corallis rubedinem extrahere perhibetur. Neminem terreat, quòd Silicei lapides propter duritiem primò per Salem Petræ calcinandi ſint, ut eò meliùs per Acetum radicatum, ſuperiùs memoratum, ſolvi poſſunt, alioquin non fieret. Nam crudi *Salis Nitri per Sulphur purificati uſus cum tantillo Croci, Maceris* & pulvere Lapidum Cyprinorum, in calculo eſt remedium efficacisſimum.

His annectimus & ſeq. εὐπόριστα. Intrinſecùs detur decoctum veron. cum vino. Sic plures curantur. Ad veſicæ calculum ſummè laudatur caro Halicacabi cum ſaccharo condita. Oleum Cryſtalli ad ℈ii. cum vino albo tenui aut veron. decocto. Vel aq. flor. geniſtæ potum ſingulare eſt ad Calculum Veſicæ & renum remedium. Attenuat enim, comminuit, expellit atq; urinam promovet. Idem & ſufficienter præſtat Sal Cryſtalli. Præter hæc dicta magno quoq; ſucceſſu Hermetici utuntur cremore & Sale Tartari, 🜿ro ⊕lato. Alii commendant Tartarum diureticum, ſi Tartarus ſolvatur lixivio oculor. *69.* aut decocto radic. aperient. coqu. & in cryſtallos more ſolito coaguletur. D. Borbonius Med. Gallus felicisſimè in præſervatione cryſtall. Tartari puriſſ. ʒij. cum *Saccharo in q. ſ.* decoct. Cicer. rubr. diſſolv. ℥v. in Morſulos Nephriticos redigit. Vel utuntur glacie paradiſi, ſpiritu Nitri eſſentificato, ſpiritu item Salis, 🜿ri, ⊕li, 🜍ris; Oleo & Sale ſuccini, cum Aqu. appropriatis: ſpiritu item & Oleo Terebinthinæ cum Aq. ſpecificis, corticum viridium nucum *Jugland. Parietar. Halicacabi, Ononidis*, Alliorum, Raphani, Fabar. Fragor. flor. geniſtæ, Petroſel. Eryngiorum, Naſturt. Urticæ, &c. Adhibent etiam feliciter ſupra dictorum ſimplicium ſales Chymicè prolectos, eorundemq; extracta, ſpiritus, Magiſteria & Eſſentias. Ferunt Hermetem ſumto cibo, ſemper granum thuris, aut Maſtichis voràſſe, ne vinum ebibitum in Tartarum abiret. Sic Tartarum vini, & ex eo parata remedia, ut & Nitrum, & penè *omnia nitroſò ſpiritu* imprægnata, eximias *in* calculo reſolvendo vires obtinent.

Utimur

Utimur etiam feliciter Syrupo è Cryſtallo ſecundùm deſcriptionem Conrad Chunrad in medulla deſtillator. Hoc autem modo Syrupus Cryſtalli præparatur.

R. Aq. deſtillatam Roris Majalis vel Fragorum vel Saxifragiæ vel Halicacabi, optimè acuatur ſpir. ♀ris acidisſimo, in hoc liquore 10. aut 12. vicibus extingvantur fragmenta *Cryſtalli*, quibus tandem exemtis, additâ ſufficienti Sacchari quantitate, fiat Syrupus Cryſtalli, p.229.

USUS.

Doſis quotidiè Cochlear. j. ad menſis ſpacium, calculos diminuit, expellitq́;.

Porrò Pulvis item mirè efficax ad calculum è glacie *Paradiſi*, Lapide *in capite Percæ piſcis reperto*, cum tantillo maceris & Croci paratur, daturq́; ℥j. cum debito vehiculo.

Idem facit pulvis ſeminum violarum Martialium. Succus Veronicæ condenſatus ex *Herba*, & cum Saccharo in pulverem acto ſumtus, ad dolores nephriticos mirè præſtat; Idem facit Spiritus Tartari ana ʒs. ad drach. j. Idē præſtat Oleū Terebinth. Oleum Baccar. Juniperi cum Aqua Calculifraga. Muſcus terreſtris cum vino albo coctus & epotus certisſimo experimento calculum frangit. Idem faciunt Irionis ſemina ad ℥iv. cum vino tenui hauſta.

Hyſſopus muris adnaſcens, ſi ex ea cum Aq. Parietariæ Syrupus paretur, certo quoq; experimento calculum expellit. Sic fungus ſaxis annatus, quem Lyncurium vocant, exiccatus pulveriſatus, & cum vino diuretico exhibitus ita renes repurgat, ut nunquam in iis calculi renaſcantur, quod multiplici experimento eſt confirmatum. Singulare quoq; remedium eſt pulvis Rad. Ononidis ad drachm. *j.* cum Aqu. fabar. ſumtus. Idem facit Syrupus è ſucco Ononidis. Aqu. item ex urinâ humanâ, vel Tauri *deſtillatâ*, mirum in modum urinam provocat & calculum frangit. Sic ad miraculum calculum frangit condenſatus Portulacæ ſuccus pulveriſatus & ad *drachm. j. exhibitus.*

His enumeratis Medicinis calculifragis, ſequentia quoq; longo uſu & experientiâ comprobatâ in Studioſorum gratiam addere placet. V. G.

*Spiritus ⊖li ex Sacchari violati* diluto in Aqua ſaxifragiæ albæ mirificè prodeſt.

Pulvis leporis uſti cum ſpiritu Lithontrib.

Lapis Nephriticus Indicus.

Lignum Nephriticum Indicum, hoc ſi vino infundatur, etiam electivè purgat. Aquæ verò *infuſum* renes permeat, cauſamq́; Nephritidis, id eſt, calculum ſeu arenulas

expellit. Halecum animæ decem numero circiter plus minùs contritæ, & cum vino epotæ mirabiliter tùm urinam, tùm calculum pellũt: Num autem vi ſpecifica ſalis marini, quô condiuntur, proprietate id contingat, diſputant multi. Sal ſilicum, Tartari, Mercurii efficaciter calculum frangit. Sic pulvis Scorpionum, Cicadarum, Locuſtarum, Grillorum, Aſellorum ritè præparatus, & unà cum aquis Lithontripticis exhibitus & urinam & calculum pellit.

NOTA.

Aſelli autem iſti magnâ copiâ colligũtur, ſi orbes juſculo carnium madefacti in cellis aliisq; ſub terraneis locis, ubi degere ſolent, ponuntur.

*Uti & cinis pellis leporinæ, cutis* angvillæ, fimi columbini, &c. in aceto raphanite maceratus, colatus & epotus. Quidam Lapides Aſtacorum, Cyprinorum, Judaicum, Lyncis, Lazuli, Spongiarum, Cyareum, Aquilæ, Specularem microcoſmi pari portione contritos, rectificato Salis ſpiritu ſolvunt, ſolutionem Conchæ vitreæ impoſitam, cinerum calore coagulant, coagulatum ſolvunt deliquio, ſolutum deniq; inſpiſſant, vicarium laborem repetentes, donec liquor ampliùs non conſiſtat, quô remediô magni ſecreti loco ad calculum frangendùm utuntur, Doſi unius vel alterius guttæ ſingulis diebus in vino, aut liquore diuretico hauriendæ.

*Sic* R. *Lapid. ſilicum num. 4. extandeſiant aliquoties, & extingvantur in vino vel Rhetico, vel Malvatico in vaſe benè obturato, ne quid exſpiret. De hoc ſingulo mane ſume cochlear j. quod ſine dolore lapidem veſicæ, &* è *Renibus expellit calculum miraculosè. Cunradus Chunrad. Medull. deſtillator. pag. 227.*

*Item* R. *Ol. amygd. d.* ℥j.

*Vini Malvat. in quo ſilices, è quibus ignis excuti ſolet, igniti ſæpè extincti ſunt,* ℥ij *propinetur ægro.*

Sic ſpongia illa, quæ in Arbuſto, quod Roſas profert ſylveſtres, naſcitur, danda eſt ad drachm. j. ſiccata & pulveriſata cum juſculo gallinarum, cui Radices Petroſelini incoctæ. Weickardus l.d. pag. 286. 287.

## *CAPUT II.*

## DE MAGISTERIO OCULORUM CANCRORUM.

Recip.

Recip.

OCulorum cancror ſubtiliter pulveriſator. ℥v.

*Olei Tartari per deliquium facti ℥vj.*

*Digerantur in B. vel fimo equino per quindecim dies. Poſtea coagula materiam in phiolâ in arenam collocata, coagulatam pulveriſa, pulverique ſpiritum Vini affunde & digere, poſtea ſpiritum ad olei craſſitiem abſtrahe.*

### VIRES & USUS.

Hoc Oleum à gutt. iij. ad vj. in aqua convenienti, datur ad calculum.

### Magiſterium & Liquor Lapidis Cryſtalli.

R. *Cryſtallor. contuſor. & ſubtiliſſimè pulveriſat. ut inſtar Alkool appareant ℥vj.*

Calcinentur cum ⊖ 🜿ri tantundem & optimè depurati in furno figulino in teſtâ vitreatâ cum operculo foraminibus pervio tanto tempore, quantum ad effectionem vaſorum figulinorum requiri ſolet. Poſteà in ▽ urticæ minoris conjice ut omnia reſolvantur in ▽ limpidiſſimam viridis coloris. Quod in fundo remanet rejicitur, liquor verò purus ſervatur uſui.

R. *hujus liquoris q. v.*

*Spirit. ⊕li vel Tartari q. ſ.*

Tunc præcipitatur & in fundo reſidebit Magiſterium Cryſtall. quod aliquoties edulcorari & iterum ad uſum exſiccari poteſt.

## CAPUT III.
## DE POTIONE ANTINEPHRITICA, ET ALIIS.

Recip.

*Aqu. contra Calculum noſtræ deſcriptionis ℥iij.*
*Fragor.*
*Fœnic. ana ℥iß.*
*Salis Reſtæ bovis,*
*Chamomillæ,*
*🜿ri ⊕lati ana ʒß.*
*Spiritus Salis gutt. vj.*
*Sacchari candi alb. ℥j.*

*Fiat potio Antinephritica, detur duabus vel tribus vicibus.*

### POTIO ALIA:

*R. Aqu. contra calculum Mynſ. aut Dorncrail. ℥iij.*
*Gramin.*
*Fragar.*
*Petroſelin.*
*Fœnicul. ana ℥j.*
*Tartari ⊕lat.*
*Sal. Ononit.*
*Tartari*
*Juniper.*

*Geniſt. an.* ℈j.
*Spirit ⊖ gutt. viij.*
*Robribium* ℥iſs.
*Spirit. fragor.* ʒj.
*Sacchar. q. ſ. pro dulcore.*

Sic & ſequens Emulſio valdè præſtans eſt.

*R. Nucleor. perſicorum excortic. num. xxx.*
*Sem. Melon.*
*Cucurbit. ana* ʒiij.
*Papav. alb.* ʒij.
*Contundantur & emulgeantur*
*Aq. malvæ* ℔ſs.
*Emulſo adde*
*Syrup. Violacei* ʒij.
*Miſce, & exhibe ſingulis vicibus* ℥iiij.
S. Mandel-Milch.

Sic ad Calculum omnium præſtantisſima eſt Aqua Cynosbati Dn. D. Conerdingii. deſtillata ſequenti modô.

R. *Fructus Cynosbati maturos q. placet.*

*Contundantur, & affunde vinum malvaticum q. ſ. Macerentur per triduum, poſt deſtillentur per biduum. Exhibe* ℥j. *ſingulis, vel alternis diebus cubitum ituris.*

Repetere hanc deſcriptionem hîc utile viſum fuit, quamvis ſit ſupra in Diureticis adpoſita.

## Maximum Secretum in Calculo.

*R. Oculor. Cancror.*
*Lapid. Judaic.*
*Lyncis,*
*Lazul.*
*Aquilæ,*
*Cryſtall. ana q. ſ.*

Reſolvantur in aceto Terebinthinato, vel aceto deſtillato, aut ſpiritu Salis, ſupra cineres calidos, bis terve, & marmori impoſita, iterùm ſolve, ſolutum coagula, id toties repete, donec non amplius coaguletur. Hujus liquoris dantur aliquot guttæ cum liquore ſpecifico. Omnem calculum in corpore frangit, conterit, & educit.

## Aqua Potentisſima ad Calculum.

R. *Nucl. perſicor. num. 200.*
*Cerasſor. nigr. num. 300.*
*Fructuum Senelorum num. 150.*
*Baccar. Junip.*
*Halicacab. ana. num. 50.*
*Fl. Sambuc. rec.* ℥viij.
*Contuſis omnibus & vitro inditis affunde*
*Vin. Malvat.* ℔. 4.
*digere ſuo tempore in MB. tandem deſtilla.*

*Huic liquori ſi 5. vel 6. guttæ ſpiritus* ⊕*li indantur, ſtatim calculum frangit.*

Plures aliæ præſtantisſimæ circumferuntur ad hanc rem utiles Aquæ deſtillatæ, ſed inſtar omnium ſit Aqua ſequens Dorncreilii in ſuo Diſpen-

Diſpenſat. tit. de Aq. pag. 50. 51. & 52.

## Aqua Nephrocatharctica Dn. D. Tobiæ Dorncreilii.

R. *Rad. Pimpinell.* ℥ſs.
*Aſparag.*
*Fœnic.*
*Petroſel.*
*Ruſci ana* ʒij.
*Cort. aurantior.* ℥j.
*Sem. aniſ.*
*Carvi,*
*Urticæ ana* ʒiſs.
*Raphan. major.*
*Milii* ☉.
*Saxifrag. ana* ʒiij.
4. *frig. major. excort. ana* ʒj.
*Gran. Juniperi rec.* ʒiſs.
*Rhab. El:* ʒj.
*Agar. trochiſcat.* ℈iiij.
*Zingib.*
*Cinamomi,*
*Galang.*
*Gum. Arab. ana* ʒſs.
*Macis* ʒj.
*Caßiæ ligneæ v.* ʒij.
*Fol. Geniſtæ,*
*Ononid. ana M.* ſs.
*Mithrid. opt.* ʒij.
*Succ. Glyzyrrh* ℥iſs.
*Spir. Lithontrib* ℥ſs.
*El. dulcis,*
*Juſtin. ana* ʒij.
*Diatragac. fr.* ʒiiſs.
*Troch. Alkekerm. ſ. opio* ʒij.
*pulveriſatis pulveriſandis f. pulvis, & infundatur per octiduum in*
*Vini Rhenan. uſti* ℔. iij.
*Vini Malvat. opt.* ℔. viij.
*& adde*
*Succi Limonior.* ℔ſs.
*Syr. papav. compoſit.* ℥iiij.
*Miſce & deſtillentur in M. B. igne lentiſſimo.*

### USUS.

Attenuando, incidendo, & detergendo urinam movet, renes, Ureteres & Veſicam ab infarctu liberat, calculum comminuit & educit, ſtranguriæ, dyſuriæ & doloribus nephriticis ſuccurrit, Datur unc. j. cum unc. j. Aq. fragor. absq; vino deſtillatæ, & ſi libuerit, addi poteſt unc. j. Syrupi de ſucco Limoniorum, vel de ſucco violarum.

## Tinctura in Calculo Rhenum.

R *Ocul. Cancr.*
*Milii* ☉.
*Sem. Petroſel.*
*Rad. Elenii,*
*Nucl. perſicor.*
*Sem. ſaxifrag.*
*Raphani,*
*Liquirit.*
*Sparth. ana* ʒij.
*Cardomom.*
*Apii ana* ℥ſs.
*Sp. Diarrhod. abb.* ʒij.

Confect.

*Confect. Aniſi,*
*Fœnic. an. ʒij.*
*F. infuſio cum vino ſimplici pro Tinctura.*

NOTA:

De Tinctura Nephritica Amelungi Mercatoris Lipſienſis celebri & decantatâ vid. Sachſ. ampelograph. p. 623. Möllenbröc. de Raris c. x. p. 77.

## Tinctura Nephritica.

R. *Rad. Saxifrag.* ℥i.
*Lapid. Judaici* ℥ſs.
*Sem. Apii,*
*Ameos, ana ʒij.*
*Aſparag.*
*Scordii ana Mſs.*
*Hederæ,*
*Geniſtæ,*
*Baccar. Laur. ana ʒij.*
*Liquirit. raſ.* ℥i.
*F. cum vino extractio.*

## Tinctura in Calculo tempoer hyemali uſurpanda.

*R. Sp. El. dulcis,*
*Lithontrib.*
*Juſtin. ana* ʒi.
*Diambr.*
*Diarrhod. abb.*
*3. Pipereon. an.* ℈iiij.
*Lapid. Judaici,*
*Lyncis ana* ℈ij.
*Zingib.*
*Cinamomi,*
*Granor. paradiſ.*
*Cardamom.*
*Nucis Muſchat.*
*Macis ana ʒſs.*
*Sacchar. albiß. ℥vj.*
*F. Omnium pulveriſatio, ac miſtorum infuſio cum vino aniſato, ſic fiet in digeſtione debitâ optima Tinctura.*

## Tinctura alia in Calculo pro æſtate.

*R. Sp. Diambr.*
*Diapliriſ. moſcho,*
*Diarrh. abb.*
*Diatr. Santal. ana ʒij.*
*Lapid. Judaic.* ʒiiſs.
*Eſ. dulcis,*
*Sp. Bartholdi ana* ℈j.
*Spodii,*
*Aniſi,*
*Zingib.*
*Cinamomi,*
*Caryophyll.*
*Cardamom.*
*Granor. paradiſ. ana ʒſs.*
*4. Sem. frigid maj. ana ℈ij.*
*Sem. Endiv.*
*Scariol. ana* ʒj.
*Sacchar. tabarzeth.* ℔.j.
*Vini Sambucin. ad eminentiam q. ſ.*
*F. artificioſa Tinctura.*

## Tinctura Diuretica in Calculo ſolvens.

*R. Polytrich. M. j.*
*Cuſcut.*
*Adianth. ana M. ſs.*

*Fol. Sen. ʒvj.*
*Polypod. q. ℥ſs.*
R*hab. ʒij.*
*Spicæ ℈ſs.*
*Fl. prunor. ſylveſtr.*
*Perſicor. ana ʒij.*
*Cinamomi ʒiſs.*
*Caryophyll.* ℈iiij.
*Cort.* Rad. *Ononid. ʒiij.*
*Alkekerm. inciſar. num. xx.*
*Sem. Damaſon. ℈iiij.*
*Saxifrag. ℈ij.*
*F. Omnium lege digeſtoria extractio cum Vino Malvatico pro Tinctura, quam appropriabis tuo libitu.*

## Tinctura ad Colicam & Calculum.

R. *Bacc. Junip.*
*Macis,*
*Nuc. Moſchat. ana ℥j.*
*Lign. Aloes ʒſs.*
*Cort.* Citrin. ℥j.
*Succin. alb. ʒvj.*
*Corall. rubr. præp. ʒiij.*
*Raſur. Ebor. ℥j.*
*Solut. Perlar. ʒvj.*
*Oſs. de cord. C.* ℈iiij.
*Cornu unicorn. ℈ij.*
*Lapid. Bezoard. ℈iij.*
*Ambr. griſ. ℈j.*
*Moſch. ℈ſs.*
*Fol.* A*uri num. jx.*
*Sacch. in Aq. Roſ. diſſolut. ℔. j.*
*Spiritus vini ℔. viij.*
*Miſce. F. Tinctura.*

## Tinctura in Exulceratione Renum.

*R. Terr. ſigillat.*
*Pulv. Amyli.*
*Tragacanth. ana ℥j.*
*Corallor. rubr.*
*Maſtich.*
*Sang. Drac.*
*Sarcocol.*
*Bol. Armen. ana ʒſs.*
*Roſ. rubr. ℥ſs.*
*Confect. Alkerm. ʒiſs.*
*Magiſt. perlar.*
*Corallor. ana ℥ij.*
*Sacch. albiſs. ℔ſs. F. l. a.*
*Tinctura cum vino Fœniculi correcto.*

## Tinctura in Cruenta mictione.

R. *Fl.* Bellidis minor.
Roſar.
*Sumach.*
*Myrtillor.*
*Balauſtior.*
*Bol. Armen.*
*Plantag.*
*Thur.*
M*aſtich.*
*Menth. ana ℥j.*
*Mumiæ,*
*Sang. Drac.*
*Bol. ana ʒſs.*
*Sacch. ℔ſs.*
*F. Tinctura cum vino.*

Tinctura ad Iſchuriam.

R. *Rad. v. aperitivar.*
*Valerian.*
*Tinctor.*
*Eryngii ana ℥i.*
*Epatic.*
*Capill. ♀.*
*Cichor.*
*Chamædr.*
*Chamæpyt.*
*Scariolæ,*
*Agrimon.*
*Abſinth.*
*Hyſſop. ana M. j.*
*Sem. Apii,*
*Petroſel.*
*Halicacab. ana ʒj.*
*Cicerum rubr. ℥j.*
*Fl. Geniſtæ,*
*Sambuci ana p. j.*
*Paſſular. conciſar. ℥ij.*

*F. Omnium infuſio cum vino Malvatico, ut fiat Tinctura, quæ datur cum Syrupo capill. ♀. & Byzantino.*

De
Elixiri Juniperino.

*R. Granor. Juniperin. matur. & recent. q. v.*

Contunde craſſo modo, affuſ. ▽ fragor. & Petroſelin. an. q. ſ.

Hinc exprime, abſtrahendoq; inſpiſſa ad conſiſtentiam mellis.

Adde mellis Juniperini tantundem, Spirit. Juniper. q. ſ.

Digere aliquandiu ad fornacem.

Eſt certum & infallibile Medicamentum contra Calculum.

USUS eſt ante & poſt novi- & pleni-lunium.

Vid. quoq; Schröder. Pharmac. *lib. 4. Claſſ. 1 pag. 88.*

## CAPUT IV.
## DE MEDICAMENTIS ALIIS NEPHRITICIS.

Pulvis quo B. D. Lutherus eſt uſus.

Rec.

*Cinamom.*
*Saxifrag.*
*Milii ☉*
*Herb. capill. ♀.*
*Sem. Saxifrag.*
*Aſparag.*
*Melonum ana ʒj.*
*Lapid. Lync.*
*Judaici an. ℈j.*

M. *pro Pulvere. Doſis ʒj per ſe, vel in vehiculo conveniente.*

ALIUS:

R. *Tartari Cryſtalliſ. ʒiiſs.*

*Pulver.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0536-4
DFG

*Pulver. virg. aureæ* ʒij.
*Oculor. Cancr. præp.*
*Granor. Saxifrag. an.* ʒiſß.
*Pulver. Rad. Glyzyrrit.* ʒj.
*Sacchari candi* ʒvj.
*M. F. Pulvis.*
S. Außführendes Stein-Pulver.

Ad Calculum Dn. Doct. Cneuphelii Caſtrenſis Med. Reg. Maj. Pol.

*R. Acidi* 🜖*ri* ℥iiij.
*Cryſtall.* 🜖*ri* ℥iſß.
🜖*ri* ⊕*lat.* ʒii.
*Santal. rubr.* ʒiſß.
*Spirit.* ⊕*li q. ſ.*
*Doſis* ʒſß. *in aquâ Eringii.*

Arcanum contra Calculum.

*R.* 🜕 *purificat.* ℔. iij.
*Spirit.* ⊕*li* ℔. 1.
*M. ut ſolvantur, abſtrahe ſpiritum ad ſpisſitudinem & colloca in locum frigidum, tunc fient cryſtalli.*
*R. Horum* ℥ij.
⊖ *Abſinth.*
*Geniſt. an.* ʒj.
*affunde* 🝆 🜍*ris ut F. pulmentum adde*
🝆 *Aniſi* ʒj.
*Succin. alb.* ʒſß.
*Sacchar. canarienſ parum.*
*Doſis à* ℈ſß. *ad* ℈j.

PILULÆ, quibus frequenter uti ſoleo:

*R. Sem. Milii* ☉
*Petroſelin.*
*Saxifrag.*
*Chærefol. an.* ʒj.
*Sangvinis hirci præpar.* ℈ij.
*Succ. Glyzyrrhit.* ℈iiij.
*Trochiſc. alkekeng. ſine opio*
*Terebinth. parum lotæ in aquâ Fœniculi*
*F. Pilulæ.*

Pulvis Alius:

*R. Sal. Juniper.*
*Oſtrut.*
*Chamomill.*
*Ononid. an.* ʒij.
*Succin.* ℈j.
*Magiſter. oculor.* 69.
*Lapid. Judaic. an.* ℈ij.
*Cryſtall.* 🜖*ri* ʒiij.
*Miſc.*

De Caroli Piſonis Pulvere probatiſſimo:

*R. Sem. althea*
*Violar. an.* ℈ſß.
*Milii* ☉
*Rad. Liquiritiæ an.* ℈i.
*Lapid. Judaic.*
*Spongiæ an. gr.* vj.
*Pulver. oſſis Dactylor.*
*Meſpilorum.*
*Ceraſorum an,* ℈ij.
*Sem. Melonum* ʒiij.
*F. Pulvis. Doſis* ʒj. Sumenda cum pane azymo vino albo madefacto,

 tribus

tribus diebus interlunii cujusq;, & ſuperbibendo juſculum cicerum rubror. alteratum rad. althææ, fœniculi, eryngii, ononidis, petroſelini & granis juniperi contuſis, addendo vinum album, mel, butyrum, & ſuccum limonum.

Hunc pulverem eximiè laudat Carolus Piſo, eumq; cum ſequente purgante pulvere uſurpatum, plures pyxides fragmentorũ lapidum excusſiſſe refert in quodam Præſide Lotharingo.

*R. Aniſi,*
*Marathri,*
*Cumini,*
*Carvi an.* ℥i.
*Coriandr. præparat.* ℥ß.
*Liquiritiæ,*
*Sem. Bardanæ an.* ℥iß.
*Cinamom.*
*Galangæ an.* ℈i.
*Sem. Milii Sol.*
*Geniſtæ an.* ℥ß.
*Pulv. Diatrag. frigid.* ℥ij.
*Diagrid.* ℈j.
*Senæ Orientalis ad pondus omnium.*

*F. Pulvis. Doſis* ℥j. *cum juſculo Cicerum rubrorum.*

Hîc ſub finem hujus capitis lubet totum proceſſum curandi Nephritin ex Blochvvitio per Medicinas ex Sambuco apponere, cùm ſit ſalutaris & forſitan in omnium manu non verſetur. Eſt autem in lib. Anatomiæ Sambuc. ſ. 3. c. 25. pag. 210. 211. 212. ad 220. talis.

Laxativum in calculo Veſicæ fit ex Sambuci locuſtis, quod in hoc & aliis morbis accommodum eſt, quia Naturam tantùm juvat, ut Naturales ſedes proferat. Verba ſunt Petræi Noſolog. Harmon. Diſſert. 40. th. 56. p. 333.

Vina ex baccis & *floribus*, *magno* hîc ſunt adjumento. Primùm enim ventriculum, etiam inteſtina ab humore iſto ſeroſo ac mucido exonerant, quò chylus purior, minusq; tartareis iſtis Tincturis imprægnatus ad Epar deferatur, unde & ſerum non tàm impurum & ſabuloſum ad vias urinarias demandabitur. *Deinde ſi quid & hîc peccatum* fuerit, Tartarusq; nihilominus in vaſis illis ſe coacervaverit, vina hæc eundem abſtergent, & cum urina è corpore eliminabunt.

Uſurpentur tempore matutino, ubi ventriculus cibis vacuus eſt.

Elegantisſimum quoq; claretum contra calculum præparatur (ſecundum Dn. D. Michaëlem) ex Rob Juniperino. Poſtea colatur & edulcoratur cum Saccharo. Doſ. *Cochl.* j. in aff. *ſtomachico* & Nephritico Secretum *eſt* Dn. D. *Rolfinckii* & aliorum. *Appellatur* quibusdam Malvaticum juniperinum.

Eâdem

Eâdem ratione poteſt ex Rob Sambuci & Spir. Sambuci fieri ſimile Claretum.

Doſis cyathus unus, ſumto tamen priùs juſculô.

*Clyſter Anodynus & Laxans ſeu emolliens confici poteſt ex Decocto florum, & foliorum Sambuci, cujus decocti catoli ℥viiii. Ol infuſionis fl. Sambuci ℥iii. vel 4. addantur. Quòd ſi magis abſtergere animus & intentio, idem decoctum priùs per cineres foliorum ſambuci parumper transfundendum, eidemq; poſtea præter Oleum, Mel Sambucinum ad ℥ij. admiſcendum.*

*Medullæ inciſæ & deglutitæ vulgò miras laudes tribuunt in urina cienda ſabuloq; expellendo.*

*Et novi ipſemet virum quendam, qui cùm Hydrope Aſcite, calculoq; laboraret, mulierculæ cujusdam Ruſticæ ſvaſû, ſola hac medulla uſus eſt, pauloq; poſt excreto ſabulo, ſeroq; per urinam copioſè indies evacuato, à doloribus Nephriticis & Hydrope liberatus priſtinam ſanitatem recuperavit.*

Sunt qui eandem in taleolas ſubtiles inciſam in Spiritum Baccarum infundunt, ſpiritumq; poſt dies quatuordecim cum fortisſima medullæ expresſione, colatum ad cochleare unum exhibent, maximeq; commendant.

## Spiritus Sambuci Lithonthripticus.

*℞. Medullæ Sambuci, ut dictum inciſæ ℥ii. ſuperaſſunde ſpiritus Baccar. Sambuci optimè rectificati q. ſ. pro immerſione medullæ. Stent in loco calido per ſeptendium, vaſe benè clausô, ne quid exſpiret: poſtea cum fortisſima expresſione medullæ ſpiritus aliquoties transcoletur. In Colaturam infunde Baccarum Juniperi aliquatenus conquaſſatarum ℥ii. Relinque in infuſione per biduum itidem in loco calido & vaſe optimè obturato: poſtea iterùm exprime & cola. In colaturam baccarum Juniperi de novo tantundem infunde, atq; per triduum in infuſione relinque, poſtea iterùm exprime & cola, quantumq; fieri poteſt, ab omni fæculenta ſubſidentia depura. Atq; ita habebis ſpiritum Sambuci Lithontripticum eſſentiâ Medullæ Sambucinæ, & Baccarum Juniperi imbutum, quem in vitro obturatum ſerva.*

## Usus.

Ejus uſus excellens eſt in calculo frangendo & expellendo, ſi ſequenti præſertim modô exhibetur.

Primùm Nephriticus alvum pulvere Turionum polychreſto, vel clyſtere paulò antè præſcripto exoneret, & lumbis Oleo Sambucino inunctis in Balneum deſcendat, quod ex ſtramine piſorum, Malva, floribus Sambuci, & Chamomeli concinnatum ſit; poſteà de ſpiritu modò præſcripto cochleare unum in vino albo Oligophoro ebibat, & in

in balneo, quouſq; calculus excernatur, commoretur. Interea naribus ad Syncopen præcavendam ſpongiola acetô ſambucinò tumida ſimul tùm admovenda, pulſusq; & tempora eodem aceto, vel Epithemate cordiali madefacienda.

Medicamentum hoc originem ſuam debet experimento illi, quod ex Matthiolo Germanico depromtum Myſteriis ſuis Medicis inſeruit, & præſtans, ac mirabile vocat Philippus Müllerus Med. D. in Academia Friburg. cui tamen modò adductum & præſcriptum ob vim medullæ ſambucinæ, ipſiusq; ſpiritûs Baccarum incidentem & Lithontripticam non immeritò præferendum videtur.

## Eſſentia ſeu Extractum Lithontribon.

Cui placet, poteſt & ſequenti modô Eſſentiam ſeu Extractum elegans parare, cujus vires in calculoſis & Tartareis affectibus inſignes ſunt.

R. *Medulla Sambucin.* ℥i.
*Bacc. Sambuc. exiccat.*
*Juniper. recent. an.* ℥iß.
*Glycyrrh. mund.* ʒvj.

*Medulla, & Glycyrrhiza minutim incidantur: Baccæ verò craßô modô pulveriſentur. Miſta infundantur in ſpiritus Sambucini ſufficientem quantitatem, ſtentq; ſimul in loco calidiori per dies quatuordecim, commotô indies vitrô, ejusdemq; orificio benè obturato: Elapſo tempore, ſacculo lineo injecta ſub prælo validè exprimantur. Liquor excolatus in cucurbitam imponitur, ac ſuperimpoſito Alembico in balneo menſtruum ſeu ſpiritus ille, exſtillatur, donec id, quod in fundo remanet, mellis ſpißitudinem acquirat, additis priùs Magiſterii, ſeu Salis Ocul. Cancr. duabus drachmis Miſta, reſerva in vaſe vitreo, de quibus à* ℈i. *ad* ʒi. *in cochleari uno Menſtrui, deſtillatione nuper ab Extracto avocati, diſſolve, & in aqua Linariæ cum Vino Rhenano deſtillata exhibe: notis ac præceptis obſervatis hîc iisdem, quæ anteà in exhibitione ſpiritus Lithontriptici data ac præſcripta fuerunt.*

Sal Sambuci in affectu hoc Salino & Tartareo etiam utilis, qui vel per ſe, vel præcedenti extracto permiſtus in convenienti liquore exhibetur.

Spiritus Salis Sambuci ad guttas vj. vel viij. mucilaginem Tartaream abſtergit.

## DYSURIA & ISCHURIA.

In urinæ mictione difficili & inhibita, Medicamenta recenſita quoque ſalutaria ſunt, cùm hæc Symptomata ut plurimùm à ſaboloſo vel mucido quodam humore ſeu lentore viſcido, ductus urinarios obſtruente, oriantur.

Inpri-

Inprimis tamen hîc utile foret Extractum Sambuci Lithontribon, de quo ℈i. in aqua flor. Linariæ exhibendus, ægerq; ad pubem decocto Raphani & Linariæ fovendꝰ. Acinos potas acetabuli menſurâ urinam movere, docet Plinius. Et tantum de Nephriticis. Qui plura de his ſcire cupit, poteſt conſulere meum tractatum de calculo & urinæ ſuppresſione Anno 1661. editum.

# PARS XXVIII.

# DE SPECIFICIS VENEREIS.

## CAPUT I.

## DE CONFORTATIVO VEGETABILI PARACELSI.

Rec.

*Primo vere omnium Cynoſorchidum ſpecierum radices ſelectas, ſucculentas, & plenas ad placitum, contunde in mortario marmoreo: adde unam, atq; alteram micam recentis panis ſimilacei candidisſimi, miſceantur omnia in mortario lapideo diligenter, & propter lentoris dilutionem affunde ſufficientem copiam ſpiritus Vini malvatici.*

*Poſtea in Alembico cæco, in digeſtione lentisſimâ Balnei pone.*

*Finito uno atq; altero digeſtionis hujus menſe, exprime ſuccum tenacem, (fæces calcina, & ſalem extrahe candidum, ſapore ſuavi non urinaceo, ut reliqua vegetabilium Salia) & colatum iterum in Alembicum cæcum per duos menſes in digeſtione repone, tunc flavisſimus liquor (interdum etiam rubeus) ſeparat ſeſe, qui in formâ hypoſtaſis aut ſedimenti in imo reſidet. Liquor ſeparatus per inclinationem ad uſum ſervetur, cui addas ſalem proprium, & aliquid de ſale perlarum, guttam etiam unam atq; alteram Olei Cinamomi, Maceris, & Nuciſtæ, ſic gratius & efficacius Medicamentum erit.*

VIRES & USUS.

Hoc Extractum eſt unum è ſummis



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0541-1

mis totius corporis confortativis. In confortandâ Venere eſt præſtantiſſimum Medicamentum, & datur magno juvamento frigidis & maleficiatis Senibus; Idem invalidi fæmoris virilitatem amiſſam potenter reſtituit. Vid. Baſ. Chym. Croll. p. 255.

DOSIS.

Doſis eſt à ſcrup. I. ad ſcrup. ij. vel ʒj. in vino muſcatellino, dulci & Malvatico, eundo cubitum: vel miſceatur cum conſerva Roſarum, de quâ exhibeatur quantitas avellanæ ſuperbibendo hauſtum vini Malvatici, vel Moſchatellini, Crollius editione Hartmanni pag. 443. 444. 445. Valet & Eſſentia Ambræ cum Moſcho & ſpiritu Roſar.

*Hoc verò in ſenibus præcipuè operatur.*

*R. Confect. Alkekerm.* ℥ß.
*Ambræ gryſeæ* ʒij.
*Zibetti non ſophiſticati* ʒj.
*Aqu. magnanimit.* ℈ij.
*Miſc. Doſis* ℈j. *cum Aq. Cinamomi alternis veſperis.*

Hartmannus praxi Chymiatrica, pag. 161. 162. Croll. p. 205.

## MORSULI,
## Ad excitandam Venerem, qui Paracelſo attribuuntur.

R. *Caſtorei,*
*Galangæ,*
*Macis,*
*Garyophyll.*
*Aniſi,*
*Piper. longi,*
*Bormcis Venet. ana* ʒij.
*Fol. ſatureiæ,*
*Rad. ſatyrion.*
*Valerian.*
*Boleti cervini* ʒiß.
*Carnis ſtinc. marinor.*
*Rad. Aronis,*
*Cardamom. ana* ʒß.
*Miſce, & redige in pulverem, quem cum ſaccharo in aqua Roriſmarin ſolutum M. & fiant Morſuli.*
*Doſis à* ʒiij. *ad* ʒvj.

Hartmannus praxi Chymiatricâ pag. 161. Idem Hartmannus notis in Crollium pag. 446. & 447. uti & Dn. Agricola part. 2. tit. de Zibetho pag. 954.

Ex his faciunt pillulas à ſcrup. ſ. ad ſcrup. j. ſcrup. js. ſumendas, in lecti introitu.

His adjungantur meritò & hæc ſequentia, quæ Venerem movent, ceu ſunt:

Quinta Eſſentia Vini cum Diaſatyrione, Oleum ſuccini, Sal commune, Oleum ♃ii, Oleum de Lateribus cum aliis ſimplicibus. Quinta Eſſentia perlarum, ⊖ Imperatoriæ, Penotus in præparat. Medicament. Chymicor. pag. 154. Oleum Aniſi, Fœniculi, Terebinthinæ, Axiungia Caſtorei, Naſturtium hortenſe

tenſe ſæpiùs uſurpatum cum ovis duris & Butyro recenti, Magiſteriū perlarum. Item ſtercus perdicis in ejusdem felle diſſolutum, glandi illitum mirum in modum Venerem auget. Venere exiſtente in Leone, fode Radicem Satyrionis, & miſce cum Oleo Juniperino, ejus miſturæ guſta aliquot guttulas, & ſenties operationem. Sic Radices Satyrionis conditæ proſunt. Valet quoq; Diatrion pipereon tabulatum, ſi illi admiſceantur aliquot grana ambræ, & Olei Cinamomi, cujus vicem adimplent Rotulæ manus Chriſti Perlatæ ſequentes.

## Rotulæ Manus Chriſti Perlatæ.

R. *Ol. Cinamomi gutt. xij.*
*Cort. Citri.*
*Caryoph. ana gutt. 4.*
*Magiſt. Corall,*
*Perlar. ana ℈ß.*
*Eſſent. vel Ol. Roſar. gutt. 8.*
*Moſch. gr. ij.*
*Sacch. candi fmß. in frigrantiß.*
*Aqua Roſar. &*
*Cinamomi ana q. ſ. ſoluti f. l. a.* Rotulæ.

*Pudenda cujusq; ſexus decocto Aquilegiæ ſimplicis diligenter laventur, & dente demortui pulveriſato ſuper carbones fumigentur: in ſterilitate per incantationem facta hoc valet.*

Fit etiam Extractum vel Eſſentia Sol. cum 🜔 & Sale Cryſtalliſato, modo ſequenti.

*R. Cryſtallor.* ⊖ *℥vj. Sol. in bracteas ducti, vel calcis Sol. ℥i.*

*Miſceantur benè terendo* in einem Treibſcherben unter einer Muffel/ *Adhibe mediocrem ignem per horas aliquot, & Cryſtalli fient coloris crocei, & ſi ita continuaveris ignem, rubri inſtar ſangvinis Cryſtalli fiunt, & Sol. anima planè in Cryſtallos eſt commutata, ita ut ne granum videre liceat in teſta* (auff dem Scherben) *patina, quod ſummè admirandum.*

Dn. D. Agricola part. 2. Titul. de Sale pag. 777. Conradus Cunrad. Medull. deſtillator. tit. de Sale, pag. 75.

*In impotentibus nobilis eſt Eſſentia Satyrionis Crollii, inprimis ſi illi addatur Ambra eſſentificata, & Aurum potabile Anglicum. (vel etiam hæc eſſentia vel Extractum Solis) verbi gratiâ:*

*R. Liquoris Satyrionis ℥i.*
*Ambræ Eſſentificatæ ʒij.*
*Solis potabilis ℈j.*

*Detur à ℈ß. ad ℈j. pro una Doſi. Hæc & ſimilia interdum materiam tàm fortem reddunt, ut ſimul anima cum vita expulſa fuerit. Omne nimirùm nimium naturæ inimicum. Hartmannus Praxi Chymiatricâ pag. 184.*

Sic Oleum Croci multum hic valet. V. Gt.

*R. Ol. vel Eſſent. Croci gutt. vij. vel x.*

*Auri Alchimiſtici in Bracteolas ducti, & probè dulcorati.* ℈ß.

*Miſceantur invicem, & exhibeantur in vino albo baſtardico, vel malvatico, vel bono Rhenano dulci, & ebibantur horâ unâ antè lecti cubitum.* Oleum piperis auget facultatem generandi, & facit, ut ſenex ſtrenuus in prælio Veneris eſſe poſſit. Oleum item Zingiberis Venerem valdè auget, & effætos valdè ad Venerem prurire facit. Conradus Cunrad. l. d. p. 75. 339. 346. 354. Reineccerus Theſaur. Chymic. pag. 112.

## Tinctura Impotentias, & incantationes avertens.

*R. Caſtor.*
*Genital. Cervi,*
*Piper. longi ana* ℥j.
*Satyrion.*
*Calam. aromat.*
*Aron.*
*Galang.*
*Sem. Urticæ,*
*Meliſſæ,*
*Borrag.*
*Beton. ana* ℥ß.
*Spec. latit. Galen.*
*Diambr.*
*Diamoſch. d ana* ʒj.
*Theriac. Venet.* ʒj.
*Secundin. præp.* ℈ij.
*Sacchar.* ℔ß.

Infunde omnia cum vino aniſato digerantur, ut f. Tinctura. Si fortiorem vis, adde ſcroti taurini juvenis pulveriſati, Formicarum, caudæ ſtinci marini, teſticulorum galli, &c. quantum placuerit.

Joan. Daniel Mylius in Antidot. Medico-Chimic. l. 4. c. 3. pag. 601.

## Aliud Remedium tanquam certisſimum.

*R. Savinam, deſtilla per Alembicum, aquam facibus reaffunde, & alterâ vice deſtilla, veſperi cubitum iturus bibe.*

*Caſtorium tritum, & teſtes vulpinos pulveriſatos ſume, fiant inde cum Olei Cinamomi & Sacchare tabulæ, de quibus ſumas veſperi. Valdè commendantur ad emortua genitalia.*

Balduinus Clodius in Officin. Chymica, pag. 57.

## PANIS MARTIUS.

*R. Amygd. d.* ℔. ß.
*Pinear.*
*Piſtacior. excort. ana* ℥j.
*Contundantur diligenter, adde*
*Cinamomi* ℥ß.
*Piper.* ʒj.
*Zingiber.*
*Caryophyll.*
*Nuc. Muſchat.*
*Cardamom. maj. ana* ʒß.
*Sem. Erucæ* ʒij.
*Et ſi luteum habere vis, croci, ſi rubrũ cupias, Santali parum, & Sacchari q. ſ.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0544-8

*q.ſ. Miſce. Coquantur in clibano formâ placentæ vel panis. quo frequenter utendum.*

## Amygdalogalion, ſeu Emulſio Deſcriptionis Dn. D. Bökelii.

R. *Amygd. d. excort.* ℥ij.
*Pinear.*
*Piſtacior.*
*Nuc Juglandium. ana* ʒj.
*Sem. Erucæ,*
*Naſturt. hort. ana* ʒß.
*Decocti* Rad. *Satyrion cum parum pip.* ℥j.
*Aq. Petroſel.*
*Aſparag. ana* ℥ij.
*Emulgeantur, & adde*
*Magiſt. Corallor.*
*Raſur. priap. cerv. ana* ℈j.
*Perlar.* ℈ß.
*Aq. Cinamomi* ʒiß.
*Manus* Chr. *cum perl.* ʒij.
Miſc. *F. Amygdalogalon. unicâ vice ſumendum.*

## Morſuli Venerem moventes.

R. *Sp. morſul. Imperator.* ℥ß.
*Cort. citri cond.* ʒvj.
*Pinear. mundat.* ʒiij.
*Piſtacior.* ʒij.
*Pulv. Sem. Eruc.*
*Rad. Pyrethr. ana* ʒj.
*Borac. Venet.* ʒß.
*Cantharid. abjectis extremitatibus* ℈ß.
*Ol. ſtillat. Cinamomi gut. v.*
*Sacch. alb. aq. Roſar. præparat. diſſolut. q.ſ. vel* ℔. j. *f. l. a. morſuli ponderantes* ʒij.
*S.* Stärck-Morſellen.

## ALII.

R. *Pinear.*
*Piſtacior. ana* ℥ß.
*Zingib. condit. opt.*
Rad. *Satyr. ana* ʒij.
*Carnis Stinci marin.* ʒj.
*Moſch. gr. iij.*
*Ambr. gr.* j.
*Sacchar. Aq. Roſar. & Cinamom ana ſoluti q.ſ. F. morſuli pondere* ʒij.

## Morſuli pro Auctione Spermatis.

R. *Piſtacior.* ʒv.
*Pinear.* ℥j.
*Amygd. d.* ℥ß.
*Sem. Bombac.*
*Melon. Excort. ana* ʒij.
*Cort. citri condit.*
*Carn. Cydon. ana cond.*
*Zingib. cond. ana* ʒv.
*Nuc. Muſchat. condit* ℥j.
*Cinamomi acutiß.* ʒiß.
*Macer.* ℈ij.
*Gall. moſch. Veræ* ℈iß.
*Moſch.* ℈ß.
*Pulv. lign. aloes* ℈i.
*Sacchar. albiß. Aq. Roſar. opt. diſſolut.* ℔iß. F. *Confectio in Morſulis, circa finem adde*
*Ol. Cinamomi gutt. v.*

*Deaurentur ſinguli ſeorſim.*

## Electuarium ad Venerem.

R. *Rad. Satyr. cond.* ℥ij.
*Cort. citri cond.*
*Conſerv. Rad. Ering. an.* ℥iſs.
*Nuc. pinear. mundat.*
*Piſtacior. repurg. an.* ℥i.
*Cinamomi El.* ʒij.
*Zingib. condit.* ℥ſs.
*Cardomom.*
*Cubebar.*
*Caryophyll.*
*Macis ana* ʒiſs.
*Sem. Eruc.*
*Paſtinac.*
*Pulv. priap. cerv. ana* ʒj.
*Cantharid. abject. extremitatibus num. v. Pulveriſatis pulveriſandis, & inciſis incidendus miſce cum Sacch. albiß. in Vino Malvatico liquefacti, & adjuſtam ſpißitudinem cocti* ℔iſs.
*F. Electuarium.*

Uſus ſit manè & Veſperi ad quantitatem Caſtaneæ, continuetur per octiduum, quô temporis ſpatio à conjuge abſtinendum.

## Aliud.

R. *Piper.*
*Pyrethr.*
*Sem. Seſeleos,*
*Erucæ,*
*Aniſ.*
*Lini,*
*Paſtinac.*
*Farin. Cicerum ana* ʒij.
*Adde penidiorum ad pondus omnium.*
*Mellis q. ſ.*
*F. Electuarium.*

## Aliud.

R. *Rad. Satyrii,*
*Eringii cond. ana* ℥j.
*Zingib. condit.*
*Conſervæ acori veri ana* ʒſs.
*Pinear.*
*Piſtacior. mundat. an.* ʒiij.
*Medull. Nucis Ind.* ʒj.
*Semin. Erucæ,*
*Paſtinac. ana* ʒij.
*Spec. Diambr.*
*Diamoſch. ana* ʒſs.
*Cinamomi* ʒj.
*Raſur. priap. cerv.* ʒi.
*(pro mulierculis ſumatur Matrix leporis exiccata) Sacch.* ℥i. *Syr. conſerv. cort. citri q. ſ. F. Electuarium, capiat* ʒij. *vel plus antè ſomnum, vel etiam manè.*

## VEL:

R. *Conſerv. Rad. Eryngii,*
*Zingib. cond. ana* ℥i.
*Conſerv. Satyrion.* ʒij.
*Teſticulor. gall. in lacte decoctor.* ℥ſs.

*Pinear.*

*Pinear. mundat. lacte macerat. ana* ℥j.
*Amygdal. d.*
*Avellanar. in melle macerat. ana* ℥ſs.
*Sem. bulbi* ʒj.
*Syr. conſervat. cort.* Citri *q. ſ.*
F. *Electuarium.*

## PULVIS AD VENEREM.

R. *Pip. gr. x. confracta ſaltem, ne fauces urant, bibat cum vino Malvatico cubitum iturus.*

### Vel:

*R. Pip.* ʒſs.
*Croci* ℈ſs.
*F. pulvis, imponat Hordeato, & comedat cum Sacchara.*

### Vel:

*R. Piper.* ʒi.
*Nuc. Muſchat.* ʒſs.
*Sal. parum.*
*F. Pulvis. Utatur cum ovo ſorbili, tribus vicibus.*

### Vel:

*R. Sem. Paſtinac.*
*Aniſi,*
*Erucæ,*
*Naſturt. ana* ʒj.
*Piper.* ʒiſs.
*Macer.* ʒſs.
*Croci* ℈j.
*Priapi Cervi,*
*Carn. ſtincor. ana* ʒſs.
*Canthar. ablatis alis, & capitib: n. ix.*
*Moſchi gr. aliquot.*
*Sacchari ad pondus omnium,*
*fiat pulvis ſubtiliſsimus, bibat cum lacte tepido, vel vino generoſo paulò ante coitum.*

## Pulvis omnium Validiſsimus, quo Itali utuntur.

*R. Cantharid. abjectis extremitatibus num 2.*
*Cinamomi* ℈j.
*Sacch. candi, vel manus Chriſti* ʒj.
*Bibat in lacte; ſi non juverit, capiat ſecundâ vice cantharides tres.*

### Alius:

*R. Magiſt. perlar.* ʒiſs.
*Piper long.* ℈ij.
*Sp. Diaſatyrion.*
*Diathamaron. ana* ʒij.
*Miſce. F. Pulvis.*
*Doſis* ℈ij.

## Alius ad Venerem ſtimulandam.

R. *Cinamomi El.* ʒij.
*pip. long.* ℈v.
*Sem. paſtinac.* ℈j.

*Boletor. cerv. ſiccat.* ʒiſs.
*Macis,*
*Caryophyll. ana* ℈ſs.
*Sem. Erucæ.* ʒiſs.
*Rapar.* ʒi.
*priapi cerv. vel taur.*
*Scincor. marin. ana* ℥i.
*Cantharid. gr. vj.*
*Sacch. albiß.* ℥v. *miſce F. pulvis.*

Et hæc ſufficiant; cætera reſerventur ad Praxin. Qui plura verò intereà deſiderat, cõſulat Practicos.

# PARS XXIX. DE VULNERARIIS.

## CAPUT I. DE UNGVENTO PARACELSI, QUOD ET UNGVENtum Stellatum, vel Ungventum Herculeum, vel Ungventum Martis appellatur.

Recip.

*ADipis urſini.*
*Verris aprugni ana* ℥iiij.

*Quò ſeniora animalia, eò melior adeps.*

*Utriusq; animalis adeps priùs in vitro rubro per dimidiam horam lentô igne bulliat; poſtea effundatur ſuper aquam frigidam, & cochleari colligatur pingvedo innatans, quicquid fundum petit, abjiciatur; Poſtea*

*R. Lumbricorum ex vino & aqua lotorum ſextarios duos, torrefiant in olla tecta, in fornace piſtoris, cavendum tamen ne adurantur, poſtea terantur in pulverem.*

R. *Hujus pulveris,*
*Cerebri aprugni ſiccati,*
*Santali rubri odoriferi,*
*Mumiæ,*
*Hæmatit. ana* ℥i.

Demum accipe uſneæ è cranio hominis violentâ morte perempti, abraſæ, Lunâ creſcente, & in bonâ domo exiſtente, & Veneris ſi fieri poſſit, non Martis aut Saturni ad pondus duarum, vel trium avellanarum circiter. Ex omnibus tritis, & invicem mixtis, cum adipe ſecundùm artem fiat ungventum in vitro clauſo, vel pyxide diligenter ad ſuos uſus reſervandum.

OBSER-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0548-1

OBSERVATIONES.

Si fortè temporis lapſu Ungventum exſiccaretur, dicto adipe, vel melle virgineo humectari, & emolliri de novo poterit.

Paretur ungventum, ſole in librâ exiſtente.

USUS & VIRES.

Per veneficia non perficitur hæc cura, ut imperiti & fatui opinantur, *ſed per* Medicamenti hujus vini magneticam attractivam, à ſyderibus cauſatam, quæ mediante aëre vulneri adducitur, & conjungitur, ut ſpiritualis operatio in effectum deducatur.

*Fit, inquam*, propter conjunctionem Aſtralem & Elementarem. Ut enim Calor Solis concordat cum *Terra: Ita perſicaria cum morbo:* abeunte Sole abit calor, ita hîc etiam

Tria ergò ſunt, quæ cauſantur per hoc ungventum tàm mirabilem effectum.

1. Sympathia *Naturæ.*

2. Influentia corporum cœleſtium ſuas operationes per Elementa perficiens.

3 Balſamum, quod ſanandi virtute præditum cuilibet homini naturaliter inditum eſt, Hoc ungvento ſanantur omnia vulnera, quocunq; telo, ictu, jactu, cuicunq; etiam ſexui inflcta (ita tamen, ut nec nervi arteriæ, nec unum è tribus principalioribus membris læſum ſit) modò telum haberi poſſit, etiamſi patiens multis miliaribus à nobis abſit. Et quia eſt conglutinantis ſuppurantis & renovantis naturæ, non permittit; ſi debito modo applicetur, ullum Symptoma noxium ſupervenire. Vid. Croll. p. 278.

OBSERVATIONES.

1. Ungatur telum, quo Homo vulneratus eſt, ſingulis dieb9 ſemel, ſi neceſsitas urgeat, & vulnus ſit ingens: alioquin ſecundo, vel tertio die inunxiſſe ſufficit, ſervetur in mũdo linteolo, & loco tepido, non nimis calido, ne damnum inferatur patienti. Cavendum etiam, ne pulvis deſuper telum cadat, nec ventus afflet in loco frigido, alioquin patiens ad inſaniam redigeretur.

2. *Antequam telum inungas*, conſidera, an punctim vulnus factum; quod ſi eſt, ungatur defenſorium illud ſuperiùs (& non inferius) *deſcendendo, alioquin nocumentum adferretur* ægrotanti.

3. Si verò non poſſis cognoſcere, quàm profundè, vel quomodo defenſorium illud in carnem introiverit, poteris illud totum perungere, alioquin ſufficit locum teli, quô aliquis læſus, inunxiſſe.

4. Non eſt neceſſe conſuere vulnus, more Barbitonſorum, ſed ſaltem linteolo mundo quotidiè circumligare in patientis urinâ madefacto.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0549-0

5. Quo *die* quis inungat telum, abſtineat à Venere.

6. Ante inunctionem teli, vulnerato etiam ſiſtatur citisſimè ſangvis.

7. In fractura & ruptura osſium, aliquid pulveris Symphyti majoris poteris addere ungvento, vel de radicibus Hellebori nigri. Habito telo, quo quis læſus & cupias ſcire, utrum patiens ſit moriturus, aut ſupervicturus, ſic experiêre.

Si illi telo ſupra carbones calefacto in tantum, ut posſis manum deſuper tenere, ſubtilisſimum pulverem è Santalo rubrô, & Hæmatit. aſperſeris, ſi ſudet guttas ſangvinis, morietur patiens, ſi minus evadet.

Si verò ſcire volumus, utrum patiens *ſe rectè gubernet, in potu vel aliis requiſitis, hoc cognoſcitur,* quando in defenſorio maculæ ſangvinis apparent, ſin minùs, tunc rectè ſe gerit.

Notandum deſuper.

1. Non habitis armis ſeu telo, nihilominus quamlibet cutis aperturam & læſionem violentã, per quam ſangvis egreditur, hoc ungvento ſanari poſſe, ita ut lignellum ſalicinum in apertura cruenta madefiat, & poſtquam ſangvis adhærens ſiccatus eſt (non ad Solis & ignis calorem, ſed ſponte & per ſe) demum infigatur ſupra dicto ungvento in pyxide, & ſervetur intꝰ relinquẽdo.

2. Si vulnus fortè magnum & profundum eſſet, ſingulis auroris mundificari poteſt, & recenti linteolo ligari, ſine omni alio uſu extraneorum Oleorum, Ungventorum & ſimilium: Tunc ſanatur hoc vulnus, quocunq; modo inflictum per ſe, & ſufficit lignellum ſemel tantùm in a, perturâ ſeu vulnere cruento priùs madefactum, ungvento pyxidis infixum manere, usq; ad ſanationem plenariam.

3. Attamen quoties vulnus aliquod novum ſanandum eſt, requiritur ſemper recens lignum.

4. Si verò vulnus nollet ſangvinem emittere, tamdiu lignello ſcarificandum, donec ſangvis effluat. *Sic etiam in dolore dentium ſanando, dens dolens tamdiu ſcarificetur* ſcalpello, donec ſangvinem emittat, ſcalpellum poſt exiccationem ſangvinis ungatur hoc ungvento, ſic confeſtim ſedatur dolor.

Si equus ſit clavo transfixus in pede, extrahatur priùs clavus, & inungatur, & citò curabitur pes equi ſine ſuppuratione.

Hîc quamvis non inopportunum eſſet agere de curâ Magneticâ, & quid de eâ ſtatuendum: *tamen* ne hîc tractatus creſcat in *immenſum*, in *aliam* commodiorem *rejicimus* occaſionem & *differimus* in praxin.

CAPUT

## CAPUT II.
## DE LAPIDE MEDICAMENTOSO, ALIAS LAPIDE SALUTIS DICTO.

LApis Medicamentoſus dicitur aliàs lapis ſalutis, quia multum commodi affert in Chirurgiâ, hoc eſt, Medicina extrinſecus adhibēda.

R. *Vitrioli Viridis* ℔. j.
*Albi* ℔. ß.
*Aluminis* ℔. iß.
*Anatron (id eſt, Salis, quod in petris creſcit.)*
*Salis communis ana* ℥iij.
*Tartari,*
*Abſinthii,*
*Artemiſiæ,*
*Cichor.*
*Perſicar.*
*Plantagin. ana* ℥ß.

*Ponantur in olla nova vitreata, affunde modicum aceti roſac. coque igne carbonum lento, ſæpiùs agitando: ubi incipit ſpiſſeſcere, adde ceruſſæ Venetæ* ℔. ß.
*Boli Armeni* ℥jv.
*Diligenter miſceantur omnia, donec vi ignis mediocris, in lapidis duritiem maſſa concreverit, qui poſtea fractâ ollâ eximendus, & ad ſuos uſus reſervandus.*

*Si gummata, Myrrham videlicet & Thus addere voles, inſtituatur coctio lenta, ne comburantur, & vis illorum in igne evaneſcat.*

### VIRES & USUS.

Virtutes ejus ferè innumerabiles.

1. In partibus corporis exterioribus omnia ulcera ſubitò tollit, laventur manè, & ſerò, & linteolum madidum ſuperimponatur.

2. Omnes defluxiones tollit, mundificat, & confortat partem affectam.

3. Reſiccat vulnera, & vetera ulcera Aphrodiſia, ſi linteum imbutum ſuperimponatur.

4. Dentes confirmat, & gingivas à putredine conſervat.

5. *Oculorum lachrymas* reſtinguit, rubedinemq; oculorum, dolores tollit & caliginem, ſi plumâ madefactâ anguli oculorum externi irrorentur.

Si in Ophthalmia utimur, poteſt ſolvi in aqua roſarum, vel Euphraſiæ, vel verbenæ: verbena in Junio & Julio, ante ſolis ortum colligatur, & cum vino per menſem priùs digeſta, poſtea deſtilletur.

6. Ignem ſacrum, ſeu Eryſipelas tollit linteum madidum ſuperimpoſitum; ubi ſiccum fuerit, iterùm madefiat, & ſpatio viginti quatuor horarum abibit, & ſi ſint foramina, eluantur hac aqua.

7. Scabiem manuum & corporis illâ ſanabis, ſi lavetur veſperi.

8. Contra ſerpigines, ſed tunc aqua non ſit nimiùm diluta, ut potentiùs agere poſſit: Sic etiam contra Tineam.

9. Adhibetur feliciſſimè ad cancrum mammillarum, jam apertum: item ad cancrum oris, aut quamcunq; affectionem Gingivarum, Noli me tangere, aut alia oris vitia. Ulcera gutturis & Scorbutum collutione ſanat expuendo poſtea, vel penicillo intincto abluatur.

10. Mortificat (pulcherrimè & mundificat) quamcunque plagam antiquam, ſine ulla patientis moleſtiâ.

11. *Ubi ſunt veſicæ albæ & puſtulæ in pedibus, eluantur apertæ hâc aquâ.*

12. Linteolum hoc madidum apoſtemati impoſitum, medetur illi: Ad omnis generis ambuſta linteolum madidum imponatur.

13. Ad ficus utriusq; ſexûs prodeſt, qui ſanantur, ſi linteamina madefacta applicentur.

## UTENDI MODUS.

Uncia una liqueſcat in lib. j. aquæ pluvialis, vel fluviatilis, non fontanæ diſſoluta, poſt filtrationem & fæcum abjectionem aquâ clarâ utimur. Vide Croll. pag. 270.

## Alius Lapis Medicamentoſus.

R. *Aluminis.*
*Salis Petræ,*
*Vitrioli ana ℥iij.*
*Boli Armeni ℥ij.*
*Plantag.*
*Abſinthii,*
*Chamomillæ,*
*Tartari ana ℥ij.*

*Fiat lapis in olla ſuper carbonibus.*

## Adhucalius Lapis Medicamentoſus.

R. *Aluminis,*
*Vitrioli,*
*Nitri ana ℥iiij.*
*Boli Armeni ℥iß.*

*Fiat lapis in olla vitream ſuper lento carbonum igne.*

## VIRES ET USUS.

Hi Lapides 1. in partibus corporis exterioribus omnia ulcera ſubitò tollunt, laventur ſerò & manè, & linteolum madidum ſuperimponatur.

2. Deſiccant vulnera vetera & Aphrodiſia, ſi linteum imbutum ſuperimponatur.

3. Dentes confirmant; & gingivas conſervant.

4. Putreſcere non ſinunt bonam carnem, inſuper corruptionem malæ carnis, ejusq; excreſcentiam impediunt.

5. Nervis truncatis, aut contuſis optima ſunt Remedia.

6. Contra Cancrum, Fiſtulam. Scrophulos, ignem Perſicum optimè valent.

7. Mitigant omnes dolores, cujuscunq; vulneris aut ictus.

8. Contra Rupturam.

9. Ficus cutis extrà & intrà ſanant.

Ejusdem ferè tenoris eſt & hic ſequens, ad omnia vulnera utilis.

R. ⊕li ℔. j.
*Salis Nitri* ℔ß.
*Ceruß.*
*Alumin.*
*Bol. Armen. ana* ℥iiij.
*Ammoniaci* ℥ij.

*Omnia benè pulveriſantur, ceruſſam verò, & bolum in marmore priùs benè terunt, ac acetô communi ad ſupereminentiam duorum digitorum affusô coquunt leniter in olla ſatis capaci; (inter coquendum aliàs facilè ebullit) donec omnia redigantur in lapidem durum.*

USUS.

Eatundem eſt virium cum prioribus.

ALIUS LAPIS SALUTIS.

R ⊕li *alb.*
*Salis Nitri ana* ℥iiij.
*Lithargyr. utriusq; ana* ℥j.
*Lapid. Calamin.* ʒvj.
*Miſce. F. Pulvis coquendus in ſ. q. Vini rubri ad lapidis duritiem.*

## *CAPUT III.*

## DE SALE, BUTYRO, SACCHARO, SEU MELLE SATURNI. *Vid. Croll. p. 27.*

MInium vel *Ceruſſa, cretâ* non adulterata, aceto vini deſtillato humectetur, miſceatur & exſiccetur. Tritæ materiæ affunde acetum deſtillatum, ad ſupereminentiã trium vel quatuor digitorum, ſtet in calido loco (non in hypocauſto, in quo habitent homines, fumus enim hujus aceti infuſi ſupra Saturnum nocivus eſt) per duos dies, vel in cineribus in digeſtione quater quotidiè agitando, & acetum in colorem flavum ac ſaporem dulcem mutabitur. (Vaſa ſint vitrea, nam terrea perfluunt) effunde, & reitera laborem affundendo novum acetum, donec non ampliùs coloretur, & dulceſcat. Abſtrahe acetum in Balneo, & manebit in fundo gummi, cui affundes aquam pluvialem deſtillatam, ut denuò ſolvatur, & fæces reſiduæ aceti ad fundum cadant; Perge recentem aquam affundere cineri, donec nihil ampliùs extra-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0553-8

hat: aquam *filtratam* evapora, habebis *Sal*, quod in cella humida in *Oleum* reſolvitur.

Sal primâ vice paratum, poteſt parùm ſaltem calcinari, ne meliores ſpiritus avolent, & in marmore teri: acetum deſtillatum iterùm affunditur, ut vicisſim ſolvatur in cineribus calidis per 3. vel 4. dies movendo ſæpiùs clarum filtratum effunditur, & evaporatur fæcibus abjectis.

Si hoc aliquoties reiteretur, Sal erit pulcherrimum & cryſtallinum, quòd ultimô in aqua fontanâ ſolvitur & evaporatur, vel per ſe in cellâ in Oleum liqueſcit.

VIRES & USUS.

*Hoc Saccharum Saturni omnes Mercurios ſublimatos, accorroſivos* dulces & innoxios facit: ideoq; in ulceribus corroſivis, quæ à Sale proveniunt, præſtans eſt Medicamentum. Sicut enim in vegetabilibus Saccharum vulgare acrimoniam & amaritudinem rerum temperat ac corrigit: ita mineralium & Mercurii & Arſenici tàm in magno, quàm in parvo mundo hoc Saturni Saccharum mitigat ac emendat.

2. Contra putredinem oris præſtantisſimum eſt Medicamentum.

3. In ulceribus malignis, corrodentibus, cancroſis, & ſimilibus Saturninis, Lupo, &c.

4. Contra Impetigines.

5. Purgat & mundificat ulcera vetera, Apoſtemata, vulnera: vix dici poteſt, quàm his ſit ſingulare Remedium.

6. Paracelſi ſingulare arcanum, contra omnis generis ambuſta, inflammationes, Tumores, ignem Perſicum, ſi miſceatur cum aqua plantiginis vel Solani, vel linteolis madidis tepidè applicetur: *Ita pannus cæruleus intinctus igni Perſico adhibetur.*

7. Contra puſtulas faciei rubeas.

8. Tumores tollit confeſtim, ſi cum Oleo olivarum & Chamæmeli, aqua Roſarum admixta applicetur.

9. *In inflammationibus & rubedine oculorum optimum, in aqua* Euphraſiæ & Roſarum.

10. Cum Oleo Terebinthino mixtum curat omnia ulcera & membra contracta, inunctione continuata.

11. Contra Cancrum, Fiſtulas.

12. Uſus præſtantisſimus in ulceribus mammillarum.

13. Omnes tumores, inflammationes & dolores membrorum illius uſu externo tolluntur.

14. In Colicâ aliquot *guttæ intra* corpus dantur in vino albo.

15. In magnis inflammationibus internis tria *grana* in aqua Roſarum & Plantaginis offeruntur. Poteſt etiam

etiam affundi ſpiritus vini, ut exhalet ſubtile, & hic eſſentificatus Spiritus loco Salis poteſt offerri. Saturnus eſt natura frigidus, ideò omnibus inflammationibus contrariatur.

16. In Quartanâ, & Lienis affectionibus: Item punctura circa umbilicum.

17. Poteſt miſceri Emplaſtris, Linimentis, vel per ſe reſolvi in Oleo, vel in aqua appropriata applicari.

18. Suâ frigiditate hoc Sal Saturni intra corpus ſumtum, libidinem Veneream reprimit. Qui in cœlibatu vivere conſtituerunt, & illo uti volent, conſultiùs facient, ſi regionem ſaltem externam admixto aliquo Oleo inungant. Ex hoc Saccharo deſtillatione artificiosâ ſpiritus elicitur inflammabilis, quo multi ſuo tamen proprio Sale fortificato, conati ſunt Auri calcem diligenter beneficio Aquæ Regis præparatam facere potabilem. Fides ſit penes cujusque Experientiam.

## Aliud Saturni Saccharum.

*Cryſtallino Sali ♄ni affunde ſpiritum vini tartariſatum ad 2. digitorum eminentiam, circula 15. diebus, quoad tota aceti acrimonia auferatur; ſic habebis dulciſſimum ♄ni Saccharum temperatum, & naturæ noſtræ amiciſſimum, infinitis affectibus inſerviens. Hoc facile in loco humido in Oleum abit, ad quævis maligna ulcera curanda præſtantiſſimum. Fit & ex ipſo pretioſus Balſamus ad ophthalmias & oculorum inflammationes: Sit autem priùs probè dulcoratum.*

## Vel.

*E pulvere Lithargyrii aceto forti non deſtillato, ſed per lacinias expurgato, Eſſentiam extrahe: extractiones digere, filtra, coagula ad oleitatem; Quod ſi dulcedinem absq; acetoſitate requiras, humiditatem ad calcem usq; abſtrahe. Hanc rurſus ſpiritu vini alcoolisato extrahe, extractiones coagula & deliquio in Oleum ſolve: Exhibentur grana ſex in peſte cum vino albo, curatur æger intra 24. horas. In hydrope cum vino albo 3. grana quatuor diebus. In Colicâ & Lepra 6. grana. Intrà ſumtum Veneris ſtimulos coërcet; In oris putredinibus malignis, erodentibus, & Cancroſis ulceribus mira præſtat; purgat enim & mundificat; & vulneribus ſingulare eſt remedium, ut & ad ambuſta, inflammationes, ignem ſacrum, ſi cum Aqua plantag. vel ſperniolæ miſtum cum linteis applicetur: tumores confeſtim tollit, cum Oleo Olivar. adhibitum, Ol. Terebinth. mixtum, omnia ulcera, & membra contracta inunctione curat: In quartana & Lienis affectibus adhibetur.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0555-0

## LIQUOR SATURNI.

*Saturni calcem cum aceto deſtillato factam & exiccatam, ſpiritu vini tartariſato macera, digere, ſolve, ſolutiones transfunde, novum ſpiritum affunde, quoad tota calx in liquorem fatiſcat, ſolutiones in Saccharum coagula, & hoc per deliquium in Oleum.*

## SPIRITUS SATURNI ARDENS.

*Calci Saturni vel minio affunde acetum deſtillatum, ut emineat, digere in loco calido 24. horis ſæpiùs agitando, ne in fundo concreſcat materia: menſtruum decanta, aliud affunde, digere ut priùs, idq; toties, donec omnis ſalſedo extracta fuerit: repetitiones ſæpiùs filtra & clarifica, & ad dimidium evapora, mox in loco frigido Cryſtallos exſpecta. Hos novo aceto ſolve, filtra, coagula, idq; toties, quoad ſufficienter armoniaco aceti Sale, ceu proprio fermento impregnetur. Digere per menſem leni balnei calore, ut olei inſtar reſolvantur: mox è retorta per arenam deſtilla, annexo capaci recipiente, optimè clauſo, ne ſpiritus evaporent, ſervatis ignis gradibus: tandem ſtillabit ſpiritus fragrantiſſimus. Abjectis fæcibus, Oleum flavum, ſupernatans ſpiritui ſepara, in fundo erit Oleum rubentiſſimum. Phlegma à ſpiritu ardente per Balneum ſepara, & rectifica; habebis fragrantiſſimum ſpiritum, ceu Balſamum pretioſum, tùm intra, tùm extra corpus ad varios morbos ſanandos.*

## CRYSTALLI VEL SAL SATURNI.

*E plumbi calce vel ceruſſâ, vel minio, vel Lithargyrio vel plumbagine, ochra plumbea, aut plumbi cineribus per acetum deſtillatum affuſum, digerendo in calidis cineribus, ſæpè movendo, ne in fundo materia concreſcat, extrahitur Sal ♄ni, reiteratis novis aceti affuſionibus, digeſtionibus, filtrationibus, quoad tota ferè materia reſoluta, tandem per debitas deſtillationes & coagulationes in Cryſtallos & Salem abeat. Quæres Quercet. tàm facilis erat, ut ex quavis vel minii, vel ceruſſæ, aut Lithargyrii libra, 10. vel 12. uncias Salis extraheret.*

### Sal Saturni Cryſtallinum aliud.

R. *Minii opt. q. v. ſuperfunde Acetum deſtillatum, digeratur aliquot per dies ſemper agitando, donec ſe non ampliùs tingat, filtra ſolutionem, & abſtrahe in cucurbita, poſt in ea ſine, ut in Cryſtallos abeat, tùm adhuc ſemel ſolve cum aceto deſtillato, & fac, ut anteà.*

### Oleum Saturni rubrum bonum.

R. *Ciner plumbi ſeu ♄ni q. v. Affunde deſtillati aceti q. ſ. pone ad lo-*

*cum*

*cum calidum benè lutatum in cucurbitam, digerantur per octiduum ſingulis diebus benè commovendo, & acetum dulcorabitur inſtar Sacchari, tùm effunde acetum, aliudq; affunde, donec omnis dulcedo ſit extracta: tunc adde in cucurbitam, ſuperimpoſito alembico, & deſtilla primò lento igne, pòſt fortiori, ut vitrum igneſcat; & aſcendet Oleum inſtar Rubini rubrum, fortioris & jucundioris odoris, ad multos corporis affectus certè utile. Eodem modo paretur & Oleum Jovis. Acetum verò quò eſt fortiùs, eò melius eſt.*

## BALSAMUS SATURNI.

Salem Saturni Cryſtallinum tere, impone vaſi vitreo longi colli, affunde Spiritum Terebinthinæ in cineribus calidis digere, Tincturam extrahe, ut è floribus Sulphuris fieri ſolet: Solvetur Sal in liquorem rubicundisſimum rubini inſtar, mox retortæ impoſita deſtilla inſtar Aquæ Stygiæ ſeu fortis, primò lento igne, quoad Spiritus Terebinthinæ exierit; deinde mutato recipiente auge ignem in horas, quoad totum Oleum exierit. Habebis Oleum, quod viribus naturale balſamum excedit, malignis ulcerib9, Cancro, polypo, noli me tangere, egregiè ſolâ inunctione medetur. Hoc idem Oleum in pulverem, & Lapidem coagulari poteſt.

## VITRUM SATURNI.

Prædicti Sacchari ſeu Salis Saturni. R. part. j. *Lunæ ſolutæ* part. ij. Arcani ⊕li part. iij. miſce, & probè incorporata, vitroq; rectè ſigillato impoſita lento cinerum calore 18. diebus digere, deinde ignem augendo in rubrum & pellucidum vitrum rubini inſtar, & fixum redige.

Hujus grana 5. cum *Vini momento ſumta, omnes* capitis affect9. tollunt, dolores leniunt, maniam curant, ſi ter, quatervè aſſumantur.

Et tantum hâc occaſione de *Medicinis ex Saturno deſumtis. Plura* videantur ap. Dn. Joan. Daniel Mylium Baſilic. Chymic. l. 3. c. 1. pag. à 291. ad 330. Item Dn. Agricolam part. 1. tit. de ♄no à pag. 255. ad 332.

## *CAPUT IV.*

## DE SPERNIOLÆ COMPOSITIONE.

IN Martio deſtilletur ſperma Ranarum per ſe in balneo triduum ante Novilunium collectum. Sic enim non fœtet. Habitâ hâc aqua.

R. *Myrrhæ ſelectæ,*
*Thuris ana* ℥ij.
*Croci Triti* ℥ß.

*Cam-*

*Camphoræ ℥iij.*

*Tere omnia & miſce. Hunc pulverem in vitro Aquâ Sperniolæ deſtillatâ vigeſies vel trigeſies imbibere convenit, ita tamen, ut ſemper priùs ſpontè exſiccetur, poſtea ad uſus ſuos ſervandus eſt. Intra corpus datur quantitas avellanæ ſemis, in Aqua Plantaginis, in Hæmorrhagia internâ, ubi omnia ſunt irrita.*

USUS & VIRES.

Suâ frigiditate ſangvinem coagulat: nam ad ſiſtendam Hæmorrhagiam internam, è naribus & gutture, ubi omnia deſperata ſunt, tria, vel quatuor grana intra corpus in aqua Burſæ paſtoris tutò exhibentur.

2. Si *reſolvatur* cum aceto, & *Eryſipelati, ſeu doloribus Podagricis* calidis exteriùs applicetur, plurimùm confert.

3. Hæmorrhagiam vulnerum externam impoſitione ſiſtit.

4. Si Panaritio per duas imponatur horas, necat illud, vel imponatur digitale è corio (multoties), priùs intus madefacto & exſiccato.

5. Mortificat etiam Cancrum, ſed efficaciùs ſola aqua Sperniolæ.

6. In profluvio muliebri contumaciſſimo, duo vel tria grana intra corpus in aquâ Artemiſiæ offeruntur.

7. Aqua Sperniolæ per ſe deſtillata, ſi tantillum aluminis in eâ ſolvatur, doloribus Podagricis, Linteis madefactis commodè & cum ſucceſſu applicatur.

Talem Sperniolam correctam facit Agricola part. I. Operum, Tit. de Saturno pag. 298. & 299.

R. *Thur. albiſſ.*
*Salis Saturni,*
*Myrrh. Rubr. an.* ℥j.
*Croci pulveriſat.*
*Camphor. ana* ℥ij.

*Omnibus ſubtiliter pulveriſatis affunde Aq. ſpermat.* R*anar. q. ſ. ad has ſpecies imbibendas, ſiccentur iterùm in leni balnei calore, poſt iterum imbibantur eadem aqua, & exiccentur, hunc laborem duodecies repete, tum ſubtiliter pulveriſetur, & ſervetur uſui.*

USUS.

*Earundem eſt virium cum priore,* paulò tamen fortior propter Salem Saturni.

Sic & multa alia ſunt remedia, ſangvinem ſiſtentia. Inprimis in ſiſtendo ſangvine commendatur Tragea granorum Actes, cui æqualis portio pulveriſatarum ſpongiolarum admiſceatur.

Vel fiat talis pulvis.

*R. Trageæ granor. actes,*
*Spongiol. Sambuc. exicc. ana* ℥iij.
*Album ovi in Sole exiccat.* ℥ij.
*Medull. Sambuc.*
*Gummi Tragac. puriſſ. ana* ℥j.

*Unumquodlibet per ſe ſubtiliſſimè pulveriſetur, poſteà miſceantur exactè.*

USUS.

## USUS.

Sangvine ſpongia imbibito, & quantum fieri poteſt, exiccato, inſpergatur Vulneri de pulvere præſcripto ſufficiens quantitas: quod ſi prima operatione non ſucceſſerit, vulnus iterùm ſpongiâ exiccetur, denuoq; pulvis inſpergatur, linteisq; concerptis & infarſis obfirmetur. Blochvvitius anatom. ſambuc. ſect. 3. cap. 31. pag. 277. 78.

## Pulvis Aſtringens ad ſiſtendam Hæmorrhagiam.

*R. Balauſt.*
*Nuc. Cupreſſ.*
*Acaciæ,*
*Sem. Sumach. ana ℥iij.*
*Fuligin. fornacum fabrorum ℥ij.*
*Sang. Drac. ℥ß.*
*Pulv. Sang. human. exiccat. ℥j.*
*Bol. Armen. ʒvj.*
*Lapid. pumic.*
*Alum. Roch. uſt. ana ʒiij.*
*Roſ. Rubr.*
*Myrtill. ana ℈ij.*

*M. in mortario æneo. F. Pulvis ſubtiliſſimus qui vulneribus aſperſus & 24. horas circiter ibidem relictus, eorum hæmorrhagiam egregiè ſiſtit. Gabriel Ferrara in Sylva Chirurgiæ l. 2. pag. 219.*

## Alius.

*R. Auricul. Muris,*
*Pentaphyll. ana ℥ß.*

*M. F. Pulvis. De hoc omni manè, tribus diebus continuis, ægrotis tantum, quantum medietas putaminis Nucis juglandis exhibe. Et ſi ſtatim removit, ſignum eſt ipſum moriturum: ſi non, evadet: vel ſi in poſticâ, non verò anticâ parte vulnus exulceretur, & ſaniem prodat, ſimili modo moritur; ſi non, evadit, quod ſæpiùs eſt probatum.*

## Aliud.

*R. Pulv. Herb. auricul. muris. q. ſ. Hujus cape ʒ j. in ovo ſorbili & juſculo, & vires ex ſangvinis profuſione attritas, valdè reficiet, ægrotumq; ex orco q. in vitam revocabit.*

## VEL.

*R. Auricul. mur. rec. q. v.*

*Contundantur in modum Cataplaſmatis, & imponantur vulneribus ſangvinem ſtillantibus, & arcanas experieris virtutes. Tabernæmontanus l. i. Herbar. c. 31. Sect. 5.*

## Potio Vulneraria univerſalis, id eſt, tàm Internis, quàm Externis vulneribus & ulceribus conducens.

*R. Radic. Tormentill.*
*Conſol. major. ana ℥j.*
*Herb. Limon.*
*Sanic.*
*Pyrolæ,*
*Verben.*
*Alchymill.*
*Perſicar. ana Mj.*

*Vincapervinc.*
*Ruberti ana Mſs.*
*Flor. Hyper.*
*Centaur. min.*
*Verbaſci ana p. ij.*
*Aſtacor. purgat. & exſiccator. num. 6.*
*Mumiæ ℥ſs.*
*Fiat decoctio in vino alb. & Aq. Veron. Doſ. cochl. iij.*

## CAPUT V.
## DE BALSAMO SULPURIS RULANDINO AD VULNERA.

Rec.

F*Lorum 🜍ris puriſs.* ℥j.
*Camphor. intra chartam contritæ* ʒij.
*Ol. amygd. dulcium* ℥iiij.
*(alii malunt Ol. nucum juglandium, vel papaver.) digerantur in cineribus, donec 🜍 ſolvatur, quod aliquando paucarum horarum ſpacio contingere ſolet.*

### USUS.

In Chirurgiâ inſigne & exoptatum præſtat juvamentum hicce Balſam9 dum nimirum uſurpatur:

1. Ad vulnera contuſa & ulcera putrida, quarumcunq; partium, quæ ille egregiè mundificat, à malignorum humorum influxu præſervat, pus laudabile, ac poſtea carnem in illis citisſimè generat, tandemque conſolidat, ut hoc ipſimet experientiâ didicimus ac compertum habemus.

2. Adhibetur ad ſerpigines, Lentigines, ac Impetigines, nec non Scabiem ac Fiſtulas.

3. Ad vermes in vulneribus ac ulceribus putridis enatos enecandos.

4. Ad tumores duros emolliendos ac reſolvendos.

5. Ad ambuſtionem ex quacunq; cauſa.

Plures ejus virtutes prolixè memorat Rulandus Centur. 1. Cur. 92.

Hujus autem Balſami 🜍ris variæ cùm dentur deſcriptiones, libet & nonnullas hîc apponere.

### ALIA D. SENNERTI.

R. *Sulphur. Citrin.* ℔. j. ſs. *in ſpiritu vini opt. coquatur & deſtilletur in alembico vitreo, adde*
⊕*li* ℥iſs.
☿*ri* ℥j.
*deſtillentur, & habebitur Balſamus Sulphuris colore rubeo.*

### VEL:

*R. Sulphuris q. libet E. G.* ℔. j.
*Spiritus Vini* ℔ ſs. *vel q. ſ.*
*macerentur in loco calido per dies 3. ſingulis diebus agitentur, poſtea adde* ⊕*li*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0560-7
DFG

🜔li albi uſt. ℥iij.
☿ri uſt. vel calcinati ℥j.
*Deſtillentur accuratè.*

Alia Joan. Daniel Mylii, Baſil. Chymic. T. 5. c. 3. de Sulph. p. 705.

R. *Ol. Omphacin. opt.* ℔. j.
*Spiritus Terebinth.* ℥ij.
*Fl. Sulphuris* ℥vj.

Ferveſiant, dum rubente colore tingatur, pòſt coletur, & colatura ſervetur uſui. Hujus verò uſus magis eſt extrà.

ALIA EJUSDEM, d. l. p. 700.

Balſamus Sulphuris ex flor. Sulphuris & Terebinthinato proprio mēſtruo in calore ſicco per aliquot *dies digeſtis extrahitur color inſtar* Rubini. Menſtruum ſeparatur, & remanet Oleum Sulphuris rubicundiſſimum, quod circulari debet cum vino deſtillato & alcooliſato. Et hoc modo Balſamus ex ſulphure extrahitur. Cujus guttulæ 3. aut 4. exhibentur cum Aq. Hyſſopi ſuſpirioſis & purulenta extusſientibus.

Alia Ejusdem. p. 679.

R. *Fl. Sulph ter ſublimat. part.* ij.
*Camphor. part.* ß.
*Ol. Terebinth. part.* viij.

Flores & Camphoram, trita & cribrata per ſetaceum, pone in cucurbitam ſtrictioris orificii: ſuper funde tuum Oleum omnibus benè obturatis, colloca vas in arenam, & da ignem lentum per duas horas, ut arena calefiat, poſtea augeatur ignis, ut bullire incipiat in vitro, ſic Sulphur reſolvitur in Oleum.

Hic eſt Balſamus admirandus in vulneribus, & ulceribus medendis, tumores emollit & diſcutit. Adhibetur autem vel per ſe, vel ungventi formâ, vel in Emplaſtrum cum aliis redactum.

☞ Convenit autem hic Balſamus magis exterioribus, quàm intrinſecis.

ALIA RUBINI SEU BALſami Sulphuris Deſcriptio Dn. Deodati. l. 1. panthei Hygiaſtici c. 12. pag. 149.

Ad unc. iij. flor. Sulphuris debito modo ſublimatorum, cucurbitæ in*ditorum*, affunde *Ol. Terebinthin.* vel Juniperin. ut 4. digitos emineat, ſtent in loco ſeu arena calente, quotidiè vaſe agitando, ſic tandem Sulphur in ſangvineum liquorem ſolvetur. vaſe refrigerato. Tincturam decanta, novum ſolvens affunde, fac, ut priùs, donec omnis abſoluta ſit ſolutio, nec quicquam ampliùs tingatur, collectas tincturas balnei calore deſtilla, & menſtruum ſepara, relictæ in fundo tincturæ ſpiritum Vini, vel ſpiritum Junipe-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0561-2

rinum affunde, ſine ut tingatur, Rubinum ſepara per inclinationem, alium vini ſpiritum affunde, ut priùs, tandem junctas tincturas per balnei teporem aliquandiu circula, poſteà, evocato ſpiritu, in fundo habebis mellis craſſitie Balſamum. Rubinum, ſeu ſangvinem ſulphuris, magnum in Medicina theſaurum, in Phthiſi, pectoris affectibus, Peſte, Febribus malignis, variisq; humorum corruptionibus.

## De EMPLASTRO DIASULPHURIS RULANDI.

Ex modô tradito ac deſcripto Balſamo, tale quoq; Emplaſtrum, quod Diaſulphur Rulandus vocat, componitur.

*R. Balſami, ſeu Olei prædicti ℥iij.*
*Ceræ ℥ß.*
*Colophoniæ ʒiij.*
*Myrrhæ ℥iijß.*

*Cerâ, Colophoniâ, oleoq; liquefactis ſimul & benè commixtis inſpergatur Myrrha ſubtiliſſimè trita paulatim, igneq; lento coquantur, ſpathâ ſemper agitando, donec permixta fuerint benè. Poſtea, nimirum poſt quartam horæ partem, ab igne deponantur, & paulatim frigeſcant.*

## USUS.

Emplaſtrum hoc præſtantiſſimũ, certiſſimum & infallibile, curat omnis generis ulcera & vulnera, ſeu recentia, ſeu antiqua, eaq; à putredine ac Gangrænâ potenter tuetur, ut quilibet fatebitur, qui ejus faciet periculum.

Jam ut variæ fuêre Balſami, ſeu Rubini 🜍ris deſcriptiones: Sic non minus variæ ſunt & hujus Diaſulphuris deſcriptiones, quæ ordine videndæ.

## DIASULPHUR JOANNIS Petri Fabri in curatione morbor. Curat. 10. pag. 308.

*R. Ceræ,*
*Colophonii ana part. æqual.*
*Myrrh. partem ß.*
*Balſami 🜍ris omnium æquali pondere,*
*ut in ſufficientem Emplaſtri conſiſtentiam reducatur.*

## Aliud Dn. D. Levini Fiſcheri.

*R. Balſam. 🜍ris cum Oleo Terebinth. ʒij.*
*Myrrh. in tenuiſſ. pollinem redact. ℥j.*
*Ceræ & Terebinth. ℥j.*
*Ol. Hyperici ʒj.*
*Liqueſiant pro Emplaſtro malaxando.*

## OBSERVATIO.

Ex hoc additâ Magnetis præparat. ʒj. facit idem D. Fiſcherus Emplaſtrum

plaſtrum ſuum magneticum: quod interdum pro re nata cum ☉ potabili in caſibus deſperatis commiſcetur, & potentiùs hoc Emplaſtrô Diaſulphuris ſimplici in omnibꝰ operatur.

### Aliud Dn. D. Agricolæ.

R. *Ceræ flavæ ℥iij.*
*Ol. 🜍ris deſtillat. ℥iiß.*
*Colophoniæ ℥ß.*
*Myrrh. rubr. ℥iij.*

Cerâ Oleoq; liquatis, ſpatulâ lignea diligenter agitentur, & per quadrantem horæ coquantur, colophoniam & myrrham pulveriſatâ pedetentim & paulatim inſpergendo, ſpathaq; ſemper agitando, donec ferè juſtam acquirat Emplaſtri conſiſtentiam; tùm inſperge terræ 🜖li dulcis ℥j. benè agitando; poſteà ab igne deponantur, refrigeſcant, & Magdaleones formentur.

### OBSERVATIO.

Quia vero Emplaſtrum hoc nimis eſt calidum, & non ubiq; præſertim in calidis affectibus eô tutò uti poſſumus, imò ſuo calore interdum errore victus prægreſſo, aliaq; de causâ, & jam frigidos alteret; rectè hîc Agricola admonet, hoc eſſe corrigendum, & efficiendum, ut univerſaliter eô uti poſſimus: quod ſequenti modô Agricola facere docet:

R. *Balſam. 🜍ris ℥ij.*
*Sacch. Saturni ℥j.*

Pone loco calido, dum omnia ſoluta ſint, & habebis Balſamum exoptatisſimum ad intentionem tuam implendam, ut videlicet hoc ipſo in omnibus affectibus tutò uti posſis: Saccharum enim Saturni facilè in Balſamo Sulphuris ſolvitur, & teſtis eſt experientia, quòd ſimili etiam modo per Oleum Terebinthinæ Oleum Saturni paretur. Recipimus etiam loco olei Terebinthinæ, Oleū Juniperi ex baccis: pari etenim modo Saturnus in liquorem, Rubini inſtar, rubicundum ſolvitur, ac flores Sulphuris, & tùm cum ſpiritu vini ulteriùs extrahitur, & ita eſt modus operandi ſat facilis & aptus. *Proinde benè ambo conveniunt, & in una ſede morantur:* Uterque enim naturalem Balſamum continet, ac ſecum vehit. Cum autem Balſamus *egregia quoq; ſit Medicina in* Herniis, & fracturis oſſium, ideoq; Dn. Agricola etiam pro his l. 1. operis. Tit. de Sulph. pag. 416. ſequentem Balſamum Sulphuris, vel Emplaſtrum præſcribit, quod

R. *Balſam. 🜍ris ℥ij.*
*Ol. Maſtich. ℥j.*
*Croci ♂tis ℥ß.*
*Terræ ſigillat. ℥iß.*
*Terra 🜖l. dulcis ℥j.*

*Conſlor. rubr. præparat.*
*Magnet. præp. ana ℥ſß.*
*Extr. Conſolid. major.*
*Ariſtol. rot. ana ℥iiſß.*
*Fiat Mixtura.*

## CAPUT VI.
### DE
## ALIO OLEO SULPHURIS.

Rec.

Flor. *Sulphuris ℥ij.*
*Ol. Hyper.*
*Terebinthin. ana ℥iij.*
*Fiat ſ. a. ſuper igne Balſamum.*

### De
### Emplaſtro Diaſulphuris alio.

*R. Prædicti Olei (alii ſumunt Ol. Sulphuris per campanam facti) q. ſ.*
*Ceræ albæ, ℥j.*
*Colophoniæ ℥ſß.*
*Myrrh. ℥ij.*
*Fiat. ſ. a. Emplaſtrum.*

Nullum vulnus tàm contumax poteſt eſſe, quin hoc oleo & Emplaſtro Sulphuris perfectisſimè curetur.

Hîc etiam convenienter mentio facienda videtur Magneris Arſenicalis, & Emplaſtri ex eodem facti, Dn. D. Hartmanni in Notis ad Crollium pag. 421.

Poſterior forma Arſenici in periapti modum cooptandi eſt hæc.

R. *Arſenic. Cryſtallin.*
*Sulphur. flavi,*
*Antimon. crudi an. ℥iij.*

Pulveriſata omnia ſubtiliter & miſta pone in vaſculum terreum, & ſuper igne lento fac, ut leniter fundantur, cavendo tamen à fumo. Agitentur ſpatulâ ferreâ, donec nempè inſtar Terebinthinæ ductitentur, & color fiat rubens ſubobſcurus. Poſtquam refrixerint omnia, materia in Picis modum indureſcit: priusquàm verò hoc fiat, manibus Oleô Roſarum illitis, ex materia hac tàm molli formentur placentulæ, *quæ in ſindone collo appenſæ ſimili modò ab infectione tutum retinent.* (Fumus eſt fugiendus, qui venenatus eſt ex Arſenico.) Verendum non eſt, etiamſi ex venenis perniciosis compoſitum ſit. Sulphur nimirùm tum ♃ii, tum Arſenici virulentiam mitigat, eaq; ad bonitatem magis idonea reddit. Cæterùm ex hâc ipsâ compoſitione inſigne fit cauſticum potentiale, quod nullam parit inflammationem, ſed ſine dolore cutim corrodit. Ex eodem fit præſtantisſimum Emplaſtrum attractivum in peſte, apoſtemata & carbunculos citisſimè maturans, rumpens, & venena potentisſimè

ſimè attrahens. Similiter ulceribus putridis & venenoſis, curationem non facilè admittentibus, applicatum biduò vel triduo venenum in marginem ulceris attrahit, inq; nigerrimam & putridam eſcharam condenſat, quæ Butyro recenti vel Oleo Roſarum emollita, ſpatula removetur, ſubtus ulceribus fundo rubro & mundo exiſtente Compoſitio Emplaſtri eſt talis.

## Emplaſtrum ex Magnete Arſenicali.

*R. Gummi Serapin.*
*Ammoniac.*
*Galbani ana unc. iij.*
*Diſſolve in acet. ſcyllit. q. ſ. poſtea per laciniam linteam exprime, & ebulliendo viciſsim inſpiſſa, & ſerva.*
*Deinde*
R. *Cera,*
*Terebinth. opt. ana unc. iiij.*
*Pulv. prædictæ compoſition. magnetis Arſenical. unc. iij.*
*Ol. ſuccin. unc. ij.*
*Ceram & Terebinthinam lento igne miſce, & remota ab igne agita, ut in modum unguenti coeant, adde gummata ſoluta & collata viciſsim agitando diligenter miſce. Exinde forma magdaleones, ac in veſica cum Ol. Scorpii illita, ſerva ad uſum.*

Vide etiam praxin Chymiatricam editionis Lipſienſis. pag. 229. 230.

## Emplaſtrum Magneticum Attractivum aliud.

R. *Picis naval. unc. jv.*
*Sal. Arſenic. unc. iſs.*
*Sacch. Saturni unc. ſs.*
*Fimi columbin. ℥ij.*
*Cera q. ſ. pro incorporatione Emplaſtri.*
Agricol. part. 2. tit. d. Arſenico. p. 536.

## Aliud Emplaſtrum Attractivum in vulneribus venenoſis. Ejusdem l. d. p. 540.

*R. Cera Terebinth. ana unc. iiij.*
*Salis Arſen.*
*Terra ⊖l. dulcis,*
*Magnet. ana unc. j.*
*Terra ſigill. unc. ſs.*
*Spiritus ☿rii ℥v.*
*Ol. ♀ unc. ij.*
*F. L. a. Emplaſtrum.*

Horum omnium uſum cum exemplis multis Dn. Agricola declarat, lectores ad Tit. de Arſenico à pag. 522. ad 631. remitto, ut eum ibidem conſulant, inq; ſuum uſum & ſuccum convertant.

CAPUT

## CAPUT VII.
## DE
# OLEO OVORUM.

Recip.

OVa recentia numero xxx. coque, donec penitus indurentur. Poſtea vitellos eorum exime, & comminutos aſſa in ſartagine movendo, donec rubeſcant, & pingvedinem quandam remittant. Deinde offam ferventem injice in ſacculum pilis contextum, & exprime, quodq; expreſſum fuerit Oleum, repone.

VIRES & USUS.

Experientiâ plurimâ probatum eſt, cutim expurgare, impetiginem, ſerpiginem, & alia cutis vitia perſanare, capillos regignere, & ulcera maligna, & fiſtuloſa curare.

## CAPUT VIII.
## DE
# OLEO HYPERICI HERBÆ.

Recip.

SUmmitatum *Hyperici jamjam matureſcent.* ℥iij.

*Macerentur in vino odorifero diebus tribus, bulliant deinde in vaſe duplici, obdurato orificio vaſis: Poſtea exprime tum etiam tertiò recens Hypericum adde: Et ſi vinum minuitur, adde aliquid. Poſtea*

*R. Terebinthinæ claræ* ℥iiiſs.
*Olei veteris clari* ℥vj.
Croci ℈i.

*Coquantur in duplici vaſe usq; ad conſumtionem vini: poſtea exprime, & à ſedimento purgatum Oleum repone.*

VIRES & USUS.

Calidum & ſiccum eſt ſtipticum, obid conſolidat vulnera inciſorum nervorum & combuſtionem ignis, ſedat dolores femoris & veſicæ, & provocat urinam.

### Aliud Oleum Hyperic.

R. *Sem. Hyper. q. v.* fiat ex hoc Oleum, vel per deſtillationem, vel expreſſionem, adde æqualem portionem Terebinthin. Vini boni opt. q. ſ. coq. per horam: pòſt adde Ol. Olivar. portionem ſemiſſem vel dimidiam: Iterum coque per horam: pòſt adde fol. perfoliatæ benè magnam quantitatem, vini q. ſ. coqu. iterùm *6.* horis ad vini conſumtionem. Pòſt ponantur ad Solem, & per menſem digerantur, & *Balſamum* fiet ſaluberrimum. *Dornæus.*

### Oleum ſeu Balſamus alius Hyppericі.

R. Flor.

R. Flor. Hyperici in umbra benè exiccator. q. v. ponantur in vitrum, & affunde Ol. olivar. opt. & puri, Juniperin. expreſs: ana unc. iiij.

Miſce invicem, & ſuperemineat Ol. unum digitum. Ponantur ad ☉. per menſem, & Oleum inſtar ſangvinis fiet rubicundum, quod coletur per ſetaceum: Benè colato adde ad ſingulam libram ſemiſſem,

*Balſami maſtich.* unc. ij.

Adip. ſerpentin. ʒj.

Benè miſceantur, & Balſamus fit ſaluberrimus ad vulnera venenô infecta, quæ ſanat. Si vis citiſſimè hunc Balſamum perſanare vulnera, illum cum viſci ex cute humana percocti pulvere permiſtum inſtar ungventi cum turundis vulneri impone. Hic *viſcus enim per ſe Balſamus eſt vulnerarius*, ſi hoc ipſo vulnus conſvatur vel inſtar pulveris vulneri inſpergatur. Agricola l. 2. tit. d. Balſamis. pag. 984.

## Alia Olei ſeu Balſami Hyperici præparatio ad Peſtem.

R. *Flor. Hyperici,*
*Centaur. minor. ana* ℔. j.
*Impone in vitrum, & affunde*
*Ol. olivar. puriſſ.*
*Lini ana* ℔. j.
*Ol. Terebinth.* ℔. ij.

Vitrum ponatur per menſem in ſole ad circulationem, poſtea colentur, & exprimantur. Hujus

R. ℔. *ij. & inde*
*Scorpion. vivent. num. 30.*

donec emoriantur: tùm Oleum per inclinationem effunde, & ſequentes adde ſpecies.

R. *Rad. Tormentill.*
*Carlin.*
*Ariſtoloch Rot.*
*Dictamn.*
*Zedoar.*
*Gentian.*
*Centaur. min. ana* ℥iij.

Spiritus vini opt. ad eminentiam 3. digitorum: benè obturata ponantur in lentum balnei calorem per 14. dies ad putrefactionem; poſteà adde

*Myrrh.*
*Aloës ana* ℥ij.
*Croci unc.* j.
*Theriac. opt. unc. iij.*

Stent iterùm per duos dies in loco calido, vel ad ſolem, poſtea fortiter exprimantur, & ſerventur uſui in mundo vitro, per aliquod tempus ſoli exponendo, ut benè circulentur, & erit paratum & perfectum. Joann. Poppius de peſtilitate pag. 158. & 159.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0567-7

## CAPUT IX.
### DE
# OLEO MYRRHÆ.

PRæſtantisſimum eſt vulnerarium, cujus deſtillatio ſequenti modo perficitur.

℞. *Myrrhæ lib. j.*
*Salis unc. iij.*
*Silicium uſtorum & contuſorum lib. iſs.*

Alii ſumunt cineres, vel arenam. Imponantur Retortæ, vel cucurbitæ vitreæ, collocentur in arenam, vel cineres, accendatur ignis & primò exſtillabit Liquor cum oleo, quæ diligenter ſeparentur.

Hoc Oleum eſt præſtantisſimum vulnerarium; præſertim ubi nervi læſi ſunt, & arteriæ contuſæ, cancrũ etiam curat.

## CAPUT X.
### DE
# OLEO CERÆ.

OLeum Ceræ alii aliter deſtillant: *Alii per Retortam: Alii addunt ceræ liquefactæ farinam laterum,* aut lotos cineres, & diligenter miſcent, donec materia incipiat inſpiſſari. Hinc formant globulos, quos Retortæ injiciunt, & gradatim deſtillant. Alii, & quidem commodè, per Alembicum deſtillant, ſicut Gummi, tertiâ vel quartâ parte cinerum adjectâ. Sunt qui ſine adjectione id præſtant hoc modô: Cucurbitæ, in quâ ceram deſtillare voles, aliquid olei lini vel olivarum infundas, ita, ut undiq; oleo cucurbita madeſcat. Hinc inverte Cucurbitam, ut Oleum iterùm exſtillet. Idem fac in Alembico. Poſtea lib. j. ceræ huic cucurbitæ injice, & in arenâ, vel cineribꝰ oleum gradatim deſtilla. Ex lib. j. ceræ olei ℥vj. vel *unc. vij. elici poſſunt.*

Verùm quia Oleum ceræ plerunq; quando exſtillavit, mox inſtat Butyri concreſcit, & coagulatur: affuſa aquâ rectificatur, donec oleum pellucidum & fluidum fiat.

VIRES & USUS.

Hoc Oleo utimur magis externè, quàm internè, ita, tamen, ut id aliquando ſine additione, aliquando etiam cum additione ungventi, vel alterius olei uſurpemus. Præterea in Pleuriſi, Phthiſi & Atrophiâ crurum & cubitorum, quando aliis ungventis, vel Oleis miſcetur, & latera vel regio cordis eo illinitur, laudabile eſt Medicamentum.

3. Fiſſu-

3. Fiſſuras in labiis, mammillis, manibusq; ocyus curat.

4. Dolores Nephriticos, Podagricos, contracturas, aliaq; nervorum vitia ad miraculum quaſi tollit.

5. Scabies ex quocunq; genere ea ſit vel ex quacunq; cauſa ea facta, hoc oleo ſanatur citiùs opinione.

6. Ad omnis generis vulnera, vel punctiones ſanandas, Oleum hoc efficaciſſimum.

## CAPUT XI.

## DE BALSAMO VULNERARIO EFFICACISSIMO.

Quo omnia vulnera & punctiones membrorũ, juncturarum, nervorum, ictûs etiam telo, ſeu globo tormentario facti, tutô ſine ullo ſuperveniente Symptomate curari poſſunt.

℞ *Florum Hypericonis lib. j. colligantur flores cum Solis ortu, Balſamitico tempore, in exaltatione videlicet circa Feſtum Johannis ante Novilunium.*

*Florum Cheiri, verbaſci,*
*Chelidoniæ,*
*Centaur. minoris, Ariſtolochiæ,*
*Brunellæ, Chamomillæ,*
*Conſolidæ mediæ, vel majoris unciam,*
*Foliorum Roſ. rubr. ℥iſs.*
*Mumiæ transmarinæ,*
*Myrrhæ,*
*Thuris ana unciam j. & ſemis, Maſtichis unciam unam, Storacis liquidæ uncias duas, inciſis incidendis, & tritis terendis. Ponantur in vaſe, & affundantur menſuræ duæ boni ſpiritus vini, ſtent in digeſtione omnia retrò fornacem, vel ad Solem. Poſteà effundatur ſpiritus vini tinctus, & fæces prælo exprimantur.*

*Tandem addatur huic ſpiritui tincto (niſi velis majoris efficaciæ ergò reiterare macerationem florum) Olei Olivarum recentis, quod ſupra ramenta pinguia abjetina per octo dies in digeſtione ſtetit, libras quinq; Terebinthinæ claræ noſtratis, & Reſinæ Laricea lotæ in aqua Hypericonis, lib. unam & ſemiſſ. iterùm per quatuordecim dies omnia digerantur. Ultimò abſtrahatur Spiritus vini in Balneo Mariæ. Tunc Balſamum manebit in fundo rubeum inſtar ſanguinis.*

*Hyeme prædictarum herbarum ſemina parabilia trita Balſamo injiciantur, & ponantur in digeſtione, & longè potentius operabitur.*

### VIRES & USUS.

1. Contra omnis generis vulnera plu-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0569-1

plumaceolum, vel flocci molles, qvi circa ſemen cardui benedicti, vel in Populo arbore creſcunt, tepidè intingantur, & vulneri priùs vino eloto indantur, ſuperpoſito Emplaſtro ſtictico ſeqventi tam diu, quoad nec venæ, arteriæve, nec nervi, & vincula media, aut alia id genus appareant.

2. In omnibus Tumoribus, inflammationibus, contractis & contuſis membris, Fracturisq; oſſium.

3. Contra morſus canum, non neglectis aliis Remediis, ſi morſus ſunt venenati.

Balſamum eſt ad vulnera & punctiones ſanandas efficaciſſimum.

Sic tale Balſamum vulnerarium ex Sambuco deſcribit Blochvvitius in Anatomia *Sambuci Sect. 3. c. 31.* pag. 275. & 576.

Ad vulnera citò & tutò conſolidanda tale eſt Balſamum.

R. *Folia Sambuci tenera & recentia: Contunde, ſuccumq; fortiter affuſo pauco vino exprime. Recipe ſucci hujus depurati, quantumvis: adde Ol. infuſionis florum æquam portionem.*

*Coq igne prunarum lucido, continuè Spatulâ agitando ad aquoſitatis conſumtionem, poſtea*

*R. Olei hujus ita præparati,*
℥iiij.
*vel v.*
*Ex Bacc. carillis expreſſi* ℥ij.
*Terebinth. Venet.*
*claræ* ℥iij.
*Virid. æris* ʒiij.

Optimè ſpatulâ ſuper igne lento miſta, ſtent per octiduum in Sole, vel alio loco calido, ut fæces ſubſidant, à quibus purum balſamum ſeparandum, quod calidiusculè vulneri cum bombace inditum, linteisque obvolutum multorum precioſiſſimorum vires æmulabitur: poteſt etiam addi Olei Sacchari Sambucini unc. ſem.

## ALIUS BALSAMUS.

R. *Terebinth. Venet.* ℔. j.
*Mell. alb. deſpumat.*
*Ceræ novæ ana* ℔. ß.
*Carpobalſam.*
*Ammoniac.*
*Mumiæ.*
*Opobalſam.*
*Bdell. ana unc.* ij.
*Gumm. Arab.* ʒij.
*Benzoes,*
*ſtyrac. calamit. an unc.* ij.

Omnia hæc invicem contundantur, in bollia vitrea cum ſuo recipiente ê luto obfirmata incorporentur & deſtillentur. Exibit Oleum auri colorem repræſentans, quod in ampulla vitrea optimè occluſa conſervetur. Eſt oleum odoriferum ad omnes dolores debellandos maximè aptum. Gabriel. Ferrara. l. 3. Sylvæ Chirurgicæ, pag. 360.

## Alius Balſamus vulnerarius excellens.

R. *Gum-*

*R. Gummat. Bdellii.*
*maſtich.*
*myrrh.*
*thuris,*
*Galban.*
*Stomcis,*
*Laudani ana unc. ij.*
*Ex his omnibus deſtilla oleum, eiq; adde*
*Eſſentiæ Magnet. unc. j.*
*Ol. Terebinth. unc. ijß.*
*Succini unc. iij.*
*Balſam. Maſtich. unc. jß.*
*Saturni unc. ij.*
*miſceantur invicem benè pro Balſamo.*
*Agricola. l. d. pag. 985.*

## CAPUT XII.
## DE EMPLASTRO STICTICO EXCELLENTISSIMO.

IN cujuscunq; ſalutaris Emplaſtri compoſitione, ſecundùm Paracelſum, quatuor diverſorum generum ingredientia conſideranda venient.

1. Sanatio, quæ fit ratione ceræ & colophoniæ.

2. Accidentia, quæ tolluntur & impediuntur beneficio Gummatũ, ſcilicet Opopon. Galban. Sagap. Bdellii, Ammoniaci, Elemi.

3. Putredo (qvodlibet enim vulnus etiam ſine accidenti, putredini obnoxium, generat vermes, & carnis malæ excreſcentiam) qvæ tollitur & præcavetur ope magnorum conſolidativorum, Maſtiches ſcilicet, Myrrhæ & ſimilium.

4. Ut præſervet à mucore, ſcabie, aridura, contractura, ſynoviâ & ſimilibus accidentibus, quod fit per mineralia, ſcilicet Lithargyrium, Minium, Antimonium, Ceruſſam, Marcaſitam, Calaminarem & ſimilia.

Componitur itaqve hoc Emplaſtrum præſtantisſimum Sticticum ad vulnera, ulceraque telo inflicta ſequenti modo.

I.

*R. Minii,*
*Calaminaris ana ℔ j.*
*Lithargyrii*
*Auri,*
*Argenti ana unc. iij.*
*Olei Lini,*
*Olivarum ana lib. j. ß.*
*Laurini ℔. ß.*
*Ceræ,*
*Colophoniæ ana lib. j.*
*Vernicis,*
*Terebinthin. ana ℔ ß.*

II.

*R. Opopanacis,*
*Galbani,*
*Sempini,*
*Ammoniaci,*
*Bdellii ana unc. iij.*

*Cambe Citrini,*
*Olibani,*
*Myrrhæ Alexandrinæ*
*Aloes Epat.*
*Ariſtolochiæ rotundæ, longæ ana unc. j.*
*Mumiæ transmarinæ,*
*Magnetis,*
*Hæmatit. ana unc. iſs.*
*Corall. albor. rubror.*
*Matris perlar.*
*Sangvinis Dracon.*
*Terræ Strigonenſis,*
*Vitrioli albi ana unc. j.*
*Florum Antimonii* ℥ij.
*Croci ♂tis* ℥iſs.
*Camphoræ unc. j.*

## Modus parandi eſt talis ſervandus.

1. *Gummata quinq; in aceto macerata* & coćta exprimantur per linteum craſſum, bis repetendo cocturam. (Doſis Gummatum poteſt augeri propter fæces ab expreſſione remanentes & abjiciendas) poſtea ſuper lentum calorem in munda ſartagine, usq; ad conſiſtentiam mediocrem inſpiſſentur.

2. Oleum lini, & olivarum imponatur alteri ſartagini, & addatur Lithargyrium Auri & Argenti, coquantur agitando, donec oleum coloretur, poſteà addatur Calaminaris, & paulò poſt Minium, omnia illa agitando ferè per duas horas, coquantur ſimul ad ſufficientiam, cujus proba eſt, ſi ſupra ungvem gutta concreſcat & condenſetur, nec amplius diffluat.

3. Tandem etiam addatur circa finem vernix, Oleum Laurinum, Cera, Colophonia: Omnibus benè invicem mixtis & liquefactis, & ab igne ſepoſitis, poſtea da operā, ut ſartago cum Gummatibus paulatim calefiat, & ſucceſſivè affunde liquorem è ſecundâ ſartagine gummatibus diligentisſimâ agitatione incorporandis, ſupra lentisſimum calorem, (cave ne bulliat, alioquin gummata in grumos coëunt, & oleo difficulter miſcentur) poſtea agitando addantur pulveres, & diligenter per horam omnia agitentur. Ultimò *Camphora reſoluta in oleo* Juniperino addatur: Si fortè nimis durum eſſet, addatur aliquid adhuc ceræ & Colophoniæ.

Proba juſtæ decoctionis hæc eſt: Bacillo intincto guttulas aliquot in aquam ſtillare ſinito, ſi digitis adhæſerit materia mollis, coquatur diutiùs, donec dureſcat. Tum demum ab igne deponitur, & in magnam pelvim aquâ plenam effunditur, ac manibus oleo Chamomælino, Roſarum, Juniperino, *Lumbricorum, Hypericonis* ana q. ſ. mixto perunctis pinſere, ac inſtar ma-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0572-4

lagmatis ſubigere cõvenit horis tribus vel quatuor: ſervetur ad uſum, efformatis inde priùs Magdeleonibus alutæ includendis.

Vires Hujus Emplaſtri ſunt innumeræ: Sub lunari globo non reperitur efficacius.

1. Contra inveterata ulcera, nec non recentia vulnerâ & Ictûs, ubicunque ſunt in corpore, etiam in capite.

2. Siccat & mundificat vulnera, carnem bonam producit, conſolidat, & ſanat una ſeptimanâ efficaciùs, quàm aliud menſe integro.

3. Putreſcere non ſinit bonum, inſuper corruptionem, malæq; carnis excreſcentiam impedit.

4. Nervis truncatis aut contuſis eſt optimum Remedium.

5. Ferrum, Lignum, Plumbum & alia quæq; de vulneribus extrahit, ſuperpoſitum eis tantum.

6. Venenoſorum animaliũ morſus ictusq; curat, attrahit enim venenum.

7. Matureſcere facit Apoſtemata cuncta ſuperimpoſitione ſolâ.

8. Contra Cancrum, Fiſtulas, ſcrofulas, ignem ſacrum eſt Remedium excellens.

9. Mitigat omnes dolores, cujuscunq; Vulneris, aut Ictûs.

10. Ubi caput inflatum eſt, radantur capilli, & imponatur Emplaſtrum.

11. Dolores dorſi appoſitione tollit.

12. Ficos cutis extrà & intrà ſanat imponendo.

*Vires ſuas ſervat integras, annos* quinquaginta, quo tempore æquè efficax, ac ſequens compoſitum. Vid. Baſil. Chym. Croll. p. 267.

## *CAPUT XIII.*
## DE EMPLASTRO VULNERARIO ALIO.

Recip.

*Myrrhæ* ʒiij.
*Sarcocoll.* ʒijß.
*Aloes* ʒij.
*Maſtichis* ʒiij.
*Thuris* ʒiß.
*Radic. Tormentill.*
*Tutiæ ana* ℥j.
*Pulveriſentur omnia: adde*
*Ol. Ovor.*
*Hypericon. ana* ℥ß.
*Balſam.* ♀*ris* ʒij.
*Ol. Thuris.*
*Terebinth. ana* ʒß.
*Ceræ q. ſ. ut fiat unguentum.*

Hoc unguentum eſt elegans Sarcoticon.

Sic

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0573-0

Sic Emplaſtrum vulnerarium egregium eſt Blochvvitii, quod componit ex ſuo Balſamo vulnerario in capite priori undecimo hujus partis 28. deſcripto. Et eſt tale:

*Quòd ſi ceram hujusdem Balſami ſufficienti quantitate parùm emollive-ris, utile habebis Emplaſtrum, quòd linteis ſecundùm artem inductum & impoſitum vulnera citò conſolidabit.*

Sic & Balſamus D. Agricolæ dicto capite 11. deſcriptus in Emplaſtrum abit valdè conſolidativum, ſi cum gummi Tragacanth Terebinthinæ & cera in Emplaſtrum formatur.

## EMPLASTRUM VULnerarium Aliud bonum, & probatum.

R. *Ol. Citrin. T.*
*Terebinth. Venet.* ℔ß.
*Lithargyr. aur.*
*Bataustior.*
*Bol. Armen.*
*Corall. rubr.*
*tutia prap.*
*Mell uſt. ana* ℥ß
*maſtich.*
*Myrrh.*
*Sang. Dracon.*
*Hypociſtid.*
*Ceruß.*
*Myrobal. ana* ʒij.
*Laudani* ℥j.

*Ceræ q. ſ. ſubtiliſſimè pulveriſentur, ad ignem commiſceantur, & formetur ceratum, quod omnia ulcera & vulnera citiſſimè perſanat, & eſt probatum.*

Hûc etiam propter inſignem uſum non immeritò refertur Emplaſtrum ſpermatis Ranarum, cujus variæ circùmferũtur deſcriptiones, nos Agricolæ & Vratislavienſium acquieſcimus deſcriptioni.

## Emplaſtrum Spermatis Ranarum.

R. *Spermat. Ranar. collecti tempore plenilunii in Martio q. v. ſeu placet.*

*Inde Cucurbita appoſito alembico cæco benè perlutata, & pone in cineres, digerantur leni carbonum igne, & tota materia ſpermatis abibit in aquam, ſine ita in continuo calore ſtare, tùm rurſum coagulatur, & fit inſtar pingvedinis, tandem fit pulvis.*

R. *Pulv. hujus* ℥iij.
*Myrrh. rubr. opt.*
*Thuris ana* ʒvj.
*Camphor.* ʒij.
*Sacchar. Saturni* ℥j.
*Reſin. albiß.* ℥iij.
*Terebinth.* ℥ij.
*Ceræ* ℥iiij.

*F. lento prunarum igne l. a. Emplaſtrum.*

## Aliud Vratislavienſium.

R. *Ceruß. alb. Venetæ* ℔iij.
*Ol. Roſar. alb.*
*Lilior. albor.*
*Chamom. ana* ℥vj.

*Sperm.*

*Sperm. Ranar. depurat.* ℔iſs.
*Lapid. Calaminar.* ℥iſs.
*Oliban.*
*Maſtich. ana* ℥ij.
*Ireos* ℥j.
*Terebinth.* ℥v.
*Ceræ alb.* ℥iiij. *F. S. A.*
*Emplaſtrum.*

## *Caput XIV.*
## De
# Oppodeldoch Paracelsi.

Recip.

G*Albani,*
*Opopanacis ana* ℥iij.
*Ammoniaci,*
*Bdellii ana* ℥j.

*Macerentur per dies octo, vel plures in aceto deſtillato: cola & tandem inſpiſſa leniter ad mellis conſiſtentiam, deindè*

R. *Lithargyri tenuiſſimè pulveriſati* ℔. ſs.
*Olei communis* ℔. iſs.

*Coque lentô igne & continuè move cum ſpatulâ, donec ſpadiceum colorem contrahat, adde deindè*

*Ceræ* ℔. j.

*Quâ liquefactâ immiſce etiam ſuperiora gummata, & paulò poſt Olei Laurini* ℥iij.

*Move diligentiſſimè, donec nimirùm omnia exactiſſimè fuerint mixta. Remove ab igne, & extremò adde hos pulveres tenuiſſimè tritos.*

R. *Croci Martis,*
*Mumiæ transmarinæ,*
*Magnetis præparati,*
*Magiſterii Corallorum, alborum, rubrorum ana* ℥ſs.
*Lapidis calaminaris præparati,*
*Myrrhæ rubeæ,*
*Thuris Maſculi,*
*Maſtiches.*
*Rad. Ariſtolochiæ rotundæ an.* ℥ij.

*Hos pulveres infunde in liquefactum emplaſtrum, non confertim, ſed pedetentim & provide diligenter, ut omnia perfectiſſimè coeant. Poſtremò omnium*

R. *Pulv. Succini* ʒj.
*Olei laurini* ℥j.
*Terebinthinæ* ℥ſs.

*Miſce, & liquefac ſeorſim, ſolve in eodem*

*Camphoræ* ʒj.

*Et tandem Croci Orientalis pulv.* ʒſs.

*Hanc ſolutionem ſeorſim factam cum emplaſtro calido miſce, idq; fac prudenter, ut nimirùm omnia per minima quaſi conjungantur. Exindè fac magdaleones, malaxando nimirùm cum Oleo hypericonis, & ſerva. Hoc emplaſtrum curat omnia vulnera punctim & cæſim inflicta, ſine omni pure. Excreſcentiam carnis impedit, ejus*

*tantum, quantum opus eſt producendo. Ulcera antiqua priùs mundificata ſimiliter hoc emplaſtrô curãtur. Quòd ſi verò illud fortius eſſe velis ad ſananda quævis carcinomata & corrodentia ulcera:*

R. *Croci metallorum, de quo ſuprà ab initio, ⊕li ad rubedinem calcinati, Mercurii per ſe præcipitati ana q.ſ. miſce pulveriſando. Hujus pulveris ʒß. miſce ad ſingulas ℥ß. emplaſtri, liquefacti priùs in ſartagine, ac poſteà pulveres tritos immiſce, ſuperaddendo aliquid Olei Terebinthinæ. Hoc Emplaſtrum eſt praſtantiſſimum omnibus uſibus ſerviens, de quibus autor monet.*

## CAPUT XV.

## DE SALE, ET ARCANO BRUNELLÆ, ET ALIIS VULNERARIIS.

SAl Brunellæ eſt in vulnerariis, quaſi inſtar omnium.

Quod & ejus arcanum feliciùs præſtat. Si nimirùm ejus ℈j. vel ʒß. aut etiam integra data in vino fuerit, illicò vulneris emendationem, bonumq; ſucceſſum demonſtrat, cujus ſanè operationi nihil æquale reperitur.

### De AQUA NOSTRA VULNERARIA.

R. *Herb. Gallitrici,*
*Pyrolæ,*
*Vincæ pervincæ.*
*Conſolid. Saracen.*
*Matriſylv.*
*Saniculæ,*
*Veronicæ,*
*Alchimillæ,*
*Hederæ arbor.*
*Artemiſ. ana M. iij.*
*Albi Græci menſe ſcilicet Martio collecti ℥iiß.*

*Cereviſiæ veteris & acidulæ unius urnæ proportionem. Stent in digeſtione per 14. dies; poſteà per veſicam deſtillentur, & reſerva pro uſu in vitris benè munitis. Dantur iij. cochlearia ſingulis vicibus, ter in die.*

Hæc aqua multùm valet ad vulnera tàm interna, quàm externa, ad ictus, plagas, punctionesq;.

Item extinguit ſitim naturalem, & ad omnis generis vitia gutturis, ſive ſit inflammatio, tumor, excoriatio, vel exulceratio prodeſt. Paulò antè deſcripſimus Opodeldoch Paracelſi: jam nunc ſequitur

### Emplaſtrum Opodeldoch aliud.

R. *Ceræ puriſſ. ℔ij.*
*Terebinth Cypriæ lib. j.*
*Ole. Olivar. ℥iij.*

*Liquan-*

*Liquantur invicem, & adde*
*Succ. Chelidon. min.*
*Alchimillæ,*
*Veron. ana ℥iſs.*
*Coq. ad Succor. conſumtionem, pòſt adde*
*Gummi Ammoniac.*
*Galban.*
*Opopanac. ana ℥j.*
*Hæc Gummata diſſolvantur priùs in aceto acerrimo, & præparentur, ut moris eſt. Exindè*
R. *Colophon.* ℥iſs.
*Succin.* ℥ſs.
*Maſtich.*
*Myrrh.*
*Thur.*
*Sarcocoll. ana* ℥iij.
*Benè pulveriſata inſperge benè agitando & commiſcendo; parùm refrigeratis admiſce*
*Magnet. præparat.* ℥j ſs.
*Croci Martis* ℥ij.
*Tut. præparatæ* ℥iij.
*Croci Veneris* ℥j.
*Lapid. Calaminar.* ℥x.
*Omnibus benè permixtis, & ferè refrigeratis ſub finem admiſce terræ ⊕li dulcis tantum, donec Emplaſtrum purpurei f. coloris. Pòſt manibus oleo Scorpionum vel axungiâ Serpentum inunctis formentur magdaleones pro uſu ſervandos.*

OBSERVATIO.

Si Emplaſtrum hoc ritè eſt præparatum, tùm inſtar Vitri eſt friabilis & frangibilis, & non niſi ſuper ignem carbonum linteo poteſt induci.

Quamvis autem hoc Emplaſtrum multùm in præparatione requirat laboris, attamen uſus ejus eò eſt inſignior, adeò ut pluris Emplaſtri hujus unciâ unâ, quàm aliorum ſticticorum, (quæ multis paraſangis antecellit) unciis decem efficere poſſimus.

## SPANADRAPUS NOBILIS:

R. *Maſſ. Emplaſtr. diapalm.* ℔ſs.
*de ♁re* ℥j.
*Styrac. calamit.*
*Benzoin. an.* ℥ſs.
*Gumm. Tacamabac.* ℥ij.
*Ol. hyperic.*
*Lumbricor. an.* ℥j.
*Styrac. liquid.* ℥iſs.
*Ceræ novæ q. ſ.*
*Liquefactis omnibus infundatur tela bis aut ter, quæ polita & ſic cata ſervetur ad uſum.*

## *CAPUT XVI.*

## DE PUNCTURA NERVORUM, CURATIONE ULCERUM, Contuſionum & Attritionum, necnon Ambuſtionum & Congelationum partium Corporis.

His vulnerariis Medicinis, ſummô jure, propter ſummam in quotidiano uſu & neceſſitatem & frequentem contingentiam, in hoc capite annectendam cenſeo puncturam nervorum, curationem ulcerum, contuſionum & attritionum, nec non ambuſtionum & congelationum partium corporis, & quidẽ ex Blochvvitio ut plurimum per medicinas ex Sambuco petitas.

## PUNCTURA NERVORUM.

In puncturis, & Vulneribus nervorum oleum infuſionis, Sambuci plurimùm laudari, teſtatur cum experientia quotidiana Chirurgus ille non incelebris, Joannes de Vigo l. 7. *Chirurgiæ. §. de Sambuco.*

Laudatur & *Oleum florum deſcriptionis* ſecundæ, & Balſamum ſeu Emplaſtrum ex Balſamo modò capitibus 12. & 13. deſcripta, paratum & ſuperimpoſitum.

Sic Viſcus Quercinus in vulneribus nervorum maximè commodus eſt.

## CURATIO ULCERUM.

In ulceribus perverſis, profundis, & quæ in cavernas dehiſcunt, id eſt, fiſtuloſis ac ſinuoſis agglutinandis, folia Sambuci prodeſſe, Dioſcorides edocuit.

Εὐπόριστον.

Adhibeatur ergò hîc vel ſolus ſuccus inſtillatus, cum vino tamen vel pauca urina expreſſus, & poſteà imponantur folia contuſa inſtar Emplaſtri, qvòd plebejum eſt remedium.

Vel fiat tale LINIMENTUM.

R. *Balſam Vulnerar. Sambuc.* ℥j.
*Fol. Sambuc. ſubtiliſſ. pulveriſat.* ℥j.
*Virid. æris* ℈ij.
*Sal. Sambucin.* ℈j.

Miſceantur omnia exactè pro linimento. De quo indies aliquid cum petiis in ulcera impura, ac fiſtuloſa immittendum, Emplaſtrumq; conveniens ſuperimponendum. Injectiones & eluitiones ulcerum profundorum ac putridorum *concinnentur, ubi opus fuerit,* ex foliis & corticibus in lixivio & vino decoctis, quæ egregiè extergent, putredinemque inhibent. Adhibeantur, antequam nova fiat deligatio, ut ſordes à ſuperiori medicamento abſterſæ & relictæ ſimul eluantur.

In ulceribus verò ichorem illum, quem Paracelſus Synoviam, noſtri Chirurgi communiter, ſed ineptè das Glied-Waſſer appellant, exudantibus, eructantibusque, utile eſt inprimis Balſamum Vulnerarium, calidè inſtillatum, cùm moderatè ſiccet, & partium vulneratarum ſubſtantiam ſalubrem conſervet. Super inſper-

inſpergi poſteà poſſunt pulveres ex medulla exiccata & ſpongiolis Sambuci parati, qvibus à nonnullis magnæ tribuuntur laudes. Gabelchoverus hoc habet.

R. *Medull Sambucin.* ℥ij.
*Cort. aurantior.* ℈j.

*Miſceantur pro pulvere, qvi vel inſpergendus, vel manè jejuno ventriculo aſſumendus. Idem recipit florum Sambuci q. s. friget in Butyro, & bis vel ter applicat.*

Vel loco potionis vulnerariæ in his aliisvè ulceribus nimium fluidis exhibe quotidiè de ſeq. pulvere drachmam j. vel ſesqvidrachmam in cereviſia calefacta, & Butyro parùm condita.

R. *Medull. Sambucin.* ℥iij.
*Spongiol Sambuc. exicc.*
*Ocuc. Cancr. præp. ana* ℥ij.
*Cort. Aurantior.*
*Citri,*
*Nuc. Moſch. ana* ℈j. *F.*
*Pulvis ſubtiliſſimus.*

*In dilatandis vulneribus, ulceribusvè, apertisq; ſervandis Fontanellis conveniens medulla Sambuci. Dum enim ſubſtantia σπογγοειδὴς humores imbibit, dilatatur, labiaq; & latera vulnerum, ulcerumq; diſtendit.*

## CURATIO CONTUSIONUM & Attritionum.

In partibus contuſis ſeu conquaſſatis ſuccus foliorum Sambuci cum vino expreſſus & illitus, vel linteis imbibitus & applicatus ſangvinem liveſcentem diſcutit, parteſque conquaſſatas roborat.

*Vel* R. *Farin. flor. Sambuci* ℥ij.
*Chamomill.*
*Abſinth. ana* ℥j.

Miſta cum oleo Sambucino ſubigantur, ut fiant inſtar cataplaſmatis, quod partibus contuſis indies applicetur. Ad vibices & ſugillationes reſolvandas accommodum eſt oleum infuſionum florum pro libitu.

In intertrigine, wenn man ſich wund und frat gerieben hat/ utilis eſt inunctio ex Linimento Plateri vel Matthioli, inſperſô inſuper pulvere foliorum Sambuci inſtar pollinis ſubtiliſſimo.

Vel fiat talis pulvis Magiſtralis, qui etiam recens editorum infantium emunctoriis, poſt aures nimirùm, ſub alis & ingvinibus commodè inſpergitur.

*R. Pulv. folior. Sambuci* ℥ß.
*Flor. ejusdem,*
*Roſar. rubr. ana* ℥ij.

Miſceantur pro pulvere, qui inſperſus ſerum abſumit, & loca iſta exiccat.

## De CURA AMBUSTIONUM & Congelationum Partium corporis.

### TOPICA AMBUSTIONUM.

Folia recentia ac tenera cum polenta illita ambuſtis ſuccurrere, docuit Dioſcorides.

Ab Autoribus commendantur ſequentia :

1. Oleum infuſionis florum corticumvè.

2. Oleum ex follis & corticibus in Butyro & oleo frixo.

3. Linimenta duo, quorum prius à Matthiolo, alterum à Platero maximè prædicatur.

Horum autem Oleorum videlicet & linimentorum deſcriptiones ſunt ſequentes.

## OLEA EX FLORIBUS SAMBUCI.

### I. MODUS.

R. Florum Sambuci recent. contuſorum, quantum libuerit: Pone in vaſe vitreo, & affunde olei olivarum clarisſimi ſufficientem menſuram,& macera ad Solem, aut in loco aliquo calido ad dies quindecim. Deindè in duplici vaſe coquito, & abjectis floribus alios injicito, atq; iterùm quindecim dies macerato, poſteà ſimili modô coquito & exprimito: ac tertiò flores injice, macera, coque & exprime: quod colatum, in vaſe convenienti repone.

### NOTA:

Spiſſamentum ſeu craſſamentum illud florum, uti & aliarum rerum omnium in oleis maceratarum, & expreſſarum communiter Stymma à Medicis vocatur: id quod hîc monere libuit, ut cùm forſan illud occurret, quid per illud intelligendum ſit, lectori pateat & conſtet.

### II. MODUS.

Ex floribus quoq; ſequens à plurimis commendatur *Oleum*.

R. Cucurbitam aut Vitrum capacitatis mediocris; imple ejus partem tertiam floribus Sambuci cœlo ſereno, ſudovè collectis: Superaffunde vini Malvatici, aut Petriimenes tantùm, ut vitrum dimidiâ vel tertiâ ad minimùm ex parte adhuc maneat vacuum. *Orificiô benè obluratô vitrum radiis ſolaribus* per ſeſquimenſem exponito: poſteà totam materiam in ollam vitreatam infuſam lentô carbonum igne modeſtè calefacito, & in aliud vas purũ, cum fortisſima expresſione, transcolato: cui paulò pòſt OLEUM Citrinum ſupernatare videbis, quòd à liquore reliquo per infundibulum, aut ſeparatorium, ut artis eſt, liberandum erit. Liquor reſiduus novæ florum macerationi inſerviet, quæ aliquoties continuanda, aut in diverſis organis, ſeu vaſis inſtituenda erit, cùm unâ vice parum Olei liceat adipiſci.

III. Mo-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0580-8

III. Modus.

Paratur & Oleum per deſtillationem eô modô, quô Balduinus Clodius, Sennertus, & alii oleum ex floribus Chamomillæ Romanæ & ſimilibus odoratioribus eliciunt, qui talis eſt:

*R. Flores Sambuci in aëre inter duo lintea benè exiccatos; diſcerptos impone in vas fictile, vel cucurbitam capaciorem, admiſce ſingulis libris florum Salis ſesquiunciam: & affuſâ ad eminentiam ſpithamæ aquâ calidâ, relinque in digeſtione per decendium aut ultrâ: poſt deſtilla per veſicam, & Oleum ab aquâ pro more ſepara.*

## OLEA EX CORTICIbus, ut & ex iisdem & foliis ſimul.

I.

Oleum Ex Medianis Sambuci Corticibus.

Ex medio cortice, in oleo veteri claro macerato & expreſſo, ut modò in floribus dictum, utile paratur oleum; id quod Italis conſvetum eſſe Auguſtani in Pharmacopœâ referunt.

II.

Ex cortice & foliis tale paratur Oleum:

R. *Corticum medianorum & folior. part. æq.*

*Frige in Butyro Majali & oleo Lini, aut horum ſaltem alterutro, igne mediocri.*

*Cùm aliquandiu frixa fuerint, cortices & folia inde, iterumq; frige & exprime: id quod & tertiò repetendum.*

III.

## LINIMENTA, SEU UNgventa ex Sambuco.

I. Matthioli, quod habetur in Commentariis ſup. 4. Dioſcorid. cap. 168. & paratur modô ſequenti.

R. *Viridis Sambuci corticis, qui ſtatim ſub primo cinereo deliteſcit libro, herbacei coloris* ℔. j.

*Olei pluries loti exſtillatitia florum Sambuci aqua* ℔. ij.

*Ferveant ſimul aliquandiu & deinde percolato & exprimito, & addito ceræ odoratæ novæ.*

*Succi ſurculorum Sambuci ana* ℥iiij. *rurſus ut ferveſcant ſinito, quousq; ſuccus evaneſcat. Tollito tunc ab igne, & rudiculâ agitato, omniaq; miſceto. & ad finem addito vernicis liquidæ* ℥ij.

*Thuris albi in pollinem contriti* ℥iij *quin etiam duorum ovorum albumen, diu priùs cochleari agitatum, ſubindè diligenter miſceto omnia, & mundo vaſe aſſervato.*

## LINIMENTUM ALIUD, quod feliciſſimus quondam ille Platerus parare ſolitus eſt.

R. *Cort. Medlan. Sambuci* ℥iſs.

*Succi folior. illius teneriorum* ℥j.

*Ol-*

*Ol. Lini aq. flor. Sambuci loti ℥ij.*
*Roſacei,*
*Axung. porcin. itidem lotæ ana ℥i.*
*Ceræ Citrin. optimæ ℥iſs.*
*Thuris pulveriſati ℥j.*
*Coq. in aq. flor. Sambuci aliquandiu, ollâ benè clausâ, & cùm refrigerata ſunt, innatans ungv. collige & repone.*

## USUS HORUM OLEOrum & Ungventorum.

Membrum flammâ, pulvere pyrio, oleo, aqua ferventi, aut alio quocunq; modô ambuſtum, iisdem mox blandè tepidèq; illinatur, & poſteà linteis mollibus ac intritis involvatur.

Habent enim ſingula vim rarefaciendi, vapores calidos eliciendi, dolorem mitigandi, ſerum affluxũ digerendi & exiccandi veſiculas, & enata ulcuſcula ſanandi, locumque affectum, quantum fieri poteſt, nitori priſtino reſtituendi.

Quòd ſi aduſtio profundiùs penetraverit, ita ut ruptis etiam veſicis, eſcharâq; ſublatâ, in ulcus degeneret, præter olea & ungventa recenſita parti exulceratæ leviter & leniter quotidie inſpergatur pulvis foliorum & medullæ Sambucinæ, qui egregiè ſiccando, modicèq; abſtergendo ulcus carne explebit.

In hoc caſu oleis ipſa linimenta utiliora ſunt, uti id diligens ingredientium examinator facilè agnoſcet.

SEQUENS quoq; UNGVENTUM tanquam experimentum ſingulare in omni aduſtione cum exulceratione, à quavis materiâ facta, commendatur à Clariſs. Dorncreilio in Diſpenſatorio ſuo, titulô de ungvent. pag. 105.

Lenire enim dolorẽ, caloris vim extingvendo ulceraq; citò ac tutiſſimè ſanare: feliciter etiam poſſe applicari Herpeti miliari & aliis exulcerationibus, quæ à bile flava aut ſalſo humore proveniunt, teſtificatur ipſe.

*R. Cort. Medianar. Tiliæ,*
*Sambuci ana M. j.*
*Sem. Lini ℥iſs.*
*Cortices minutim incidantur & infundantur unà cum ſemine in ſ. q. Aq. florum Sambuci, tepidè per horas tres: deindè adde:*
*Stercor. Ovilli ℥ſs.*
*Miſce & coque in duplici vaſe in Butyri Majalis & inſulſi, & aliquoties aquâ fontanâ, & tandem aqua florum Sambuci loti ℔ſs ad perfectam humiditatis ſeu mucilaginum conſumtionem, & colentur, & addatur ceræ citrinæ q. ſ. Miſce & F. l. a. Ungventum. Quòd ſi ulcus reddatur impurius, conſulenda ſunt ea, quæ paulò antè in ſuperioribus ſunt tradita.*

Utile etiam hîc eſt Lac aureum, linteis imbibitum & applicatum, de

quo

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145315-p0582-9

quo in ſequenti capite 17. de curatione Eryſipelatis dicetur.

## INTERNA.

Quando partes plures, aut principalib9 membris viciniorib9 aduruntur, exindè calor quidam p. n. in toto corpore ſeſe exerit, conſulenda ſunt ea, quæ in curatione febrium ardentium proponi ſolent, ceu ſunt:

## JULAPIUM.

R. *Aq. fontan. ſeu fluviatilis priùs coctæ* ℔. *iij.*
*Acet. Sambucin.* ℥*iij.*
*Sacchar. opt.* ℥*ij.*

*Coquantur in diplomate parùm: quibus calidis adhuc adde Cinamomi pulveriſati* ʒj. *Refrigerentur per ſe in vaſe clauſo, & trajiciantur per manicam Hippocratis pro Julapio.*

De hoc ſæpè aliquid in die ægro calore febrili æſtuanti porrige. Calorem enim febrilem potenter extingvit, materiam craſſam ac viſcidam incidit, tenuem ac bilioſam abſtergit, obſtructiones reſerat, humorem peccantem per loca convenientia excludit, appetitumq; gratâ ſuâ aciditate excitat, vireſq; recreat. Idem præſtabit Syrupus acetoſus Sambucinus, cujus in ſuperioribus facta mentio, qui in aqua Hordei diſſolvatur, ut conſiſtentiam liquidiorem inſtar Julapii acquirat. E.G.

R. *Syr. Acetoſ. Sambuc.* ℥*iij.*
*Aq. Hord. ſimpl.* ℔. j. *Miſce.*

## Vel:

R. *Oxymell. Sambuc.* ℥*ij.*
*Aq fontan. puriß.* ℔. j. *Miſce.*

*Dentur de his & ſimilibus quâlibet vice* ℥iv. *quatuor vel plures. Alias ſi minori doſi & bis vel ſemel ſaltem in die exhibentur, calorem potiùs augent, quàm extingvunt.*

P. Ægineta l. 2. c. 36. Ut enim carbones, in caminis fabrorum humentibus ſcopis ſubinde irrigati, inflammeſcunt ardentiùs: Sic pauciori potu accenditur, non ſopitur febrilis ardor, majorq; accenditur bibendi aviditas, prout eleganti hôc ſimili utitur D. Strobelberger. cap. 4. Introduct.

Ad intemperiei calidæ extinctionem, viriumq; proſtratarum recreationem loco Epithematis applica pulſibus Acetum florum Sambuci, Aqu. Roſaceæ permiſtum, & linteis duplicatis aut triplicatis imbibitum.

Ad Alvum aſtrictam ſine noxa in his febribus ſolvendam utilis eſt Syrupus de Succo Baccarum, de quo unciæ duæ vel tres in Aqua florum Sambuci diſſolvantur. Utere pro Julapio & loco potûs. Alvum namq; laxat, & materiam febrilem leniter evacuat.

## Vel fiat tale Julapium.

R. *Aq. fl. Sambuci* ℔ ß.
*Syr. Acetoſ. Sambuc.* ℥*ij.*
*C. C. uſt. præpar.* ℈*ij.*

*Miſceantur pro duabus doſibus. Sangvinem namq; ac ſpir. incaleſcentes refrigerat, ſitim extinguit, Empyreuma diſcutit, & vires roborat.*

## CURATIO CONGELATIONIS.

